



SCRIPTA HISTORICA
ISLANDORUM

DE REBUS GESTIS

VETERUM BOREALIIUM,

LATINE REDDITA

ET

APPARATU CRITICO INSTRUCTA,

CURANTE

SOCIETATE REGIA ANTIQUARIORUM

SEPTENTRIONALIIUM.

Landsl'okasafn.


VOLUMEN QUINTUM.

HISTORIÆ REGIS OLAVI SANCTI

PARS POSTERIOR.

HAFNIÆ, 1833,

TYPIS OFFICINÆ BRÜNNICHIANÆ.



HISTORIA
REGIS OLAVI SANCTI,

EX VETERE SERMONE

LATINE REDDITA

ET

APPARATU CRITICO INSTRUCTA,

CURANTE

SOCIETATE REGIA ANTIQUARIORUM
SEPTENTRIONALIUM.

PARS POSTERIOR.

OPERA ET STUDIO

SVEINBJÖRNIS EGILSSONII,


COLLEGÆ SCHOLÆ BESSASTADENSIS

IN ISLANDIA.

H A F N I Æ ,

TYPIS OFFICINÆ BRÜNNICHIANÆ.

1833.



HISTORIA REGIS OLAVI SANCTI.

CAP. 162.

Venit in Norvegiam fama, Knutum regem invictum exercitum in Dania contrahere, eidemque in animo esse, has omnes copias in Norvegiam ducere sibi que hoc regnum subjicere. Qua allata fama, cum multi ob hanc rem segniore quam antea ad operam præstandam fierent, rex Olavus exiguum militum numerum ab colonis accepit. Regi ea de re inter se colloquentibus, Sigvatus hos versus cecinit:

Rex Angliæ cohortes evocat;
nos contra pauciores copias
navesque minores nacti sumus;
regem (tamen) parum timere video.
Indigna res est, si regni
incolæ talem regem militibus
carere patiuntur. Pecunia
fidem hominum labefactat¹.

Rex Olavus, jam habito conventu aulicorum, jam universis copiis in concionem advocatis, suos consuluit, quid iis factu optimum videretur: non est, quod dissimulemus, inquit, regem Knutum adventurum et sequenti vere nos visurum, magnis copiis, ut profecto audivistis, instructum, nobis

¹) Ordo: *Allvaldr Englands býðr út sveitum, en vær fengum færra a) lið ok smærri skip; ek sé lofðung óttast lítt. Ráð eru ljót, ef landsmenn láta þenna konung verða liðþrota; fê lætr b) ferð firða einorð.*

a) Sic H, flagitante consonantia syllabarum metricarum; *fæð*, paucitatem (copiarum), A. b) *svíkr*, L, v: *fê svíkr ferð*, *firða einorð*, pecunia decipit homines, a fide alienos. *Firða* h. l. est acc. sing. f. g. part. pass. v. *firra*, removere, privare, *lætr firða*, periphr. pro *fírrir*; *einorð* est dativus. Aberrat h. l. recta constructione Hkr.

vero in præsentia exiguas esse copias, quibus tantis opibus resistamus, fidemque erga nos populi jam vacillare. Cui regis orationi, qui quidem interrogati sunt, responsa dederunt, hoc vero loco memoratur responsum Sigvati:

Fugere licet, et renuntiare bonis. Regis vero adversarii nobis ignaviam objicient; crimen timoris imputabitur mihi. Homo quisque debet sibi, quoad licuerit, consulere, etsi deficiat auxilium. Perfidia regis amicorum ipsos prodet¹.

¹) Ordo a) : *Flæa a) getr, en gjalda fê; en fjandr allvalds ß) leggr b) oss frýu til handa: ek verð fyrir æðru orði. Hvðrr þegn skal c) hafa sik d) miklu lengst, þótt gengi þverri e); svik þengils vina hvelfa f) sjálfum g) upp h).*

a) Sic dedi pro *fleira*, *A*, quod corruptum putavi ex *fleia*; *flýa*, id., *B*, *Hkr.* b) Var. I. *Hkr.*, *leggja*. c) *hefnd en*, add. *A*; quæ versum justo longiorem et sententiam perplexam reddunt. d) Ita *B, D, H, K, S*; *siklings*, regis, *A*, cet. e) Ita *B, H, Hkr.*; *þurfi*, indigeat, *A*; *þykkni*, coëat, *D, F, L*; contra metrum. f) Sic *D, H, S*; *hválfa*, id., *Hkr.*; *hvarfa*, *B*; *hvarsta*, *K*. g) *sjálfan*, *Hkr.*, refer. ad *sik*, tum *hvelfa*, neutr., apparabit. h) *halda sik frá sliku*, se ab talibus abstinere (debet), *A*, quæ salvis ceteris semistrophæ membris, frustra conciliare conatus sum.

a) Sensum strophæ hunc esse puto: hortatur poëta regem, nt fuga salutem quærat (conf. cap. 142, str. 3), adferens vulgarem rationem, oportere suæ quemque saluti consulere, neque fortunam temere tentandam; adversariorum objectionem, quod hoc consilium a timiditate proficisceretur, perfidiam eorum carpens retorqueus. ß) Forte legend. *allvaldr*, ut sit subjectum verbi *getr*, quod sic poni impersonaliter, paulo insolentius est. *Hkr.* jungit *fëgjalda frýa*, instigatio s. lacessitio per corruptiones. Separavi hæc voces, quod conjunctas putavi significare crimen pecuniæ non solutæ, et vocem *frýa* semper continere exprobrationem non præstiti præstandi. Per *gjalda fê*, solvere bona, intelligo, relictis bonis solum vertere.

Cap. 163. Hac æstate ea memorabilis res in Halogia gesta est, quod Harekus de Thjotta, memor, domesticos suos ab Asmundo Grankelis filio spoliatos et cæsos fuisse, navem, quæ ei erat, viginti transtrorum instruxit, quæ tentoriis velata et constrata ante villam ejus stabat, præ se ferens, austrum versus in Thrandheimum navigaturum. Vespera quadam Harekus cum domesticis stipatoribus navem conscendit, ad octoginta viros habens; hi per noctem remigarunt et sub lucem ad villam Grankelis pervenerunt, ædes corona cinxerunt, dein irruptionem fecerunt atque ignem ædibus subjecerunt¹. Grankel ac sui intus concremati, quidam foris interfecti; triginta omnino homines ibidem periire. Quo confecto facinore, Harekus reversus domi suæ sese continuit. Asmundus (interea) apud regem Olavum versabatur. Uti vero ex Halogiæ incolis nemo fuit, qui satisfactionem pro isto facinore ab Hareko postularet, ita ipse nullam obtulit.

Cap. 164. Knutus Potens contractum exercitum in sinum Limicum duxit, ubi cum se paraverat, cum omnibus copiis in Norvegiam navigavit, iter festinans; quare litora regionum, quæ sinui ad orientem sunt sitæ, non attigit, sed trajecto sinu Foldensi² ad Agdas appulit, ibique conventus edixit. Advenerunt ex pagis coloni, et conventus cum Knuto habuerunt. Hic totius provinciæ rex creatus, præfectos constituit, stipendia colonis imperavit, nemine obloquente. Rex Olavus, cum classis Knuti regis per exteriora sinus Foldensis navigaret, Tunsbergi versabatur. Post hæc Knutus boream versus secundum litora cursum direxit; cui omnes incolæ, ex pagis advenientes, obsequium polliciti sunt. Knu-

¹) Hic iterum incipit *E.* ²) Hodie sinus Christianiensis.

tus aliquantum temporis in Eykundasundo moratus est; hic ad eum venit Erlingus Skjalgi filius cum copiis suis; tum rex Knutus et Erlingus iterum amicitiam inter se reconciliarunt. Inter cetera promissa rex Erlingo præfecturam totius territorii, inter Stadum ac Rygjarbitum¹ siti, pollicitus est. Posthæc Knutus cursum boream versus continuavit, et, ut narrationem de itinere ejus paucis obsolvamus, non prius destitit, quam in Thrandheimum pervenit. Nidarosum delatus, octo provinciarum comitia per Thrandheimum indixit; quibus comitiis Knutus totius Norvegiæ rex constitutus est. Thorer Canis Knutum regem ex Dania comitatus fuerat, advenerat quoque Harekus de Thjotta: hic atque Thorer præfectorum dignitatem acceperunt; regique Knuto fidem suam jurejurando obstrinxerunt; iisdem rex magna commoda tribuit, commercia Finnica mandavit, et eos præterea ingentibus muneribus donavit. Omnes præfectos, qui in ejus partes transire volebant, tam salariis, quam pecuniis auxit, hisque omnibus majorem quam antea habuerant ditionem attribuit.

Cap. 165. Rex Knutus, tota Norvegia tali modo in potestatem redacta; frequentem conventum tam suorum quam incolarum habuit, in quo publice professus est, se Hakoni dynastæ, cognato suo, præfecturam totius terræ, quam in hac expeditione sibi subjecisset, concessurum; quo accessit hoc, quod filium Hördaknutum in celsa sede juxta se collocavit, eique regium nomen et cum eo imperium Daniæ dedit. Rex Knutus ab omnibus præfectis et colonis potentioribus filios aut fratres aliosve cognatos, aut qui ipsis erant carissimi quosque maxime idoneos judicaret, ob-

¹) Locus sine dubio situs in confiniis Agdiæ, occidentalis et Rogalandi. *Schöning.*

sidum loco accepit, fidem incolarum hoc pacto sibi obstringens. Cum vero Hakon dynasta regnum Norvegiæ accepisset, ejus partibus se adjunxit Einar Arcipotens, affinis suus, qui tum salaria, quanta sub dynastis antea tenuerat, recepit. Eundem rex Knutus magnis donatum muneribus sibi amore devinxit, declarans facturum se, ut Einar summus et dignitate præstantissimus esset eorum Norvegorum, qui honoris titulo carerent¹, quamdiu ipse (rex) Norvegiam ditone teneret, addens, hunc, aut filium ejus Eindridium, tum ob generis amplitudinem, tum ob ceteras omnes virtutes sibi videri maxime idoneum, qui princeps in Norvegia esset et honoris titulum gereret, si nullus esset dynasta. Quæ promissa cum Einari maximi æstimanda viderentur, fidem suam vicissim pollicitus est. Ita Einar potentia et auctoritate ab integro florere cœpit².

Cap. 166. Vir erat nomine Thorarin, cognomine Löftunga (laudilingva), gente Islandus, et cultu splendidus, poëta eximius, qui apud reges aliosve principes versatus fuerat. Hic cum rege Knuto versabatur, in cujus honorem carmen, et quidem brevius, composuerat. Ubi vero comperit rex, eum de se carmen laudatorium brevius pepigisse, gravi ira incensus jussit eum sequenti die carmen intercalare de se facere, dum ipse mensis accubaret, Thorarini crucis supplicium minatus, ni faceret ita, quod de se rege cantiunculam facere ausus fuisset. Tum Thorarin versus intercalares composuit et carmini inseruit, et strophas aliquot addidit. Versus intercalares ita se habent:

Knutus terram tuetur, ut regnum

¹) Hic unum folium abest in *K*; *A* addit h. l. *ef eigi er jarl til eðr son hans*, quæ ex sequ. huc irrepsisse videntur. ²) Hic iterum incipit *C*.

cœleste custos Græciæ¹.

Rex Knutus carmen liberaliter remuneravit, quod carmen laudatorium Redemptio capitis appellatum est. [Thorarin aliud carmen laudatorium de rege Knuto fecit, quod appellatur *Tögdrapa*², in quo carmine regis Knuti expeditio, quam e Dania in Norvegiam suscepit, describitur³, cujus una sectio, versibus intercalaribus distincta, talis est:

Knutus est sub cælo.

Meus amicus, elegantiae
studiosus, cum permagnis
copiis eo profectus est.

Rex peritus navigandi
e sinu Limico
haud sane exiguam
classem deduxit⁴.

¹) Ordo: *Knútr verr grund, sem gætir Grikklands himinriki a).*

a) Ita *cet.*; *himinrikis Grikkland*, ut custos regni cœlestis Græciam, *A*; perperam, vide *Nord. gl. Digtek.* p. 141-2; Edd. Sn. p. 168. 169, str. 5. Eandem sententiam exprimit Hallvardus, Sn. Edd. 123, 4.

²) Vide Edd. Snorr. *Clav. metr.* §. 143-154; *Nordens gamle Digtekunst*, p. 63-67; *Anvisning till Islänskan* §. 502. *Tögdrápa*, *E,F,L.* Unam stropham ex hoc carmine affert *Knytlinga* cap. 19, semistropa Edd. Snorr. p. 156, str. 6. huc quoque referenda videtur. ³) Quæ ab signo [leguntur, in *A* omissa, add. *cet.*

⁴) Ordo: *Knútr er a) und sólar a).* *Minn siðnæmr vinr för þinnig með mjök mikit lið ß).* *Otrheims fimr b) gramr færði óltinn flota út or Limafirði.*

a) Ita *B,C,D,H,K,S*, Hkr.; *var, erat, A.* b) Sic *B,L*, Hkr.; *fira*, virorum, *A*; tum *otrheims* ad *flota* refer., nescio quam bene.

a) Hic versus est intercalaris, cujus sententia, sec. Edd. Snorr. p. 260, in fine sectionis intercalaris concludi debet; itaque hic non habemus integram sectionem (*steffabálk*). *Sólar*, gen., non regi potest a præpos. *und*, quæ, quantum scio, nunquam genitivum regit (v. Hkr. T. 6. ad. h. l.), sed tantum dat. et

Pugna strenui
 Agdenses metuebant
 protectionem herois
 bellicosissimi.
 Tota navis regia
 auro ornata erat;
 hujus rei adspectus
 narrationem superabat¹.

acc. Olavius (Hkr. T. 2, p. 298, not. 1) coniecit *und sóla*, e regione (prædii) Solii, quod non necessarium, nam subjectum appellationis in versu intercalari, quem desideramus, quærendum est. Sententia versuum intercalarium in *Togdrápa* Thorarinis, eadem prorsus fuisse videtur atque in *Knútsdrápa* Sigvati: *Knútr er und himnum—höfuðfremstr jöfur*, ut si dicere vellet: *Knútr er und sólar—(setri hveim betri)*. Fagrsk. h. l. legit, *Knútr er und himnum—hliðnæmr með lið*, ubi *hliðnæmr* vox insolens (forte lateri junctus, i. e. conjunctissimus); sed videndum, ne versum interc. Sigvati cum nostro confuderit. β) Hkr. T. 6 jungit *för mjök mikit*, magna festinatione contendit.

¹) Ordo: *Mjök sökramir a) Egðir ygðu b) för örbeiðis c) sigr-svans d) lana. Allt grams lið e) var framit f) gulli; sjón g) slíks var sögu rikari.*

a) *Cet. omnes et Hkr.*: *sökrammir*, id.; *sökk runnr*, *A*, ubi *k* male duplicatur, *runnr* forte vitio librarii ex *ramir*. Ol. vertit culpabiles, sed in vers. lat. impetum fortissimi, quod præfero in hoc carmine, quod laudes Knuti prædicat. De signif. voc. *sök*, h. l., vide *Eglæ* p. 620. not. 27. b) *ygðu*, id., Hkr. c) Sic Hkr.; *örbeiði*, in dat., *B, C, D, H, K, S*; *auðbeiðis*, opulenti regis, *A*, commodo sensu, sed minus metro accommodatè. d) Ita *B, C, D, E, K, S*, Hkr.; *svángs*, *A*, parum favente metro. Verba vario modo construi possunt: accepi *sigr* cod. signif. ac *sig*, pugna, et *sigr-svanr*, corvus, hujus *lanir*, cadaverum cumuli, horum *örbeiðir*, qui strages et pugnas vehementer cupit, insignis bellator. Olavius: *svans lanir*, cumuli cygni, fluctus, mare, quod jam refert ad *Egðar*, Agdenses, maris accolæ, jam ad *sigrför*, ꝛ: victoriosum iter maritimum; tum *örbeiðir*, poscens sagittam, pugnator, ut infra. e) *skip*, id., *B, H, K, S*, Hkr. f) Sic *B, H, K, S*, Hkr.; *búit*, *A*, eodem sensu, sed repugante metro. g) *ofsjón*, id., Hkr., ubi *of* non refe-

Et carbonis instar nigræ
 pinus resonantis pelagi
 celeriter per mare
 Listiam præterlapsæ sunt.
 Totum Eykundasundum,
 ad meridiem situm,
 intus tectum erat navium
 tabulis, sale adpersis¹.

Et pacta servantes
 satellites celeriter
 Hjörnaglii veterem
 tumulum prætervecti sunt.
 Cum altiproræ naves
 Stadum præterferebantur,
 iter herois bellicosi
 magnificentum apparuit².

rendum est ad *rikari*, cum Hkr. T. 6.; *sên, E*, dub. Parallelum proverbium Danicum affert celeb. F. Magnusenius, Hkr. T. 6: *Der er Syn for Sagn*. Si minus parallelum est, at rationem dat græcum: οὐ γὰρ δὴ ἀκουσαι γέ το λογον κρείττον ἴσσι καταμαθεῖν, Xenoph. memor. 3, 11, 1.

¹) Ordo: *Ok kolsvartir víðir a) hággjálfrs b) liðu hart fram um c) haf fyrir Lista. Allt Eykunda d) sund suðr e) var bygt innan sæskiðum f) brimgalta g)*.

a) Hic lacuna incipit in *E*. b) *hafgjálfrs*, marini sonitus, eod. sensu, *C, D*; *haggjálfrs*, commodi maris, *F, L*; *hrann-dýrs*, undarum animalis (∩: navis), *H*; ut *víðir* pro malis sumatur; *háðýrs*, excellentis (∩: regis) v. scalmi animalis (navis), Hkr. c) Sic Hkr.; *i*, in, *A*. d) Ita *cet.*; *Eykund, A*. e) *sverð*, perp., *D*. f) Sic *cet.*; *sum skriðu*, pars (navium) austrum versus contendit, *A*, prave. g) Ita *A*, Hkr.; *brimgaltar*, in sing., *cet*. Ita hanc vocem construxi, Olavium secutus (*Nord. gamle Digtek*, p. 65); possit et referri ad *sund*, ∩: *brimgalta sund Eykunda*, fretum Eykundense navibus pervium, v. ubi statio navium. Minus placet, cum Hkr. T. 6, referre ad *allt*, ut *allt brimgalta* sit, totum navibus plenum.

²) Ordo: *Ok griðfastir a) friðmenn liðu hvast b) fyrir forn-*

Perlongæ pandæ
 tabulæ vexerunt
 æstus feras, vento
 incitatas, præter Stimum.
 Ita volucres oceani
 ab austro ferebantur,
 ut bonus copiarum dux
 boream versus in Nidam veniret¹.

nan c) haug Hjarnagla d). Þá er stór e) stafnklif f) drifu fyrir Stað, varat för örbeiðis g) eyðilig h).

a) Siðfastir, consuetudini, bonis moribus v. religioni constantiter adherentes, L. Potest quoque griðfastr esse id. q. heimilisfastr, certo domicilio utens. b) Ita cet., Hkr.; haust, A. c) norðan, a borea, B, pr. d) Hjörnagla, Havn.; Hjarnæla, C; Celeb. Schöningius intelligit rupem Hornelen in insula Brimangria; quæ cum brevi spatio ab Stado distet, potius intelligendum putaverim scopulum et portum Hiornagle in confiniis Rogalandi et Sunnhördiæ, Undal. Descr. Norv. p. 14. 70. e) Ita cet; stórir, A; stöð, equitia, L, Hkr., metro aptius, vide f. f) stafnskrif, forte pictæ proræ, C; stafnklifs, Hkr. T. 6, proræ colles, 3: fluctus, unde stafnklifs stöð, equi fluctuum, naves, quæ lectio et explicatio proxima vero est. g) Ita cet.; auðbeiðir, vir, A; adversante metro. h) auðilig, id., B; æðilig, furiosum, tumultuarium, C.

¹) Ordo: Mjök lángr svángs súðir a) knáttu bera byrrökn b) brimdýr c) fyrir Stím d). Svalheims e) valir f) liðu svá sunnan, at nýtr herflýtir kom norðr í Nið.

a) súðr, austrum versus, B, C; prave. Svángs súðir, Hkr. T. 2, vertit tabulas flexiles, T. 6, cavi ventris tabulas, i. e. naves ventruosas. b) byrrækn, C; byrröm Hkr., quod rectius videtur, nam potuit to byrröm facile in byrröcn abire; ceterum byrrökn, adsumta lect. seqv. brimköld, de navibus explicandum est. c) brimköld, æstu frigidæ, C; brimdrið, adspergines æstantis maris, Hkr., cujus lectiones hunc ordinem svadent: byrröm brimdrið kn. bera mjök lángr. sv. súð. f. Stím, exæstuous pelagus vento incitatum tulit prælongas naves præter St. d) Stím, sec. Schöningium, nomen prædii in confinio Nordmæriæ et Römsdali; sec. Undalinum (Descr. Norv. p. 15), nomen

Tum dedit animosus
 possessor Jotici soli
 suo nepoti
 totam Norvegiam;
 et suo dedit gnato
 (hoc etiam adsero)
 Daniam, umbrosum illum
 lucum, mari adjacentem¹.

Ex hoc loco apparet, ei, qui hoc carmen composuit, adspectum regiæ expeditionis visum esse omni explicatione magnificentiorem: nempe gloriatus est Thorarin, se expeditioni, quam in Norvegiam suscepit rex Knutus, interfuisse.

sinus, ibidem. e) Ita Hkr.; *svölheims*, A et cet; i. e. frigidi domicilii, ☉: maris. f) Sic B, H, K, Hkr.; *völur*, A et cet.

¹) Ordo: *Þá gaf snjallr njótr [Jóta vegs a) nefa sinum allan Noreg; ok b) gaf sinum megi (ek segi þat) Danmörk svana dals c) dökksalar d)*.

a) Ita conjeci; *vegr Jóta*, solum Jotorum, Jotia, A; *vegjóta*, præstantiam Jotorum, B, C, D, K, S; tum *njótr*, dominus; *veg jótra F, L*, Hkr.; obscurum illud *jótra*, quamquam Hkr. T. 2, vertat *veg jótra* per lutram sinuum, i. e. navem; T. 6, accipit *jótra* pro *jóta*, jungens *jótra veg-njótr*, particeps Cimbrorum honoris; *veghrotar* (rect. *Vágrótar*), H. b) *sá*, is, idem, B, H, K, S. c) Sic B, H, K, S; *dags*, lucis, A, L; in hoc contra metrum; *dal*, C, D; ☉: *dal svana djúpsala*, vallem profundorum cygni domiciliorum, h. e. vallem mari adjacentem, vel circumdatam. d) Ita B, K, S, Hkr.; *djúpsala*, C, D, L, vide c; *djúpliga*, A; ☉: *dags-svana-djúpliga*, auream, insolenter. Pro *dökksalar* maluit Olavius *djúpsvala* ex var., quod recepit. Hkr. T. 6, ☉: *svanadals djúpsvala* ☉: (Daniam) marino profundo algidam. Versionem quam supra attuli, celeb. Raskio debeo, hæc annotanti: *dökksalr*, ædes obscura, i. e. umbrosus et sylvosus locus, *svana dalr*, mare; h. *svanadals dökksalr*, lucus maris, aut insulæ sylvosæ, aut ipsa Selandia (*sælundr*, lucus maris); ita *sv. d. dökks. Danmörk* est Dania, multis sylvosis insulis constans, vel Dania, cujus pars principalis est Selandia, sedi regiæ, quæ ibidem est, subjacens.

Cap. 167. Missi ab rege Olavo orientem versus in Gothiam, ut naves (ibi relictas) adducerent, quas quidem maximo usui fore judicassent, duxerunt, ceteras vero incenderunt, adsumtis navium armamentis ceteroque apparatu, qui regis ejusque comitum erat. Fama docti, Knutum boream versus in Norvegiam profectum, ab oriente solverunt, et transnavigato Eyrasundo¹, boream versus in Vikam delati, regem Olavum convenerunt, Tunsbergi commorantem, eique naves tradiderunt. Ut vero rex Olavus accepit, regem Knutum cum copiis in provincias boreales contendere, Öslarfjörðum² intravit, et in lacum Drafnam³ appellatum subvectus, eo loco se continebat, donec classis Knuti regis austrum versus per exteriora transierat. In hoc vero itinere rex Knutus austrum versus⁴ litora legens, in quavis provincia conventus habuit, ubi jus regni jurejurando ei adsertum est obsidesque dati. Dein orientem versus per sinum Foldensem profectus Borgam pervenit, ubi, ut aliis in locis, regnum ei jurejurando est addictum. Quibus confectis rebus, rex Knutus in Daniam reversus est, qui cum Norvegiam in hac expeditione sine prælio in potestatem redegisset, tribus maximis regnis imperavit. Quod testatur Hallvardus⁵ Hareksblesius⁶ in carmine, quod de rege Knuto composuit:

Tegminis pectoralis rubefactor!

Rex bello strenuus Angliæ

et Daniæ solus imperavit;

qua re pax certior parta est.

¹) Ita *cet.*; *ytra sund*, freto exteriori, *A.* ²) Sic *A.*; *Osloar* et *Oslarfjörd*, *cet.* ³) nunc sinus Drammensis. ⁴) Ita *B., K., S.*; boream *v.*, *A.*, *cet.*, *Hkr.* ⁵) Sic *Hkr.* et *Knytl.*; *Hallfredus*, *cet.*; fragmenta hujus carminis vide *Knytl.* c. 8. *Edd. Snorr.* p. 123, str. 4; 162, 3; 166, 3; 184, 2; 190, 3. ⁶) Ita *cet.*; *harkblesi*, *A.*; mendose.

Moderator praelii adhæc sibi
 Norvegiam subjecit; rex
 strepitus bellici cupidus
 esurientes saturat alites¹.

Cap. 168. Rex Olavus, ut compererat, regem Knutum in Daniam revertisse, naves suas Tunsbergum² duxit. Dein cum copiis, quæ se ei adjungere volebant, classe navium decem et septem³, e Vika contendit, parum pecuniarum et militum nactus, solis comitatus insularum aut promonteriorum incolis; neque tum in terram e-

¹) Ordo a): *Bónar* a) *nökkva* b) *barkrjóðr* c) *böðrakk* *Yngvi* rēð d) *einn* e) *Englandi ok* f) *Danmörku*; *friðr hófst* at g) *beinni* h). *Odda* i) *-leiknar* β) *jálmfræyr* k) *hefir* l) *ok þrúngit* m) *und sik Noregi* n); *málma* o) *hjaldr örr þverrir haukum* p) *húngr*.

a) *boðar*, portendit, *A*; c) *barkrjóðr boðar nokkut*, rube-factor corticis portendit aliquid; quod nec commodum sensum fundit, et rectam appellationem perimit; *bænar*, eod. sensu, *D*; *bónar*, *cet.*, *Hkr.* b) Sic *B, H, K, S*, *Hkr.*; *nacca*, *C*; *nökkut*, *A*; vide a. c) *börkrjóðr*, id., *Hkr.*; *brakrjóðr*, *C*; mendose. Hanc appellationem *Hkr.* jungit cum *Yngvi* per appositionem; ego auditorem carminis compellari puto. d) *ræðr*, imperat., *Hkr.* e) *þeim*, *C*, vitiose. f) Ita *cet.*; *á*, *A*, mendose. g) *ok*, *C*, prave. h) *beini*, *B, C, D, K, S*, neglecta lineola transversa supra n. i) Ita *cet.*; *varða*, *A*. k) *jálmfrægr*, i. e. pugnis clarus, *A*; sed poterat *vo frægr* depravari ex *fræyr* (i. e. *freyr*); *álmrjóðr* (bellonæ) ulmum, i. e. ensem tingens, *H*; ceterorum lectionem suscepi. l) *hæfir*, *C*; improba scriptione. m) *þrúnginn*, eod. sensu, *A*. n) *Noreg*, eod. sensu, *A*. o) *hjalma*, galearum, eod. sensu, *A*; *málmi*, gladio, *D*; refer ad *þrúngit*; *cet.*: *málma*. p) *Hkr.* T. 6, jungit *leiknar haukr*, feminæ giganteæ equus, i. e. lupus; commodius jungi poterat *hjaldr-haukr*, corvus, et *málma örr*, auri largus; sed *haukr* abs. pro fera ponitur, *Lodbr.* 12. 19; an equum significet, exemplo destituti dubitamus.

a) *bónar nökkvi*, navis precum, de pectore accipi, *sec. Edd.* *Sn.* p. 206, §. 70. β) *Odda leikn*, bellona, ut *odda víf*, *Scr. Hist. Isl.* T. I, p. 71, not. γ.

²) add. ceteri. ³) tredecim, *cet.*

scendebat rex, sed hoc tantum pecuniarum ac militum nactus est, quod proficiscenti obvium fiebat. Hinc regnum ab se alienatum esse sensit. Pro ventorum opportunitate cursum perrexit. Initio hiemis, ventis adversis impediti, valde diu ad Soleyas hærebant. Hic ex mercatoribus, qui ex provinciis borealibus advenerant, cognoverunt, Erlingum Skjalgi filium magnam hominum multitudinem in Jadare contrahere, ejusdem celocem instructam paratamque in portu stare, multosque alios cum Erlingo suas ibidem paratas habere naves, tam cursorias quam alias*) ingentes onerarias. Rex classem ab oriente movit et aliquantum temporis in Eykundasundo moratus est. Tum utrisque de rebus alterius per speculatores innotuit, quare Erlingus quam maximum militum numerum coëgit. Vigilia Sti Thomæ ante festum Jolense, primo jam diluculo, rex classem e portu solvit, vento spirante secundo, et quidem vehementiore. Navigarunt septemtrionem versus¹ præter Jadarem, humida nonnihil tempestate. Quo vero tempore rex litora prætervehebatur, speculatores per loca superiora Jådarem circumvivere. Erlingus autem, cognito, regem ab oriente advehi, universas copias classico ad naves excitari jussit; quo facto omnes milites ad naves confluebant atque se ad prælium comparabant. Navis qua vehebatur rex, celeri cursu Jådarem præterlata est; tum rex cursum vulgarem² ingressus est, ita instituto itinere, ut in Fjördos ad copias comparandas contenderet. Hos prænavigantes Erlingus insecutus est, magno cum

*) *aðrar*] videtur reponendum *róðrar*, sec. Hkr., 3: quam ingentes actuaras. ¹) Sic ceteri; *norðan*, a septemtrione, *A.* ²) *leið*] Hkr. expressius *innleið*, 3: cursum direxit inter insulas et continentem; quod opponitur *útleið*, cursus extra insulas, mari aperto,

militum numero, multisque navibus, quæ cum nihil præter viros et arma veherent, summæ erant celeritatis. Cum vero celox Erlingi celeritate longe ceteras anteiret, partem summi veli ope funis ductarii contrahi jussit, et suos opperiebatur.

Cap. 169. Rex Olavus, cum Erlingum cum copiis se insequi videret, quod naves habebat valde onustas aquaque turgidas, quippe quæ præcedente hieme totamque per æstatem ad hoc usque tempus aquis innatavissent, intelligens, si uno tempore universis Erlingi copiis occurrisset, impar certamen fore: clamore, qui ex una nave ad alteram exaudiri posset, significari jussit, ut velum (a summo) minutatim et paulatim demitteretur, pars vero infimi veli funiculis manuariis contraheretur. Sic factum. Quo animadverso Erlingus, inclamans, contentius navigare jussit: videtis, inquires, vela eorum jam decrescere, ipsosque nunc præcurrentes effugere. Deinde totum velum jussit laxatis funibus ductariis explicari, quo facto celox confestim ceteras naves præcurrebat. Rex Olavus, cursu intra Boknam¹ directo, cum utrique non amplius inter se conspicerentur, suos jussit vela demittere et naves in fretum, qua angustum erat, remis propellere. Hic naves junxerunt intra petras, extrà in linguam procurrentes. Omnes regis milites armatura erant instructi. Erlingus ac sui, fretum velis subeuntes, nihil periculi animadverterunt, priusquam intercepti ab classe regis Olavi, universas naves uno tempore in se ferri viderunt. Illi demissis raptim velis arma ceperunt, naves vero regię eos undique circumstebant. Ortum prælium est, atque acerrimum, moxque versa in milites Erlingi cla-

¹) Bokna, hodie *Bukken*, insula præfecturæ *Ryefylke*, boream versus a promontorio *Tungenæs*.

des. Erlingus in celsa puppi navis suæ stetit, galeam capite gerens, clypeum prætendens sibi, manu tenens gladium. Sigvatus poëta in Vika remanserat, ubi de his rebus famam accepit; hic Erlingo erat amicissimus, ab eo munera acceperat, et cum eo fuerat versatus. Sigvatus carmen laudatorium brevius de cæde Erlingi composuit, in quo hi versus sunt:

Erlingus, qui fulvum aqvilæ
pedem rubefecit (quod dubio caret),
in mare navem deduci fecit,
adversus regem pugnaturus.
[Deinde ejus celox, ingenti classe
circumdata, regiis navibus adhæsit
junctis lateribus; strenui milites
illic gladiis invicem pugnarunt¹.

Mox milites Erlingi cadere cœperunt, cumque ferveret prælium, celoxque conscendi cœpta, quisque quo erat loco constitutus occubuit². Rex rem fortiter gerebat, teste Sigvato poëta:

Rex fortis milites cecidit, irato
animo per naves vadens; corpora
cæsorum in constrato conferta³

¹) Ordo: *Erlingr, sá [er rauð enn a) bleika b) arnar fót (if-laust er þat), røð skjóta c) út d) eik i e) móti jöfri f)*. *Skeið hans lá svá siðan sibyrð við skip siklings i miklum her; snarir fyrðar g) börðust þar sverðum h)*.

a) Sic S, Hkr.; *er røð enn, cet.*; *eldinn, A*; *prave*. b) Ita B, C, D, S, Hkr.; *bleiki, cet.*; ut ad Erlingum referatur, qui infra pag. 44. *halrinn hviti* appellatur. c) *setja*, Hkr., eod. sensu. d) Ita *cet. omn.*; *ótt*, celeriter, *A*. e) *at*, id., Hkr. f) Sic C, D, Hkr.; *jöfra, cet.*; ut sit a nom. *jöfri*. g) Sic B, C, Hkr.; *fyrða, cet.*, quod referri potest ad *her*, et *snarir* pro substant. accipi, strenui (milites). h) *recepti* ex Hkr., svadentibus syllabis metricis; *siðan, cet. omn.*, non bene repetitum ex superioribus.

²) quæ sunt a signo [, *omitt. D*. ³) Legendum in textu *þraungt* pro *þraunt*; *þykkt*, dense, *D*.

jacuere: gravis erat¹ pugna ante Tungas².
 Rex latum³ rubefecit æquor
 ad boream ab Jadare; calidus
 sangvis in vastum mare decidit,
 ensem vibrante rege celebri.

Milites Erlingi adeo penitus ceciderunt, ut præter ipsum unum, nemo in celoce staret. Neque vero ipse⁴ pacem unquam petebat, neque ulli petenti pax concessa, neque refugiendi facultas erat, navibus celocem undique circumsistentibus. Sic Sigvatus:

Tota cohors navalis Erlingi
 ad oram Boknæ occubuerat;
 rex juvenis vastatam dedit
 celocem ad boream a Tungis.
 Strenuus, fraudis expers, filius
 Skjalgi, procul amicis, diu
 solus perstitit in celsa puppi
 navis suæ, præsidio nudatæ⁵.

Dein Erlingus tam ex intersealmio anteriori, quam ex aliis navibus oppugnatus est. Magnum erat spatium in celsa puppi, quæ altitudine ceteras naves haud parum superabat, unde nullum armorum genus applicari potuit, præter missilia et hastas, quorum omnium vim digladiandi dexteritate avertibat. Erlingus se tam egregie tutatus est, ut nemo ullum exemplum sciverit viri, qui unus tot hominum oppugnationem tam diu sustinuisset; idem nunquam pacem petiit, nun-

¹) facta est, *H;S.* ²) vide supra, p. 14 not. 1. ³) *breiðum]* *C;D,S,* *Hkr.;* *breiðan,* quod præferendum. ⁴) Hic iterum incipit *K.*

⁵) Ordo: *Öll skipsókn Erlings var fallin við þröm Boknar a); úngr b) skjöldúngr vann auða skeið fyrir norðan Tungur. Snarr lærauðr c) sonr Skjalgs, fjarri vinum, stóð lengi einn i lyptingu á sinu auðu skipi.*

a) Býknár, S. b) Sic B, Hkr.; úngs, A et cet., quod ad Erlingum pertinet, nescio quam recte. c) lárauðr, K; dub.

quam fugam circumspexit. Hac de re ita Sigvatus:

Animo acer Skjalgi ultor
pacem ne verbo quidem petiit,
licet tela e militibus regiis
sine intermissione ingererentur.
Sed satellitii præsidem elegit
in hastarum tempestate mari
stratum. Postea ad Boknam
vir animosior non veniet¹.

¹) Ordo: *Geðstirðra) Skjálgs hefnir reð eigi nefna sér grið, þóat skógs b) gýgjar skúrir c) konúngs firða væxi d). Enn e) verðar f) varð g) kerí geirs glyggs h) leygðan i) á gjálfri; né k) kemr síðan við l) Bókn meiri ofrhugi m).*

a) Ita *cet.*; *geðstirðs*, *A*, refer. ad *Skjálgs*. b) α : *gigantis sylvæ, securis, qua arbores cæduntur, h. l. telum; skots, jaculationis, C; skers, scopuli, B, H, S, Hkr.*; sic *gýgr*, *gigantis, de securi v. telo, absol. capiendum, et gýgjar sker, scopulus teli, clypeus. c) skyrir, id., B, S. d) Sic conjeci; væri, essent, A; vaxi, præ. conjunct., B, D, K, S; sed constructio postulat imperf. conjunct.; væxi, ad analogiam *rov færi, stæði, a fara, standa (fer, fóru: stend, stóðu)*: hoc propius ad lect. *væri* et *vaxi* accedere videbatur, quam usitatum *vyxi*, aut *vexi* (a *vexa*, intransit.); *þyrrit*, non cessarent, *Hkr.*; *þyrðit, B*, vitiose, confuso verbo *þyrja*, cum *v. þverra; berðist*, confligerent, *S*; minus apte. e) De seqv. semistroph. vide *Olavii Nordens gamle Digtekonst*, p. 32, et *Hkr. T. 2 et 6*, cujus constructionem et versionem retinui, quamvis haud exiguis laborantem difficultatibus, vide *m.* f) *virðir*, æstimator, *B*, quod jungi potest *c. geirs*, α : qui magni facit gladium, pugnator; *virða, H; varðat, L. g) val*, electio, *Ol. l. c.*, forte ex conjectura, non observata lege metrica. h) Sic *B, C, D, H, S, Hkr.*; *gluggs, id., A; gauks*, cuculi, *H. i) Sic B, S, Hkr.*; *lygðan, C; luktan*, clausum, *A; byggðu*, occupato, *D; loknu*, clauso, *H*; quæ duæ postremæ refer. ad *keri*. k) Hanc vocem add. *cet.* l) Ita *cet.*; *vii*, prave, *A. m) In hac constructione et explicatione hæc offendunt: 1) sumunt verðar varðr*, præsidem satellitii, a *verðr* pro *urðr*, id. q. *verðung*, sed quamvis *urðr* in compositione et formatione pro *verðr* positum reperitur, tamen ex-*

Rex Olavus ad celsam puppim progressus, cum quid Erlingus gereret conspexisset, eum allocutus: adverso corpore, inquit, nos hodie adspicis, Erlinge. Cui Erlingus: adversis corporibus, inquit, aquilæ confligere debent. Cujus dicti Sigvatus poëta meminit:

Alacer Erlingus, qui diu terram
probe defendit, nec defuit provinciæ
tuendæ, dixit convenire, ut aquilæ
obversæ ungvibus se lacerarent:
quando animosus Olavus eum

empla non succurrunt, quibus pateat *urðr* esse id. q. *verðung*. 2) verbum *keri*, non exemplo allato, in passivo vel impers. signif. sumitur, aut Parca vel Odin subjicitur insolenter; unde OL, loco supra allato, *val* pro subjecto adsumsit, et *verðr* pro *urðr*, Parca, nullo exemplo accepit, ut *verðar val*, electio Parcæ, de fato intelligeretur. 3) videtur poëta majus quid dicere voluisse, quam neminem Erlingo fortiorem ad Boknam venturum: immo, neminem, usquam terrarum existiturum fortiorem. Ad restituendum locum has mutationes propono: 1) pro *varðkeri* legendum *varðkers* v. *varðkeris* (id., inserto *i*). 2) pro *Bókn* legendum *botn* (quod in *boen* facile abit) et arcte cum præced. voce jungendum, α : *viðbotn*. 3) pro *verðar* legendum *verðir*, vel ex *var. virðir* v. *virðar*, et connectendum cum *geirs*, α : *vörðr* v. *virðir geirs*, pugnator. Quibus positis hic ordo emerget: *verðir geirs, enn meiri ofrhugi kemr nè sið- um á viðbotn glyggs varðkeris leygðan gjálfri*, i. e., viri! nullus postea vir, (Erlingo) animosior, in terram veniet, resonanti pelago circumfusam. *Varðker*, vas, in quo aliquid servatur; *glyggs varðker*, receptaculum venti, aër, atmosphæra; cujus ventosi vasis *viðbotn* (vastus fundus) est terra, quæ h. l. *gjálfri leygð*, mari lavata (id. q. *lauguð*) vel circumdata (id. q. *lögð*) dicitur. Hæc physica terræ appellatio jam Egili Skallagr. f. nota, Arinbj. Dr. 19. Locum autem nostro parallelum dat. Edd. Snorr. p. 122, 7: *fjærri hesir, at fæðist dýrri flotna vörðr á elkers botni, gjálfri kringðum*, i. e. nunquam magis eximius princeps nascetur in terra, resonanti pelago circumdata (Markus Skeggü f. in epicedio Eiriki Boni, Daniæ regis, qui poëta forsan locum nostri ante oculos habuerit).

sermone vero alloquebatur,
inter pugnam prope Utsteinem;
is antea mala consilia struxerat¹.

Tum rex: vis te submittere, Erlinge? Ille: volo, inquit. Quo dicto galeam capite demit, deponit clypeum atque gladium, in interscalmium anteriorius progreditur. Hic rex cornu securis malæ ejus impingit, notandos esse proditores² dicens. Tunc Aslakus Fitjaskallius³ accurrens, securim tanta vi in caput ejus incussit, ut penitus in cerebrum infixæ staret, quæ plaga extemplo letalis existit, posuitque vitam Erlingus. Tum rex Aslako: heu ictum infelicissimum! nunc tu ista cæsa Norvegiam ex manibus meis excussisti. Cui Aslakus: male accidit, rex, quod hoc factum damno tibi esse putas, cum me hac cæsa crederem Norvegiam in manus tuas redacturum; si quid ve-

¹) Ordo: *Lystr a) Erlingr, sá er lengi geymdi vel jarðar (nè lamdist b) landvörn c), það örnu klóast öndverða: þá er snjallr d) Olafr of tók e) hann f) sönnum g) málum, at sig h) við Utstein; sá var áðr búinn i) illra ráða.*

a) Sic Hkr.; *halr*, vir, *A*; forte *hals* ut refer. ad *handvörn*; *hann lystr*; *cet. omn.* b) Ita *cet. omn.*, eod. fere sensu ac *lamdist*, debilis, inutilis erat; *hamðist*, cohibita est, *A*; *ek lasta*, vitupero, *o*: laudo, var. lect. Hkr.; bono sensu. c) Sic *cet. omn.*; *handvörn*, defensio, quæ manu fit, *A*; forte defensio cominus pugnantis. d) *atz* (*o*: *ats*), *B, H, S*, Hkr.; ita *búinn ráða ats*, ad consilia struenda paratus, quod de Erlingo, defectionem moliente, intelligo; Hkr. 6, de rege, Erlingum arte circumveniente accipere videtur. e) Sic *B, C, D, S*, Hkr.; *ok tók, A*; *tekít, F*. f) Ita *cet.*; *hans, A*. g) Sic *B, C, D, S*, Hkr.; *sönnu, A*. h) Sic dedi sec. Hkr.; *sik*, scribe, *B, H*; *svik A*. i) Sic *B, C, D, S*, Hkr.; *numinn*, prohibitus, *F, K*; *unþinn*, victus, *L*, labante consonantia; *munuð*, obsc., *A*. k) *hitzig*, istic, Hkr.; *hitzi, B, S*; forte id.

²) notandum proditorem, *cet.* ³) Hoc cognomen sine dubio originem trahit ■ villa *Fitjum* in insula *Stord* quam habitasse videtur Aslakus; *Schön*.

ro hac in re erga te, domine, deliqui, tuamque hoc facto indignationem excitavi, haud sane futurum erit, ut ista res meo commodo accidat; ego enim ob hoc tot hominum odia in me concitabo, ut tua potius fide et amicitia mihi opus sit. Rex ei hanc pollicitus est. Deinde suorum quemque quam celerrime naves conscendere jussit: non enim corpora hic cæsorum spoliabimus, inquit; jam utrivis, quæ obtinuerint, habeant. His dictis regii in naves suas regressi se summa celeritate parabant. Ut vero parati erant, naves colonorum ab austro advolantes irruebant in fretum. Hic tum accidit, quod sæpius solet usu venire, quando milites gravi clade afficiuntur ducemque amittunt, ut, quantavis confluyente multitudine, reliqui duce destituti inopēs consilii fiant. Nam ea de causa, quod nulli ex Erlingi filiis eo loco aderant, coloni integrando prælio abstiterunt; quare rex cum suis boream versus cursum continuavit. Coloni funus Erlingi sustulerunt atque composuerunt et domum Solium revexerunt, ut et omnium ceterorum funera, qui ibi occubuerant. Erlingus omnibus quam maxime desideratus occidit, hunc enim præstantissimum et potentissimum fuisse omnium Norvegorum, qui dignitatis titulo caruerint, omnium sermone celebratum est. Signatus ita cecinit:

Erlingus cecidit, quo fortior
 vir nullus mortem oppetet;
 tantæ vero victoriæ auctor exitit
 oppressor regulorum præpotens.
 Haud facile novi virum
 alium, qui omnem per ætatem
 ad mortem usque solus potuerit
 suam tueri dignitatem fortius¹.

¹) Ordo: *Erlingr fëll: betri konr biðrat a) dauða; en allrikr*

Memorat Sigvatus, cædem cognati ab Aslako, atque admodum inconsulte, patratam:

Defensor Hörðensis provinciæ est cæsus. Damnum attulit Aslaku cognato. Optandum esset, ut pauci sic committerent prælia.

Non potest se de cæde cognati sui excusare. Consanguinei, arcta juncti necessitudine, iris abstinere debent.

Heic vetera pugnant inter se proverbialia¹.

tapaðr b) bragninga c) olli sliku d) gagni. Ek veit eigi e) allbrátt annann mann, þann f) er einn g) kunni h) at halda fullara allan i) aldr at k) fjörláti l).

a) Ita dedi sec. Hkr.; *biðiat, A*; prave, si vel scribatur *biðiat*, ne oppetat, vel *biðlat*, ne optet; *biðr, D,H,K*; *biðar, C*; utrumque prave. b) *skapaðr*, creator, effector, *D*; *skavpaðr* (rectius *sköpuðr*), id., *C*; *skipan, H*, \circ : *bragninga konr olli sliki skipan*, cognatus regum (rex Olavus) talis mutationis (eventi) auctor exstitit; *skipat, S*; \circ : *olli skipat sliku g.*, quanquam *valda c.* particip. insolentius; *skapat*, ead. construct., *B*; sed *skapa* dativum rei non regit; *tapað*, Hkr., \circ : *bragna konur olli sliku tapað með gagni*, tanti damni auctor victoria sua extitit; quod durius in regem dictum videri possit; sed dicit poeta: cecidisse Erlingum, fortissimum virum: regem de fortissimo viro victoriam reportasse: cædis culpam transfert in Aslakum. c) *bragna*, virorum, Hkr., vide *b*; ante *gagni* voc. *með*, ins., *B,D,H,K,S*, Hkr.; *at*, id., *C*; \circ : hoc (necem Erlingi) effecit rex sua victoria. e) *eingi*, nullum, Hkr. f) *sá, cet.* Hkr., anomale, ut *Völusp. 13.* g) *enn, B,C,D,S*, Hkr.; refer. ad compar. *fullara*. h) Ita *cet.* omn.; *kunnu*, noverunt, *A*; vide *i*. i) Sic *cet.* omn.; *allir*, omnes, *A*; \circ : *þann er allir kunnu*, quem omnes norunt; sed ita cetera sententia non bene procedit. k) Sic *cet.*; *af*, mendose, *A*; *þóat*, etsi, Hkr.; ut *láti* sit verbum, nescio quam recte. l) Ita dedi una voce; *fjörláti, B,C,D,K,S*, Hkr.; \circ : *þóat láti allbrátt fjör*, etsi ille (Erlingus) præpropere occumbat; sed displicet præ. temp. *láti*; *fjör látit, F,I*; *Fjör láta, A*; utrumque minus commode.

¹) Ordo: *Vörðr a) Hörða foldar er b) drepinn; Aslákr hefir aukit frændseku: fáir c) skyldu vekja styr svá. Eigi má*

Ex filiis Erlingi alii in Thrandheimo, regni parte boreali; apud Hakonem dynastam versabantur, alii in Hördia, alii in Fjördis erant, copias cogentes. Ut vero allata est fama de cæde Erlingi, adjuncta rei nuntio est evocatio militum tam ex Agdis orientalibus, quam ex Rogalando et Hördia, [ex quibus provinciis copiae sunt conscriptae, maximus hominum numerus, qui exercitus filios Erlingi comitatus est, boream versus ad insectandum regem Olavum contententes. Rex Olavus, cum, confecto adversus Erlingum prælio, boream versus, multo jam die, freta pernavigaret, hos versus composuisse dicitur:

Parum lætus est, credo, exercitus
 hac nocte ante Jadarem; nos denuo
 periculum fecimus committendi prælii:
 corvus escam decerpsit ex cadavere.
 Erlingus, sangvine clarus
 nimis cito mortem oppetivit.
 Princeps virorum ei severe
 rependit ruptionem foederis¹.

hann nita ættvigi d); bornir frændr skyli e) bræði f) bindast; þar g) bitast h) fornu málin um.

a) Ita *cet.*, Hkr.; *norðr*, A; mendose. b) *ætt*, B; jung. c. *vörðr*, custos gentis Hördensis, subint. *er*. c) Hic iterum incipit E. d) Sic Hkr., quod, si *hann* retinendum, aptius est; *ættvigum*, in plur., *cet*, quod, excluso *hann*, æque retineri potest. e) Sic *cet.*, Hkr.; *munu*, abstinebunt, A. f) *böls of*, odiis, Hkr. g) *þat*, B,H,S; *∴ þat má hann eigi*, (at) *nita ættv.*, sensu non discrepante. h) *bitast um*] *álit*, respiciant, observent (∴ consanguinei), B,H,S, Hkr. Num excludenda est vocula *hann*? sc. ut duo proponantur proverbialia, quæ inter se repugnantia videri possint: *eigi má ættvigum nita* et *bornir frændr skyli bræði (böls of-) bindast*.

¹) Ordo: *Litt mun herr a) glaðr b) i nátt fyrir Jaðri; var unnum enn a) hætta gunnar c) gný, hrafn sleit d) beitu e) af ná f). Ættgóðr Erlingr beið andrán til árla; verstillir g) hefir illa getit hánum um-rof sætta h).*

Hac nocte parum lætus erit, credo,
vir ille candidus ante Jadarem;
fecimus strepitum bellonæ: corvus
ex dato sibi cadavere edit.

Ita ipsi omnino cessit male,
quod me meo spoliare cogitavit;
iratus per naves processit:
terra sustinet cædes hominum¹.

Posthæc rex boream versus cum copiis contendit,
litora legens. De collecto ab colonis exercitu
veros acceperat nuntios. Fuere tunc apud regem
Olavum multi præfecti, in his omnes Arnii filii.
Id quod memorat Bjarnius Gullbrauæ poëta in
eo carmine, quod de Kalvo Arnii filio composuit:

Fuisti, Kalve, ad orientem prope
ipsam Boknam, ubi acer prælio
Haraldi filius suos jussit fortiter
pugnare. Tua strenuitas innotuit.

a) herr enn] höldrinn, vir (3: Erlingus), D. b) glaðir, læti, F; refer. ad unnum. c) geirs, gladii, sensu eod., C,K. d) Ita cet.; skeit, A, male. e) Sic C,D,G; peitu, A, cet., ob-sc. f) Hic versus occurrit in Eyrb. Cap. 19. str. 6. g) örr stillir, rex munificus, var. lect. Hkr. ad h. l., aptius metro, quanquam v (raro quidem, sæpe j) pro vocali usurpatum esse reperiatur, ut Havam. 13. h) Nesciunt hanc stropham B,H,S; Hkr. ex hac et sequ. unam facit, retinens tres postremos versus hujus strophæ et quinque primos sequentis, vide quoque var. lect. ibidem.

¹⁾ Ordo: *Halrinn hvíti a) mun litt glaðr b) i nátt fyrir c) Jaðri; vær unnum gunnar gny: hrafn etr af getnum ná d). Svá hefir mitt rán getit e) hánum öllungis illa; ek gekk reiðr of skeiðar f); jörð veldr manna morði g).*

a) nempe ipse Erlingus. b) glaðir, læti, C,F; refer. ad unnum. c) á, in C,D, Fagrsk. d) Idem versus Hkr. O. Tr. c. 56. e) gefist, usit, var. lect. Hkr. f) similis versus Fornm. S. T. 2, p. 313, str. 2. g) Ignorat hanc stropham K; quatuor postremi versus eod. fere modo leguntur in Hkr., ad. h. l., in lect. var., item in Fagrskinna.

Gigantis equo lautas parasti
dapes ad festum Jolense. Tu
primus conspectus es in conflictu
lapidum scissorum et hastarum¹.

Milites male accepti sunt;
Erlingus ibi captus est;
Pallidæ tabulæ sangvine natabant
boream versus ab Utsteine.
Eventus clare docet, regnum
regi esse per fraudem ereptum;
provinciæ subjectæ sunt Agdensibus,
horum enim copiæ majores erant².

¹) Ordo: *Vastu a), Kálfr, austr b) við sjálfa Bókn, þar er vigdjarfr c) arfi Haralds d) bað kosta vigs; þitt kapp kynnist u) mönnum. Gátut grtðar sóta gólig faung til jóla f); þú vart g) kendr fyrstr h) at fundi i) flettugrjots ok k) spjótal).*

a) Sic *F, H*, Hkr. (quod non scribendum *Vástu*, hæc enim forma recentior est pro *váttu*, a *vega*, pugnare, quod idem ex *Fagrsk.* apparet, quæ scribit *vas þú*); *váttu*, dimicasti, *E*; *vart þú*, fuisti, *A*; utrumque metro minus accommodatè. b) *of*, *C*. c) *vapndjarfr*, in armis tractandis audax, *cet.*, Hkr. d) Pro *Vigdjarfr Haralds arfi Fagrsk.* leg. *vinreifr með Oleifi*, ubi *vinreifr*, de rege Olave accipiendum et subijciendum *þu bað*. e) *kunn þú*, notum fac, *E*; minus apte. f) quod hoc prælium commissum est paucis diebus ante festum Jolense, vide supra Cap. 168; Hkr. T. 6, *jól* h. l. pro convivio accipit. g) *vartu*, eod. sensu, Hkr. h) Ita *B, C, D, E, H, K, S*, Hkr.; *fyrst*, primum, *A*. i) Sic *B, D, H, S*, Hkr.; *falli*, jactu, *cet.*, contra metrum. k) Sic *cet.*, Hkr.; *eða*, aut, *A*. l) Pro quatuor postremis versibus *Fagrsk.* habet versum 3, 4, 5, et 6 strophæ sequentis.

²) Ordo: *Öld fékk illt or deildum a); Erlingr var fenginn b) þar; bleik c) borð óðu i blóði fyrir norðan Utstein. Ljós raun er, at ræsir var ráðinn frá láði; lönd lögðust d) und Egða; ek frá þeirra lið meira.*

a) Sic *B, C, D, H, S*, Hkr.; *fá or deildum* (ut hodie dicitur *bera úr býtum*), propr. suam partem ex divisione accipere, auferre, deinde metaph. commodum vel incommodum ex re aliqua percipere. *A* h. l. habet *gjöldum*, *o*: suam partem ex so-

Rex Olavus, cursu boream versus præter Stadum continuato, ad Hereyas appulit, ubi accepit, Hakonem dynastam magnas copias in Thrandheimmo collectas habere. Hic, cum rex sententiam militum exquireret, Kalvus vehementer hortatus est, ut, quamvis esset numero copiarum longe inferior, in Thrandheimum contenderet atque adversus Hakonem dynastam dimicaret. Quod consilium cum multi alii probarent, res ad arbitrium regis rejecta est.

Cap. 170. Posthæc rex naves in (sinum) Steina-
 vagum duxit, ibique per noctem moratus est. Aslakus vero nave sua per interiora ad Borgundam profectus, ibi eadem nocte se continebat; aderat ibidem Vagleikus Arnii filius, qui mane sequenti Aslakum ad navem regredientem aggressus, cædem Erlingi ultus est. Interea aulici regis, qui hac æstate domi se continuerant, a borea ex freto Frekeyensi ad regem delati, afferunt, Hakonem dynastam cum magno militum numero pridie vesperi in fretum Frekeyense devenisse, eum de medio tollere, si qua copia fieret, cupientem. Rex suos in montem, qui ibi est, speculatum emisit. Qui conscenso monte, cum boream versus ad Bjarneyam¹ prospectantes animadvertissent, ingentem classem a borea ferri, extemplo descenderunt et regi nuntiarunt, magnas copias a borea adventare. Rex, qui eo loco naves duodecim in statione habebat, his cognitis, classico signum dedit. Milites, demtis

lutione (persoluta pecunia) auferre. Prior locutio videtur ex prædæ divisione, posterior ex multa homicidii desumpta. *b) blökk*, nigra, fuscæ, *B,H,S*, Hkr. *c) lögðut*, subiecisti (provincias), *E,L*; prave: *lagðist land*, terra subjecta est, Hkr.

¹⁾ Sic Hkr.; Bjarneyas, *C,E,D,H*; Bjarkeyas, *A*; Frekeyas, *L*; est autem Bjarneya, nunc *Björnö*, insula in parœcia *Borgund*, nomarchia *Söndmör*.

navium tentoriis, ad remos se corripuerunt. Cum vero parati essent et ex portu naves agerent, classis Thrandorum viginti quinque navium, a borea adveniens Thjotandum prætervehebatur. Quare rex, cursu intra Nyrvium¹ directo, intra Hundsverum² penetravit. Ubi vero e regione Borgundæ erant, navis, quæ Aslako fuerat, navigantibus occurrit. Hi, regem Olavum convenientes, afferunt, Aslakum Fitjaskallium, quod Erlingum interfecisset, e medio sublatum esse a Vigleiko Arnii filio. Quam rem etsi ægerrime ferret rex, tamen propter imminentes hostes tardandi itineris facultatem non habens, per Vegsundum³ et præter (promontorium) Skotum profectus est. Hic copiæ ejus dilabi cœperunt, Kalvo Arnii filio multisque aliis præfectis et navium rectoribus discedentibus et ad Hakonem dynastam transfugientibus. Rex vero Olavus cursum continuavit, neque prius destitit, quam in Rodrarfjördum⁴ pervenit, ubi ad Valldalum⁵ appulit. Hic e navibus egressus est, quas tum numero septem subduci curavit, traditis ad custodiam velis et armamentis. Dein tentoria posuit in lingulis arenosis, eo loco, qui Sultum⁶ appellatur, amœnis campis spectabili; juxta has lingulas cruces erexerunt. Habitavit Mæriæ colonus, nomine Brusius, ex hujus vallis incolis maximæ auctoritatis. Hic et multi alii coloni ad regem Olavum descenderunt eumque pro dignitate honorifice salutarunt, quos rex haud vulgari comitatis significatione exceperit. Quærenti regi, an ex iis Dalorum locis transitus in

¹) nunc *Nörvö*, insula *Sunnmæriæ*. ²) insula *Sunnmæriæ*; sic *B, C, E, S*; *Hundver, K*; *Hünkver, A*. ³) Sic *B, Hkr.*; *Vigsund, C, D*; *Veigsund, S*; *Veggjaðarsund, L*; *Veggjarsund, A*. De situ Vegsundi vide *Geographisk Oplysning ved Pontopp.*, pag. 77, not. r. ⁴) *Róðarfjörð*, *B, C, E, H, K, S*; vide *Hkr.* annot. ad. h. l. ⁵) *Valldalum, B, C, D, K, S*. ⁶) *Sultus, B, D, L*.

Lesjas esset, Brusius significavit, in ea valle locum esse saxis confragosum, Sefsurdam dictum, et hominibus et equis impervium. Rex Olavus respondit: periculum, Brusi, faciemus, res quem deo placuerit eventum habitura est; cras ipsi cum jumentis vestris huc adeste; videamus, ut res sese habeat, quando ad locum¹ pervenimus, an artem aliquam invenire possimus, ut cum equis et viris transiri locus queat.

Cap. 171. Orto die coloni, ut imperaverat rex, cum jumentis descenderunt; quo facto (regii) vestes suas et impedimenta omnia simul vixerunt, omnes vero milites ac ipse rex pedites iverunt. Rex processit, donec in clivum venit, Krossbrekkam² dictum, quo cum pervenisset, requievit atque ibi aliquantisper consedit; hinc sinum subjectum despiciens: iter laboriosum (inquit) nobis facessiverunt præfecti nostri, qui cum aliquanto tempore nostri fuissent amici et consiliorum participes, fidem commutarunt (fefellerunt). In clivo isto, ubi consederat rex, nunc duæ cruces stant, ibi ab eo relictæ. Deinde rex equum conscendit, neque destitit, priusquam ad saxetum pervenit. Hic rex a Brusio quæsit, ecqua prope essent tuguria æstiva, in quibus commorari possent. Ille affirmavit. Rex tentorium posuit et eo loco pernoctavit. Postero mane suos jussit ad saxetum ire et experiri, an curribus transiri posset. Hi eo abierunt, rex vero domi remansit. Vespere ejusdem diei domum redeuntes aulici regis, se difficiles labores pertulisse nullo successu questi sunt, nunquam eam posse viam aperiri dicentes. Eo loco alteram noctem requieverunt, rege totam eam no-

¹) Hic lacuna incipit in *E.* ²) Sic *B, D, H, K, S; Njósbr., A; Njónsbr., F; Moss, L; Orlósr., C; Arósr., Hkr.,* omnia ut videtur ex *Krossbr.* depravata.

ctem in precibus assiduo. Qui cum primum oriri lucem videret, suos ad saxetum redire iussit, si qua ratione possent viam curribus idoneam eâ facere. Abeunt, inviti tamen, nihil se profecturos dicentes. Cum autem hi abierant, adiit regem præfectus alimentorum, eique significavit, non plus carniū superesse, quam bina boum terga, cum quatuor ferme centurias hominum alendas haberet. Tum rex omnes lebetes igni imponi, et in singulos frustum carnis injici iussit; atque ita factum est. Accessit rex et alimenta signo crucis consecravit, cibumque parari iussit; quo facto ad saxetum, ubi via erat aperienda, se contulit. Quo cum venit, consederunt omnes, labore exanimati. Brusius inquit: confirmavi, domine, hoc saxetum nullo posse labore sterni, sed fidem habere noluisti. Dein rex, deposita tunica, omnes iussit opus aggredi et ulterius rem tentare. Illi imperata faciunt. Tum saxa, [quæ antea ab centum viris ne loco quidem moveri potuerant, viginti homines¹, quo voluerunt, moliti sunt; ita circa meridiem via strata erat, ut tam hominibus, quam equis onustis, non minus pervia esset, quam planus campus. Posthæc ad locum, ubi cibaria eorum erant, antrum Olavi nunc appellatum, revertuntur. Prope ab antro est fons, quo rex se lavit; ex quo fonte si pecora, quæ in his vallibus sunt, morbo forte langventia biberint, cito convalescunt. Mox ad cibum sumendum rex omnesque sui concesserunt. Cum vero rex cibum sumserat, interrogavit, ecqua essent in ista valle tuguria juxta saxetum, monti vero propiora, in quibus pernoctare possent. Brusius respondet: sunt quidem hic tuguria, Gresungi (herbosa)² appel-

¹) Sic *cet.*; deleta in *A.* ²) *Greningar* (viridia), *cet.*; *Græwingar*, *id.*, *Hkr.*

lata, sed in his, propter incursiones gigantum et noxiorum geniorum, qui ibi sunt, nemini tuto pernoctare licet. Rex pergere jussit, se ostendit eo loco pernoctaturum. Tum præfectus alimentorum regem adiens, ingentem superesse vim cibariorum, nescire vero, unde advenissent, significavit. Rex, pro dono divinitus misso gratiis actis, magnas (cibariorum) sarcinas parari colonis per valles descensuris jussit. Proxima nocte in tuguriis commoratus est; media vero nocte, cum dormirent homines, vox horrenda foris exaudita est in loco, ubi pecora mulgebantur, dicens: adeo me preces regis urunt (inquit genius ille), ut in domicilio meo commorari non possim, sed domo profugere nunquam rediturus cogar. Postero mane cum expectati essent, rex in montem ascendit. Hic Brusio: hoc loco, inquit, villam ædificari volo, quam qui incolet colonus, omni tempore, quæ vitæ sustentandæ sufficiant, inveniet; hoc enim loco nunquam sementis algebit, quamvis algeat supra et infra. Deinde rex montem transcendit et ad villam Einbuium devenit, ubi pernoctavit. Hoc tempore rex Olavus quindecim hiemes rex Norvegiæ præfuerat, si annumeras illam hiemem, qua is atque Svein dynasta una regno præfuere, item hanc jam aliquantis a nobis memoratam, quæ hiems tum ultra festum Jolense provecta erat, cum rex relictis navibus in terram escenderat, ut antea dictum est. Hanc imperii ejus partem descripsit sacerdos Arius polyhistor Thorgilsis filius, qui et erat veritatis amans et bona præditus memoria, tantoque natu, ut recordaretur et narrantes audivisset homines tam senes, ut ætatis ratione has res meminisse potuerint, prouti ipse in libris suis scripsit, nominans homines, a quibus rerum notitiam acceperat. Vulgo autem traditur, regem Olavum quindecim

hiemes regem Norvegiæ fuisse, antequam occubuerit. Quæ qui contendunt, Sveinis dynastæ imperio annumerant eam hiemem, quam hic ultimam intra regni fines est commoratus; posthæc enim rex Olavus quindecim hiemes rex fuit, ita ut in vivis esset.

Cap. 172. Postquam rex Olavus noctem in Lesjis transegerat, postero die in Gudbrandsdalos descendit, indeque in Heidmarkiam. Tunc apparuit, quinam amici ejus essent, hi enim eum comitabantur; illi vero, qui amicitiam minori fide coluerunt, eum partim deseruerunt, partim inimici atque aperti hostes ejus facti sunt, ut postea innotuit; in primis aperuerunt Upplandi, cædem Thoreris, cujus supra facta mentio est, vehementer ipsis displicuisse. Rex Olavus multis, quibus cura rei domesticæ ac liberorum incumberat, domum redeundi veniam concessit, quippe desperantibus de securitate fortunarum eorum, qui regem secuti patria excessissent. Hic rex palam vulgo fecit, se constituisse regno excedere, primoque in Sveciam concedere, ibi quo se porro verteret deliberaturum: spem faciens amicis, si deus sibi tam diu vivere permetteret, fore ut postea patriam reviseret regnumque repeteret: animo se præaugire, totum Norvegiæ populum post aliquando suo obsequio obstrictum fore. His addidit: Hakonem dynastam brevi tempore imperio terræ usurum auguror, quod quidem multis haud mirum videbitur, reputantibus, Hakonem dynastam antea in negotiis inter nos intercedentibus a fortuna fuisse destitutum. Illud vero haud paucis incredibile videbitur, cum quid de fati Knuti regis præaugiat animus aperuero, eum paucas post hiemes morte decessurum, totum ejus imperium dilapsurum, neque ejus prosapiam ad opes emersuram, si modo, quo mea spectant verba, res cadat. Ubi rex finem

dicendi fecerat, comitatus regis profectionem paravit, tumque rex cum his, qui eum comitabantur, orientem versus ad sylvam Eidensem deflexit. Hi tum eum comitati sunt: regina Astrida, Ulvilda et Magnus, regis filius, Rognvaldus Brusii filius¹, Arnii filii, Thorbergus, Finnus et Arnius², et præter hos haud pauci præfectorum; comitatus ejus ex delectis viris constabat. Björn aulæmagister, impetrata domum redeundi venia, ad res suas rediit; et multi alii amici regis data venia ad res suas redierunt, quos rex rogavit, si res memorabiles accidissent, quas scire sua interesset, de his ut se certiores facerent. Quo facto rex iter continuavit. De cujus itinere hoc dicere est, quod e Norvegia primum per sylvam Eidensem in Vermalandum contendit, inde in Vazbæum, inde sylvam, qua iter est, permensus in Nerikium³ pervenit. Hic vir habitavit potens ac dives, nomine Sigtryggus, cujus filius erat Ivar, [qui postea⁴ vir præclarus extitit. Hic rex magnam partem veris apud Sigtryggum versatus est; ineunte vero æstate ad profectionem se paravit, comparatisque navibus eadem æstate iter ingressus, non destitit priusquam orientem versus in regnum Gardorum ad regem Jarazleivum et Ingigerdam pervenit. Regina Astrida et Ulvilda in Svethia remanserant, Magnum vero filium rex secum duxerat. Rex Jarazleivus regem Olavum amicissime excepit, ei conditionem fecit secum commorandi, tantumque agri concessit, quantum

¹) Dagus et Hringus e Gothia, Finnus Haraldi, Egil Halli, Tovius Valgöti, Thorodus Crassus, nepos ex sorore Einari Arripotentis, Thorstein Ragnhildæ f., duo Islandi Einar et Thorodus, Thorleivus Kveikus, et Thorleivus Albus, add. F. ²) et Kolbein, Gissur Gullbrauæ poëta, Thormodus Kolbrunnæ poëta, add. F. ³) Narikium, F,L; Anarikium, K. ⁴) Sic cet. omn. et Hkr.; Sigtryggus, A.

sumtus alendi exercitus posceret. Rex Olavus hac conditione usus ibique commoratus est. Dicitur rex Olavus omni quidem vitæ tempore morum probitatis studiosus et in precibus assiduus fuisse, postquam vero adversariorum vires augeri, suasque opes decrescere sensit, toto animo in rem divinam incubuit. A qua re eo tempore neque curis aliarum rerum, neque superioris temporis negotiis avocatus est. Nam omni tempore, dum regiam majestatem gerebat, ea administravit, quæ maximæ utilitatis esse judicavit, primum regno pacem conciliare remque publicam a servitute exterorum hominum ac principum liberare, deinde populum ad veram religionem convertere, legesque atque jura constituere. Quod vero punivit injusta facientes, hoc justitiæ ergo fecit. Hic nempe mos apud Norvegos inveteraverat, ut præfectorum filii aut potentes coloni navibus bellicis excurrerent, et rapinas domi forisque exercendo opes compararent. Postquam vero Olavus rerum administrationem susceperat, regno pacem restituit, omnes rapinas abrogando, tam gravibus additis pœnis, ut, nisi vita membrisque amissis, nullam reis expiandi copiam faceret. Hic nullus precibus, nullus pecuniæ oblatæ locus. Sic hac de re Sigvatus:

Qui piraticam exercebant,
 sæpe regi imperioso rubrum
 aurum obtulerunt, ut effugerent
 (pœnas); sed accipere noluit.
 Capita fecit gladio præcidi:
 prædatores manifestam pœnam
 sunt passi; tali modo rex
 tueri debet terram populi¹.

¹) Ordo: *Þeir er ullu úthlaupum, buðu opt riklunduðum gram rautt a) gull, at kaupast undan b); en ræsir nitti c).*

Rex præstantissimus, qui plurimum
feras aluit, furum et prædonum
genus mutilavit; ille hoc modo
furti convictos membris truncavit.
Bonus ille rex quemvis vegetum
furem pedibus et manibus
carere fecit; sic ille pacem
regni civium restituit¹.

*Hann lét d) hnefsa e) skör með hjörvi: ráns f) rekkar g) biðu
sýna h) refsing i); konúngr k) skal svá verja herland l).*

a) Sic *cet.*; *rètt*, *A*; vide *c.* b) *sliku*, *B.* c) Sic *C, F, H, K, Hkr.*; *neitti*, *id.*, *cet.*; *átti*, *A*, *æ* vel, *en ræsir atti rètt* (pro *rètti*, *dat.*), obtrudit jus, vel *átti rètt*, jure egit, utrumque minus commode. d) *bað*, jussit, *C, D, H, S, Hkr.*; *bar*, *B.* e) *efsa*, abscinderé, *B, Hkr.*; *efla*, *D*; *ofsa*, *S*; utr. corrupt. ex *efsa*. f) Sic *dedi sec. Hkr.*; *rán*, *C, D, H, K, S*; *raun*, *A*; vide *h.* g) *rekka*, *A*; *rèttar*, *B.* h) Sic *C*; *sýnar*, *B*; *sona*, *D, S*; *sína*, suam, *Hkr.*; *þínir tui*, *H*; *trjónur*, *A*, obsc., forte clava v. fustis, *trjónur biðu* (*buðu?*) *raun rifsing rekka*, fustes cohibuerunt rapinas virorum, *dub.* i) Sic *dedi sec. Hkr.*; *rifsing* rapina, *cet.* k) *fírum*, *B, C, D, S, Hkr.*, refer. ad *hnefsa*. l) *Hkr.* jungit *laudher*, populum, cives.

¹) Ordo: *Margdýrr konúngr, sá er mest fæddi a) vargá b), meiddi cett hvinna c) ok d) hlanna e); hann f) stjýfði g) þýfða h) svá. Þýðr konúngr lét hvérn ernan þjóf þerflast i) bæði fóta ok handa; hann bætti sva frið lands fylkis k).*

a) Sic *B, C, D, H, K, S, Hkr.*; *leiddi*, *A*; *dub.* hoc nexu. b) Sic *B, C, D, H, K, S, Hkr.*; *vörgum*, *A.* c) Ita *cet.*, *Hkr.*; *hinna*, *A*; *vinna*, *C*; *prave*, nam *hvinn levator est.* d) Sic *B, C, D, H, S, Hkr.*; *at*, *A et cet.* e) *hlenna*, ut alias vulgo, *B, C, D, H, S, Hkr.* Vertunt vulgò nebulonem, sed certum est prædonem significare. f) *herr*, populus, *B, C, S.* g) *skýfði*, everrit (abrogavit), *K, Hkr.* h) *þýfðir*, furta, *Hkr.*, quod præferendum puto. i) *þermlast*, *id.*, *C, F*, *Hkr.*; *þarnast* (i. e. *þarfnast*, quod prætulit *Hkr. T. 6*), *id.*, *B, H*; *þramlasc*, *S*; forte corrupt. ex *þermlasc*; *þrifast*, *L*; puto corrupt. ex *þirfast*, *id. q. þarfnast.* k) Sic *B, C, D, K, S, Hkr.*; *fylkir*, in nom., *F*, quod referri possit ad *hann*; *fykir*, *A*, obscure; accepi vocem

Hac re maxime severitatem ostendit terræ custos, quod capita permultorum piratarum acutis gladiis jussit præcidi. Liberalis Magni pater auctor multorum commodorum existit; auxere plurimæ victoriae Olavi Crassi gloriam¹.

Potentes et humiles pari poena multavit. Quod cum incolæ pro nimio rigore haberent, adversus eum hostilia induerunt hi, qui regis judicio, quamvis justis de causis, cognatos suos amiserant. Hæc initia fuere rebellionis, quam præfecti adversus regem Olavum cœptaverunt, quod exerceri ab eo jus non patiebantur; ille vero deponere dignitatem, quam justitiam maluit. Neque vero ei hoc recte crimini datum, quod in suos esset illiberalis: fuit enim in amicos liberalissimus. Sed ea causa fuit cœptatæ adversus eum seditionis, quod durus

fylki, n., eod. sensu ac *fólk*, ut *lands fylki* sit id. q. *landsfólk*. Sed Hkr. legit *fridr bættist svá fylkis lands*, quod aliquis forsitan præferet.

¹) Ordo: *Þat a) vissi helzt b) rikis, er grundar c) vörðr lét skorna d) skör hundmörgum vikingum með hvassum vápnum. Mildr Magnúss faðir hefir valdit mörgu e) gagni; ek kveð flestan sigr fröndu f) fremd g) Ólafs hins digra.*

a) Sic dedi sec. Hkr.; *þar, cet. omn.* b) Sic *B,C,D,S*, Hkr.; *heldr*, potius, plus, *cet.* Verbum *vita*, c. gen., ponitur tam personaliter, quam impersonaliter, vide Scr. Hist. Isl. T. I., p. 56, not. a; rectam constructionem et sensum h. l. non assecuti videntur interpr. Hkr. c) *grandat*, nocuit, *K*; vix recte. d) *skerða*, *B,C,S*, Hkr., eod. sensu, et metro aptius. e) *mörgum*, multis (hominibus), *K.* f) *fundu*, *C*, invenisse, obtinuisse. Ceterum *fröndu* non est enallage numeri, vide Scr. Hist. Isl. T. I., p. 147, not. β. g) Sic *F,L*, Hkr.; *frægð*, *H*, eod. sensu, metro invito; *frændr*, *A* et *cet.*, *o*: *ek kveð frændr Ol. h. digra fröndu flest. sigr*, ajo cognatos Olavi Crassi plurimas victorias reportasse: sed de his sermo non est.

et in puniendo nimius esse videbatur: rex autem Knutus cum magnam pecuniæ vim obtulit, tum vero etiam (quæ res ad sollicitandos principum virorum animos maximum momentum habuit) honores et imperia cuique pollicitus est; quo accessit, quod Norvegi cupidi erant Hakonem dynastam recipiendi, qui, dum regno præseset, omnium incolarum favorem sibi conciliavisset.

Cap, 173. Hakon dynasta, ut supra memoratum est, classem ex Thrandheimio duxerat, atque austrum versus in Mæriam adversus regem Olavum contenderat. Cum vero rex sinum intrasset, dynasta, eum persequens, obvium habuit Kalvum Arnii filium, aliosque plures, qui ab rege Olavo discesserant; heic Kalvus amicissime ab dynasta exceptus est. Dein dynasta versus interiora contendens eo pervenit, quo loco rex naves suas subduxerat in Rodrarfjördo¹ et Valdalo. Dynasta naves, quæ regi erant, occupavit, has deducendas et instruendas curavit, et gubernatores constituit. Erat cum dynasta vir Islandus, nomine Jökul, filius Bardi Jökulis filii ex Vazdalo; cui cum sorte obtigisset gubernandus Bisons, qui regi Olavo fuerat, hos versus composuit:

Obtigit mihi sorte, ab Sulto
ducere navem (in qua constituto
mihi procella metuenda est, sed sero
timoris famam de me audiet femina),
quam possiderat Olavus
ille Crassus. Hic ipse rex,
o feminæ, ornatæ brachia!
hac æstate victoria exutus est².

¹) Sic B, D, K, S; A h. l. habet *Koðrafjörð*.

²) Ordo; *Ek hlaut stýra skipi frá a) Sult b) (væn erum c) hreggs at hlýr-vángs d) hreini, en sæta e) siðfregn f), at ek kvíða), því er Oleifr hinn digri átti; kleifar vala g) óstrætis h)!* *sjalfr gramr var ræntr sigri á sumri.*

Hoc loco, ut rem cito explicemus, ea, quæ multo serius gesta sunt, interponere libet: Jökul, copiis regis Olavi occurrens, vivus captus est. Rex eum ad supplicium duci jussit. Innexa est capillo ejus virga, quam vir tenuit; ipse cum in clivo aliquo se composuisset, atque vir eum decollaturus accessisset, audito ferri stridore, crexit sese, quare cæsa in caput veniens grave vulnus reliquit; quod rex letale esse animadvertens, hominem desistere jussit. Tum Jökul erectus sedens, hos versus composuit:

Desertum viribus urunt
vulnera. Sæpe usus sum sorte

a) *fyrir*, ante, *K*; *or*, ex, *Fagrsk.* b) *Slygs*, *Fagrsk.*; sinu *Sligsensi*. c) *erumc*, id., *Hkr.* d) Ita *cet.* et *Hkr.*; *hlýrvags*, *A*, quod id. videtur ac *hlýrvags*, *Fagrsk.* via proræ, mare. e) Sic *cet.* omn.; *sóta*, *A*. f) *sið fregn*, divisim, *Hkr.*, sens. eod. g) *funa*, ignis, *B, D, H, S*, *Hkr.*, *Fagrsk.*; *haka*, piratæ, *cet.*, vide mox *h*. h) *eistræti* (forte rect. *eystræti*), id., *C*; *óstëttar*, id., *D*; *ýstëttar*, strati arcus, i. e. manûs, sensu eod., *B, H, S*, *Hkr.*, *Fagrsk.* Est locus impeditus et dubiæ interpretationis. Olavius jungit et vertit: *Olafr hinn digri, er kleifr ýstëttar funa*, qui aurum anxie quærit, = verbo *kleifa*, scandere, transl. allaborare, conari (quæ forma et signific. transl. an unquam exstiterit, dubitare licet). Accepi *kleifar* pro plur. subst. *kleif*, f., clivus editior, terra, quod pro subjecto appellationis femininæ, ut alias *brekka*, habui. *Óstræti* et *eystræti*, id. q. *stræti*, n. (præfixo *ó* et *ey*), via, statio, et *óstëtt*, id. q. *stëtt*, via, strata. Ita *óstræti* v. *eystræti vala*, statio accipitrum, manus; *ýstëttar* (vide *g*) *funi*, ignis manûs aurum; *óstræti haka*, via piratæ, mare: mulier vero tam ex auro et manu, quam ex mari denominatur. Alia construendi ratio est hæc: *þvi er Oleifr hinn digri atti* (impf. v. *etja*) (∴ *of*) *kleifar vala haka óstræti* á *sumri*, quam (navem) Olavus eadem ætate per ardua piratici soli (fluctus marinos) egerat, i. e. qua vectus fuerat. Sed hæc constructio non convenit cum var. lect. *ýstëttar*, neque, ut puto, præpos. *of* facile omittitur nisi cum verbis intransitivis, *fara*, *ganga*, *riða*, *standa*, et simil.

meliore. Vulnus mihi est, rubrum
perpetuo ejaculans liquorem.
Ex hac plaga sanguis erumpit;
doloribus perferendis adsvetus sum.
Rex munificus, galea decorus,
iram suam in me effundit¹.

Quibus dictis Jökul confestim exspiravit.

Cap. 174. Kalvus Arnii filius cum Hakone dynasta boream versus in Thrandheimum profectus est. Hic, cum dynasta eum ad se invitaret honoresque (aulicos) ei offerret, se primo Eggjam ad villam suam iturum, et deinde de rebus suis consultaturum² ostendit. Quod cum fecisset venissetque domum, mox animadvertit uxoris Sigridæ acrem vehementiam; quæ injurias recensens, quibus affecta ab rege Olavo sibi videbatur, primo memoravit, eum cædem jussisse Ölveris mariti: nunc vero (pergit) duo gnatos meos occidi fecit, quorum cædi tu, Kalve, ipse adfuisti; quod quidem nunquam facturum te cogitaveram. Kalvus reponens, se invito Thorerem interfectum: obtuli, inquit, pecunias, quibus vitam ejus redimerem, cum vero Grjotgardus cæsus est, fratrem meum Arnbjörnem amisi. Reponit illa: bene accidit,

¹) Ordo: *Sár sviða af mæði, hefik opt setit við betra: und er á oss, sú er ótrauð a) sprændi rauðum legi. Mær býss blóð or þessi b) ben, ek tæ c) venjast við þrek; hjálmgöfugr heitsær d) hilmir verpr á mik reiði.*

a) Sic *cet.*, Hkr.; *ótrauðr*, non nolens, i. e. lætus, contentus, A; refer. ad *setit*. b) Sic B, C, H, S; *þesso (beni)*, in neutr., Hkr.; *hausi*, ut *býss* transit. sumatur, manare facit. c) *tæ*, id., B, L; *æ: tæ v. tæ venjast*, periphr. pro *ek venst, em vanr; tek*, incipio, Hkr. d) Sic *cet.*, Hkr., vox mihi *ἀπαξ λεγόμενη* Hkr. serenus, excellens; *heitsær*, A, metro invito, *t* pro *ð* adhibito.

²) *láta gjöra ráð sín*, rem ad aliorum consilium rejecturum; malui cum Hkr.: *láta gjörast ráð sín*.

inquit, quod ita de te meruit rex; potest enim fieri, ut illius necem ulcisci velis, etsi meas nolis vindicare injurias: vidisti, quando Thorer privignus tuus interfectus est, quanti te tum fecerit rex. Tales questus crebro coram Kalvo edidit; ille sæpe quidem indignabundus querenti respondebat, tandem vero factum est, ut ejus adhortationibus motus polliceretur, se dynastæ operam suam delaturum, si amplioribus beneficiis augetur. Sigrida, misso ad dynastam nuntio, quo loco res esset, significavit. Quo cognito, dynasta ad Kalvum misit, ut se conveniret. Kalvus se paratum ad obsequendum ostendens, paulo post Nidarosum profectus Hakonem dynastam convenit, a quo bene exceptus est. Habito inter se colloquio, cum de omnibus inter eos conveniret, id decreverunt, ut Kalvus se potestati dynastæ submitteret, et ab eo ingentia beneficia acciperet. His confectis domum Kalvus reversus, maximæ Thrandheimi interioris parti præfuit. Appetente vere Kalvus se ad professionem paravit, et navem, quæ ei erat, instruxit. Ubi paratus erat, navem solvit et occidentem versus in Angliam contendit; audiverat enim, regem Knutum in Angliam navigare. Rex Knutus paulo antea Haraldo, Thorkelis Alti filio, dynastiam¹ dederat. Kalvus Arnii filius, ut primum Angliam attigit, regem Knutum adiit. Sic Bjarnius Gullbraæ poëta:

Constat, monarcham pelagus
orientale carina sulcavisse;
Haraldi frater bellicosus
Gardos visere coactus est.
Ubi primum tu ac ille digressi
eratis, Knutum convenisti;
non soleo de rebus gestis

¹) in Dania, add. S.

hominum congerere mendacia¹.

Ut vero Kalvus Knutum regem convenit, ab rege benigne exceptus et ad colloquium admissus est. Summa colloquii erat, quod rex a Kalvo petivit, ut se ducem præberet rebellionis adversus regem Olavum, si regnum recuperare conaretur: tibi vero, ait rex, nomen dynastæ et imperium Norvegiæ dabo; Hakon autem cognatus meus ad me redito, hoc enim ei commodissimum est; nam ejus est fidelitatis, ut cum credam ne unum quidem hostile contra regem Olavum, etsi congressi fuerint, missurum. Kalvus verbis Knuti faciles aures præbuit, honoris cupiditate ductus. Ita hac re inter regem Knutum et Kalvum constituta, Kalvus reditum paravit, quem proficiscentem rex Knutus eximiis donis prosecutus est. Hoc memorat Bjarnius:

Fortissime dynastæ consangvinee!
 Angliæ imperatori accepta refers
 munera; tu absque dubio tuum
 negotium egregie peregisti.
 Rex Londini tibi, priusquam
 ab occidente navigares, attribuit
 præfecturam, quæ tamen dilata est.
 Tua vita haud ingloria exstitit².

¹) Ordo: *Allvaldr ræð ótála a) rista stáli haf austr; Vig-móðr Haralds bróðir varð at vitja Garða. En, at skilnað ykkarn, læzt þú skjótt ofsóttan Knút; ek emka b) tamr c) at samna skrökkvi um iðnir manna.*

a) propr. sine fraude, i. e. certo, indubie (a tál); Hkr. T. 2. vertit, innumerus, immensus a *tala*, prave; T. 6, h. l. strenue, et in str. sequ., sincere, minus recte. b) *emkat*, id., D, Hkr. c) Sic *cet.*, Hkr.; *þarfr*, utilis, A. d) *sanna*, B, F, L; mendose.

²) Ordo: *Ógnrakkr jarls niðr a)! þú b) átt þakka gjafir c) Englands d) drottni; ótála e) komtu vel yðru máli. Lundunu f) gramr lét fundit g) þær fold, áðr færir vestan; frest urðu þess. Þitt lif erat litit.*

His peractis rebus Kalvus in Norvegiam rediit et domum suam pervenit.

Cap. 175. Eadem æstate Hakon dynasta e Norvegia in Angliam trajecit. Quo cum pervenisset, regem Knutum adiit, a quo bene exceptus est. Erat dynastæ sponsa in Anglia, cujus conditionis gratia huc trajecerat, cum nuptias in Norvegia celebrare, res vero necessarias, quæ domi haud facile poterant acquiri, in Anglia comparare intendisset. Proximo autumno cum longiore mora interjecta se ad redeundum parasset, tandem vela in altum dedit. De cujus profectione non aliud referre habemus, quam quod hæc navis interiit, nemine salvo evadente. Sunt, qui dicant, sero diei navem aliquam boream versus ab Kataneso conspectam, magna tempestate, vento per sinum Petlandicum tenente. Quam relationem qui sequi volunt, navem in vorticem abreptam esse putant. Hoc autem certo constat, Hakonem mari periisse, nec quidquam earum rerum, quæ in ea navi erant, in terram ejectum. Eodem autumno mercatores hoc novi attulerunt, quod dynasta periisse putaretur; illud notum vulgo erat, eum hoc autumno Norvegiam non attigisse, regnumque sine summo præfecto esse.

Cap. 176. Björn aulæmagister, posteaquam ab rege Olavo digressus fuerat, domi suæ se continebat. Qui cum esset vir præclarus, brevi cognitum est, eum domi quietum sedere. Idem cum ad aures Hakonis dynastæ et ceterorum rei-

a) i. e. Kalve, dynastis orte; *vinr*, amice, *D*, ut *jarl* de Hakone accipiatur. b) Hic *A* præmittit *allt*, quod perp. ex *ått* repetitum videtur. c) *gjafar*, id., Hkr., antiq.; *i guði*, in deo, *C*, quod nescio quorsum spectet; forte voluerit *ok guði*, et deo, sed tum desideratur objectum *rov þakka*. d) *Engla*, Anglorum, Hkr. e) vide præced. str. a. f) *Tunduna*, id., Hkr. g) *fundna*, cod. sensu, *B, H, S*, Hkr.

publicæ administratorum pervenisset, hi nuntios ac mandata ad Björnem miserunt. Missi profecti, quo contendere, perveniunt; benigne a Björne excipiuntur. Qui cum vocatos ad se de causa adventus percontaretur, is, qui legatorum primus erat, verba fecit, cumque Björnem a rege Knuto et Hakone dynasta aliisque principibus salvare jussisset, hæc addidit: insignis de te fama ad regem Knutum pervenit, atque etiam hoc, quod regem Olavum diu secutus es et inimicus regis Knuti fuisti. Quam quidem rem ægre ferimus, nam tibi amicus esse cupit, quemadmodum omnibus aliis virtute eximiis viris, ubi primum ejus inimicus esse desieris. Quare tibi optima restat conditio, ut ad ejus fidem et amicitiam, quæ unicuique satis faciet, te convertas; quod facere sibi honori ducunt omnes orbis septemtrionalis incolæ. Etenim vos, qui partes Olavi regis secuti estis, intelligere poteritis, quomodo a vobis discesserit, cum qui superiore æstate regnum regis Knuti bello infestaveritis et amicos ejus interfeceritis, nunc defensore adversus eum et copias ejus careatis; ut adeo te oporteat grato animo hæc acceptare, ipso rege amicitiam suam offerente, cum convenientius sit, te hujus amicitiam precibus expetere et pecunia redimere. Cum finem dicendi fecerat, Björn his verbis usus respondit: at ego jam domi meæ quietus considerare, nec principibus operam dare volo. Legatus respondet: tales homines, qualis tu, ad regum ministeria idonei sunt; et dicere tibi habeo, duas tibi proponi conditiones, unam, ut relictis bonis in exilium concedas, veluti nuper concessit Olavus socius vester, alteram, quæ magis exoptabilis videbitur, ut amicitiam regis Knuti et Hakonis dynastæ acceptes, hisque jurejurando interposito operam tuam devoveas. „Age vero”, dicens, „en

stipendium tuum", e magna crumena argentum Anglicum profundit. Björn, quippe pecuniæ cupidus, magna cœpit affici animi sollicitudine, visoque argento conticuit, in animo secum versans, quid capiendum consilii esset, cum et pungeret animum bonorum futura amissio, et incertum esset, an rex Olavus regnum Norvegiæ recuperare posset. Legatus vero, cum animadverteret, animum Björn's pecunia moveri, aureum annulum¹ projicit, jubens accipere et fidem dare: confirmo tibi, inquit, hanc exigui pretii pecuniam esse, præ illa, quam regem Knutum conveniens accipies. Magnitudine autem pecuniæ et bonis promissis ad avaritiam inclinatus, pecunia sublata, regi Knuto et Hakoni dynastæ fide data se submisit. Quibus confectis legati domum redierunt.

Cap. 177. Cum Björn aulæmagister rem modo memoratam, mortem Hakonis, cognovisset, subito facta est commutatio animi ejus. Poenituit eum, fidem erga regem Olavum fefellisse, jamque se jurejurando, quo obsequium Hakoni dynastæ confirmaverat, solutum existimavit, spem animo præcipiens, fore, ut rex Olavus, si in Norvegiam veniret, rerum potiretur, cum regnum vacaret. His causis Björn profectionem summa festinatione paravit, adsumtisque aliquot viris iter interdiu noctuque fecit, pro locorum natura jam equis, jam navibus usus, neque ante destitit itinere, quam insequentis hiemis festo Jolensi in regnum Gardorum ad regem Olavum pervenit. Hujus adventu rex magnopere lætatus, de multis rebus memorabilibus, quæ in Norvegia accidissent, percontatus est. Retulit Björn, interiisse Hakonem dynastam, vacare principe Norvegiam. Multi homines, qui possessionibus, cognatis et

¹) duos annulos aureos crassos, *cet.*

amicis relictis, Olavum e Norvegia secuti fuerant, his rebus lætati, patriæ revisendæ desiderio agi cœperunt. Multas alias res memorabiles, quas magnopere scire cupiebat rex, Björn e Norvegia retulit. Dein rex de amicis, quomodo fidem erga se servarent, quæsivit. Björn, variare animos, significavit. Quo dicto surrexit, et ad pedes regis procidens genua ejus amplexus est, dicens: omnia in dei atque tua potestate, domine, sunt; pecunias ab Knuti legatis accepi, hisque fidem meam jurejurando obstrinxi, nunc vero te sequi volo, neque unquam abs te disjungi, quoad vita utriusque nostrum suppetet. Rex: surge, Björn, inquit, ignosco tibi, deo pro hac re satisfac; scire licet, paucos in Norvegia esse, qui fidem erga me servent, cum tales, qualis tu es, migraverint fidem; et verum est, Norvegos, qui vexationibus meorum adversariorum expositi sunt, me absente, in magno periculo versari. Björn regi præcipuos auctores cœptandæ adversus eum et suos rebellionis significavit, in his nominans filios Erlingi de Jadare horumque cognatos, Einaremque Arcipotentem, Kalvum Arnii, Thorerem Canem, Harekum de Thjotta.

Cap. 178. Rex Olavus, ex quo in regnum Gardorum pervenerat, magnis affectus est curis, quid consilii capiendum esset cogitans. Rex Jarizleivus et regina Ingigerda regem Olavum rogaverunt, ut ibi commoraretur et regnum, dictum Valgariam¹, quæ pars regni Gardorum est, re-

¹) Vulgariam, *B, K, S*, Hkr.; Ulgariam, *C, H*. Non intelligendam esse Bulgariam, demonstrat Prof. E. C. Werlauff, in symbolis ad Geographiam mediæ ævi, Havn. 1821, pag. 32. Bulgaros enim sec. 9 christianismum amplexos esse, eorumque terram ab imper. Iohanne Zimisce in provinciam esse redactam sec. 10. Hoc vero loco Vulgaria est provincia regni Gardensis in extremis Europæ finibus prope flumen Volgam, a quo

gendum susciperet, cujus incolæ omnes ethnismo addicti erant. Quam conditionem cum ipse rex secum animo sæpius perpendebat, tum ea de re ad amicos retulit, omnibus dehortantibus, ibi ut sedem figeret, hortantibus vero, ut regnum suum Norvegiam expetiturum iret. Præterea hoc hoc consilium agitavit rex, regium nomen deponere, ad extera loca proficisci, Jordanem et Jorsalos aut alia sancta loca adire et disciplinis monasticis se submittere. Verum sæpissime animo recurrit ea cogitatio, ecqua ratione posset regnum suum, Norvegiam, recuperare. Quo intendens animum, recordatus est, decem primis imperii annis omnia sibi commoda et prospera evenisse, postea vero gravem fortunam omniaque incommoda in se incubuisse; quam ob causam dubitare cœpit, an prudens esset consilium, ita fortunæ fidere, ut exiguis cum copiis adversum inimicos iret, cum universus populus ad rebelandum conspirasset. Quæ cogitationes cum animo sæpe occurrerent, rem suam deo commendavit, orans, ut fieri juberet, quæ sibi utilissima vidisset. Hæc animo versans, quid inceptandum esset, ignoravit, videbat enim ea, quæ animo proposuisset, manifestis difficultatibus laborare. Nocte quadam accidit, cum rex Olavus in lecto cubaret diuque desomnis consilia sua perpendens magnis curis affectus esset, ut, fatigato tandem cogitationibus animo, sub lucem somnus obreperet, adeo levis, ut vigilare et quæ in domo gerebantur omnia cernere sibi videretur. Hominem vidit magna statura, augusta specie, pretioso indutum amictu; quem regem esse Olavum Tryggvii filium, mente auguratus est. Hic vir sic eum

fortè nomen traxit; vide Indicem geographicum ad Eutropium, ed. Edinburgi 1768, sub voce Europa.

allocutus est : num sollicitum te tenet, quid consilii capiendum sit? miror te tam dubium de ea re hærere, regium nomen a deo tributum, deponere statuisset; item decrevisse te, heic commorari et regnum ab extero tibi ignoto rege accipere. Quin age, redi in regnum tuum, quod hæreditate acceptum diu possedisti, his adjutus opibus, quas deus tibi concessit, neque patere subditos tibi imperare. Gloriosum est regi, adversarios superare, mors vero honesta, in Norvegia¹ cum copiis occumbere. Ecquid dubitas, te justam habere causam in litigiis vestris? noli te ipse veritatem celare: eo tibi licet regnum repetitum ire, quod deus auctoritate sua comprobabit, tuam esse possessionem. Rex somno excitatus vultum abeuntis hominis animadvertere sibi visus est. Ex hoc vero tempore animum obfirmavit, atque hoc unum propositum destinavit, in Norvegiam, regnum suum redire, quod tum ipsi antea maxime placuerat², tum suis maxime placere animadvertibat; persvadens sibi, regnum, ut fama tulerat, principe vacuum facili negotio recuperari posse, multos enim, si ipse advenisset, opem laturos. Quod consilium cum suis aperuisset, ab omnibus grato animo comprobatum est.

Cap. 179. Cum rex Olavus in regno Gardorum se continebat, hæc res ibi accidisse dicitur. Filius insignis cujusdam viduæ angina laboravit, et tam male affectus est, ut nullum cibum glutire posset perituroque similis videretur. Hunc puerum mater ad reginam Ingigerdam, quippe notam sibi, adduxit eique monstravit. Regina nullam se posse medicinam adferre passa: adi, inquit, regem Olavum, qui heic loci medicorum peritissimus est, cumque roga, ut

¹) prælio, B, D, H, K, L, S. ²) Hic lacuna incipit in C.

fauces pueri manibus contrectet; quod si sponte facere recusaverit, meo nomine eum compella. Illa ut præcepit regina, fecit, cumque regem convenisset, significat, filium suum letali angina laborare, orans, ut manibus pertractaret. Rex, se medicum esse negans, eam adire medicos iussit. Illa se jussu reginæ eum adiisse ostendit: et iussit me sua tibi verba perferre, ut quam posses optimam adferres medicinam, te enim hac in terra medicinæ peritissimum esse dixit. Deinde rex accedens fauces pueri manibus pertractavit, et anginam tam diu tentavit, donec puer os movere cœpisset; tunc panis frustrum sumsit, fractumque palmæ suæ forma crucis imposuit, dein ori pueri indidit. Quod cum ille gustavisset, omnis dolor faucibus exemptus est, quo facto puer intra paucos dies sanitati restitutus est. Mater omnesque consanguinei ea re magnopere lætari. Hæc res primo sic æstimata est, quasi regi Olavo medicæ manus fuissent, quemadmodum qui ei arti perquam idonei sunt, bonas manus habere dicuntur. Eadem res postquam vulgo innotuerat mire ab eo gesta, pro vero miraculo habita.

Cap. 180. Ubi rex Olavus domum reverti statuerat, hoc propositum regi Jarizleivo et reginæ Ingigerdæ aperuit. Hi, profectionem disvadentes, polliciti sunt, in regno suo tantum imperii, quantum sibi ipse convenire iudicaret, habiturum, rogaruntque, ne cum tam exiguis copiis, quam ibi haberet, sui copiam hostibus faceret. Rex Olavus eis somnia sua retulit, et putare se, divina voluntate et consilio hoc propositum profectum esse. Ubi vero animadverterunt, ei deliberatum esse, in Norvegiam redire, omnia ad iter expediendum necessaria, quæ acceptare ab iis vellet, obtulerunt. Rex eis pro benignitate sua

prolixè gratias egit, dicens, quæcunque itineri expediendo opus essent, libenter ab eis accepturum.

Cap. 181. Statim post festum Jolense rex Olavus iter comparare maturavit. Ex suis ad duas centurias habuit, quibus omnibus rex Jarizleivus jumenta et apparatus quantum opus esset suppeditavit. Rex, ut paratus erat, profectus est, ab rege Jarizleivo et regina Ingigerda honorifice dimissus, Magno filio apud hos relicto. Rex Olavus ab oriente primo per glaciem concretam usque ad mare contendit; appetente autem vere cum tabescere glacies cœpisset, naves adornarunt, cumque parati erant, ventos nacti secundos vela in altum dederunt et facili navigatione usi sunt. Rex Olavus, appulsis ad Gothlandiam navibus, res memorabiles tam in Svethia quam in Dania gestas cognovit; huc enim a borea vera fama alata erat, Hakonem dynastam interiisse, et Norvegiam præfecto carere. Rex ac sui, de futuro itineris successu læti, inde ventum nacti secundum navigarunt et in Svethiam contenderunt; rex lacum (Mælarem) intravit et naves per interiora Arosum duxit, indeque missis ad regem Önundum nuntiis tempus et locum conveniendi constituit. Rex Önundus, nuntio affinis sui obsequens, regem Olavum ex condicto convenit; advenit et Astrida cum his, qui eam fuerant comitati; quorum mutuus congressus exoptatissimus fuit. Rex Svionum affinem se convenientem benigne excepit.

Cap. 182. Jam dicere ordiar, quid interea coloni in Norvegia gesserint. Thorer Canis duabus hiemibus proxime elapsis commercia Finnica exercuerat, et magna parte utriusque hiemis in montanis transacta vim immensam opum acquisiverat¹, magnaque commercia cum Finnis ha-

¹) Hic iterum incipit G.

buerat. Idem sibi duodecim rhenones ex pelli-
bus maclidum faciendas curaverat tanta arte ma-
gica, ut nullo telo essent penetrabiles, multoque
minus quam loricae dissecari possent. Posteriore
vero ætate navem longam, quæ ei erat, ornavit
et satellitibus suis instruxit; colonos convocavit
et copias ad expeditionem præfecturæ occidenta-
li¹ imperavit, magnoque collecto hominum nu-
mero, insequenti vere a borea profectus est. Ha-
rekus quoque de Thjotta in militibus cogendis
multus erat, et magnum copiarum numerum na-
ctus est. Hi quanquam illustrissimi in hoc exer-
citu essent, tamen multo plures ex viris honora-
tis hujus expeditionis socii erant. Palam vulgo
fecerunt, propositum esse, ut totus hic exercitus
regi Olavo obviam iret, et cum, si ab oriente ad-
venisset, regno prohiberet. Einar Arcipotens
summum imperium in Thrandheimō habuit, ex
quo fama de morte Hakonis dynastæ allata erat;
existimabat enim, se ac filium possessiones et pe-
cunias, quæ dynastæ fuissent, optimo jure possi-
dere. Tum Einar, memor promissorum, quæ
sibi digredienti rex Knutus dederat, idoneam na-
vem, quæ ei erat, instrui curavit, ipseque cum
numero comitatu conscendit; cum paratus erat,
ad conveniendum regem Knutum hac navi pro-
fectus est; venientem rex benigne accepit. Einar
causam adventus regi exposuit, dicens, se venisse,
ut de datis ab rege promissis conficeret, quibus
pollicitus esset, se principem fore Norvegiæ, si
nulla dynastæ copia esset. Rex Knutus, rem jam
aliorum spectare causans: jam nuntios et tesse-
ras, inquit, in Daniam ad Sveinē filium misi,
quibus ei regnum Norvegiæ adtribui; tecum vero
amicitiam colere, te eo honoris titulo, qui tuis

¹) proximæ, B, D, E, G, S.

natalibus conveniat, præfecti dignitate, ornare volo. Einar, intelligens, quæ se conditio mansura, quique exitus sui negotii futurus esset, domum redire paravit. Cum vero consilium Knuti intellexisset, sciretque regem Olavum ab oriente rediturum a plerisque expectari, neque exiguos motus domi esse, subiit cogitatio, minime e re sua fore, [iter magis quam pro commoditate festinare, si rebellio adversus regem Olavum erumperet¹, cum ipse nullum ad augendam potentiam successum habiturus esset. Quare Einar, cum ad hoc paratus erat, vela in altum dedit, et in Norvegiam pervenit, cum confectæ erant res ac doli, qui hac æstate fiebant.

Cap. 183. Principes Norvegiæ, missis orientem versus in Sveciam et austrum versus in Daniam exploratoribus, adventum regis Olavi e regno Gardorum speculati, brevi cognoverunt, eum e regno Gardorum in Sveciam advenisse. Quo cognito, extemplo imperatæ per totum regnum copiæ, populusque universus ad arma convocatus; convenit magna hominum multitudo. Præfecti autem ex Agdis, Rogalando et Hördia, bipartito distributo agmine, alii septentrionem, alii orientem versus contenderunt, cum utrisque copiis opus esse putarent. Filii Erlingi de Jadare cum omnibus copiis, quæ ex provinciis orientalibus contractæ erant, orientem versus se converterunt, atque huic manui præfuerunt; Aslakus vero ex Finneya² et Erlendus de Gerdo³ aliique præfecti, qui ex provinciis borealibus erant, septemtrionem versus contenderunt. Hi omnes, modo memorati, fidem suam jurejurando obligaverant

¹) Ita *E*, *cet.*; omitt. *A*; hic lacuna incipit in *K*. ²) insula, nunc *Findøe*, in toparchia *Ryefylke*. ³) forte villa, nunc *Gjærde*, in toparchia *Söndhordlen*.

Knuto, se Olavum, si occasio ferret, e medio sublaturus.

Cap. 184. Ubi vero allata est in Norvegiam fama, regem Olavum in Svethiam ab oriente advenisse, amici ejus, qui opem ei ferre voluerunt, convenerunt. In hoc numero nobilissimus vir erat Haraldus Sigurdi filius, frater ejus, tum quindecim annos natus, magna statura et oris facundia conspicuus; præter hunc magnus amplissimorum virorum numerus. Hi ex Upplandis profecti cum sex¹ virorum centuriis² orientem versus per sylvam Eidensem in Vermalandum contenderunt; hinc in Svethiam, de itinere regis Olavi percontantes. Rex Olavus vere in Svethia fuit, et inde missis boream versus in Norvegiam speculatoribus, hoc solum comperit, minus tutum esse eo proficisci; et qui a borea convenerunt, magno opere eum delhortati sunt, ne regnum intraret. Ei vero destinatum animo erat, nihilominus proficisci. Rex Olavus regem Önundum interrogavit, quas opes ad regnum repetendum sibi suppeditare vellet. Önundus ostendit, Sviones³ minime cupere Norvegiam bellandi causa ingredi, Nordmannos enim strenuos esse et valde bellicosos: equidem dicere non tardabo, quam præbiturus opem sum; dabo tibi quatuor centurias, lectos ex aulicis viros armorum peritos et ad prælium bene instructos; deinde veniam tibi concedam, per regnum meum transeundi et militum quot potes quotque sequi te volent comparandi. Rex Olavus, hac accepta conditione, ad iter inchoandum se paravit. Regina et Ulvilda regis filia in Svethia remansere.

Cap. 185. Cum rex Olavus iter incepturus

¹) quinque, *G, H.* ²) Hi cum sex virorum Upplandorum centuriis, *A*; sex (quinque) virorum centurias, dum in Upplandis essent, nacti, *C, H, L.* ³) Ita *cet.*; quosdam homines, *A.*

erat, venerunt ad eum milites¹ ab rege Svionum dati, quatuor virorum centuriæ. Qui cum advenissent, rex iter ingreditur. Primum in interiora regni ad sylvas processerunt, et in provinciam, dictam Jarnberalandum², pervenerunt. Hic ei occurrerunt copiæ, quæ, ut supra memoratum, e Norvegia obviam ei iverant; hic convenit fratrem Haraldum, et multos alios sibi cognatos et amicos, quorum congressus maximam lætitiâ mutuo excitavit.

Cap. 186. Dagus nomen erat viro; is filius erat regis Ringi, qui ab rege Olavo pulsus patria cesserat³; dicunt autem, Ringum fuisse filium Dagi, filii Ringi, filii Haraldi Pulcrifici. Dagus regi Olavo cognatione junctus erat; hic et pater Ringus sedes in imperio Svionum fixerant, ibique provinciam, cui præessent, nacti sunt. Rex Olavus eodem vere, quo ab oriente in Svethiam venerat, misit ad Dagum cognatum suum, ut sibi socius itineris cum omnibus quas haberet copiis adesset; si Norvegiam possent in potestatem redigere, non minori provincia, quam majores sui tenuissent, potiturum. Quo nuntio accepto Dagus magnopere lætatus est, et cum cupiditate in Norvegiam redeundi et possessam a majoribus provinciam recipiendi flagraret, hanc rem haud cunctanter suscepit et se expeditionis socium pollicitus est. Erat Dagus responsis et consiliis præceps, in rebus gerendis vehemens, prudentia non insigni. Hic copias contraxit, coactisque ad duodecim⁴ virorum centuriis, cum his copiis ad regem Olavum se contulit.

Cap. 187. Rex Olavus in tractus habitatos nuntios misit, ut qui prædis agendis et hostium

¹) Hic explicit, *E.* ²) nunc Dalekarlia. ³) vide supra Cap. 50. 73. ⁴) septem (VII), *H*; quindecim (XV), *L.*

bonis præripiendis opes comparare vellent, ad se venirent et se sequerentur. Hoc facto rex Olavus copias promovit, partim per loca sylvestria habitata, partim per deserta, sæpe per lacus ingentes iter faciens, navibus inter lacus tractis aut portatis. Magna hominum multitudo, sylvicularum et latronum, ad regem confluebat; hic multis locis ubi rex pernoctavit, Olafsbygdæ (habitacula Olavi)¹ sunt appellatæ. Itinere non ante destitit, quam in Jantiam pervenit; inde septemtrionem versus ad Carinam contendit, suis in tractus habitatos dilabentibus, et, dum nullus hostium metus esset, passim euntibus. Cum vero copię dilabebantur, exercitus Nordmannorum regem secutus est, Dagus vero cum sua manu alia via processit.

Cap. 188. Duo viri memorati sunt, quorum alteri nomen erat Gökathoreri, alteri Avrafastio²; hi famosi erant latrones et ferocissimi prædones, tres decurias sui similium secum habentes. Hi fratres staturæ ac virium magnitudine alios homines superabant; neque eis defuit animus, neque audaciâ. Fama docti de exercitu per provinciam iter faciente, inter se collocuti sunt, dicentes, magnum esse virtutis specimen, hunc exercitum in patriam sequi et in prælium cum eo ire, viresque suas experiri; non enim antea in prælio fuerant, ubi acie instructa pugnatum esset, quam ob rem instructam aciem regii exercitus magnopere videre cupiebant. Hoc consilium cum sociis eorum placuisset, iter ad conveniendum Olavum ingrediuntur. Quo cum venissent, cum manu sua regem adeunt plena instructi armatura; salutant regem; interrogat, quinam homines essent; nomina sua edunt, dicentes se ejus provinciæ incolas esse,

¹) Olafsbudæ (tabernæ Olavi), *G.H.* ²) *Afarfasti*, *Hkr.*

dein causam adventus ostendunt, suumque auxilium regi deferunt. Rex, ostendens se talium virorum operam magni aestimare: lubenter quidem, inquit, tales viros nobis comites adjungimus; vos vero baptizatine estis, an non? Gökathorer se neque christianum neque paganum esse declarat: ego et socii alia nulla utimur religione, nisi quod virium nostrarum magnitudine et armis victricibus confidamus, quod nobis satis præsidii dat. Cui rex: magnum est damnum, quod viri, tantam præ se ferentes speciem fortitudinis, Christo creatori suo fidem non habent. Thorer contra: numquis est in tuo comitatu, rex, vir christianus, qui singulis diebus in majorem staturam excreverit, quam ego ac frater? Rex postulavit, ut baptismum admitterent et veram religionem amplecterentur, deinde se copiis adjungerent: hoc facto magnis honoribus vos ornabimus, sin vero ista facere non vultis, ad studia vestra redeatis. Avrafastius se baptismum admissurum negavit. Dein abierunt. Tum Gökathorer: hæc magna ignominia est, rejici ab rege, neque enim ego antea usquam perveni, ubi existimatus fuerim minus quam alii ad militiam idoneus, quare certum mihi est, re ita comparata nunquam reverti. Posthæc, juncta cum aliis sylvestrium locorum incolis societate, exercitum sequebantur, rege Olavo occidentem versus in regnum¹ contendente.

Cap. 189. Cum vero rex Olavus, occidentem versus in regnum iter faciens, superata Carina, de monte descenderet, unde per terram subjectam versus occidentem declivis ad mare descensus erat: suorum multis præcedentibus, multis subsequenter, ipse, quo loco vacuum erat circa spatium, tacitus et neminem alloquens, mul-

¹) ad Carinam, B,D,H,S,

tum diei equitabat, ita ut se¹ circumspiceret. Heic episcopus eum advectus compellavit, interrogans, qua de re cogitaret tacitus; solebat enim rex in itineribus æquabili esse animi hilaritate et sermonibus multum indulgere, suosque, qui prope eum erant, exhilarare. Rex valde sollicitus animi respondit: res miræ se mihi modo obtulerunt; visus mihi sum totam perlustrare Norvegiam; occidentem versus ex monte oculos circumferenti in mentem venire multi læti dies ea in terra transacti; tum visum oblatum mihi est, quo totum Thrandheimum, moxque totam Norvegiam pervidi²; quod visum quo diutius observatum intuenti fuerat, eo longius conspectum oculi ferebant, quousque mare terraque patuit, donec totum terrarum orbem perlustraveram; probe agnovi, non solum loca antea a me visa et frequentata, verum etiam ea, quæ antea non videram, sed fama tantum cognoveram, atque etiam hæc, de quibus mihi nihil hominum sermone innotuerat, et culta et inculta, quantum terrarum orbis patet. Episcopus testatus est isthoc visum esse insigne, augustum et memorabile.

Cap. 190. Regi Olavo ex monte descendentem occurrit villa, Sula dicta, sita in tractu superiori provinciæ Verdalis. Descendentes ad villam exceperunt agri, ad viam siti. Rex suos composite iter facere, ne agri coloni violarentur, jussit. Dum ipse aderat rex, milites dicto erant audientes; qui vero sequebantur, neglecto præcepto, equos per segetem concitarunt, ut humi penitus strata jaceret. Colonus, hanc villam incolens, nominatus est Thorgeir Flekkus (Macula); is duos habuit filios adolescentes. Hic regem ac milites benigne excepit, eisque omnia, quæ præstare po-

¹) parum, add. B, D. ²) Hic iterum incipit K.

terat, hospitalitatis officia obtulit. Quo lubenter accepto, rex ab eo quæsit, quid novarum rerum in terra ageretur, et an adversus se copias collectas putaret. Thorgeir magnum copiarum numerum in Thrandheimō contractum esse asseruit, eoque profectos tam ex boreali quam meridionali regno convenisse: nescio autem, inquit, utrum has copias adversum te ducere, an alio movere cogitent. Dein coram rege de damno sibi illato et regionum injuriis, quod omnes agros suos conculcavissent, questus est. Rex injuriam illi factam ægre se ferre significavit; et pervectus in locum, ubi steterat ager, cum omnem segetem humi stratam videret, locum circumvectus ita factur: spero, colone, Deum quod damni fecisti reparaturum et hunc agrum intra hebdomadæ spatium meliorem, quam quo tempore vastatus est, futurum. Idem optimus ager factus est, ut dixerat rex. Rex, cum eo loco pernoctasset, postero mane iter comparavit, et Thorgeirem se comitari jussit. Qui cum filios ei comites offerret, rex imperavit, ut ipse sibi comes esset; adolescentes vero relinqui volebant. Rex ne proficerentur, vetuit; cum vero monitis parere nolent, aulici eos vincire parabant. Quod videns rex: redibunt, inquit. Atque ita evenit, uti de adolescentibus rex prædixerat.

Cap. 191. Hinc exercitum ulterius ad Stavum movere. Cum autem rex in paludes Stavenses pervenit, eo loco commoratus, verum accepit nuntium, colonos cum copiis adversum tendere, brevique futurum, ut prælium committere cogeretur. Itaque copias recensuit, atque numero militum notato (tabulæ inciso), repertæ sunt novem¹ centuriæ paganorum hominum. Quo

¹) octo, *H.*

cognito rex eos aqua lustrari jussit: non enim copiarum numero fidendum est, inquit, Deo confidamus, cujus potentiae et misericordiae beneficio victoria potiemur; paganos vero milites christianis admisceri nolo. Quo audito pagani consilia conferebant, et tandem factum est, ut ex his quatuor virorum centuriae baptismum admitterent, quinque vero centuriae, christiano ritu repudiato, in patriam regrederentur. Dein progressi fratres, Gökathorer et Avrafastius, cum sociis, auxilium regi offerunt; ille, an baptismum et veram religionem admisissent, interrogavit; negat se fecisse Gökathorer; rex eos, aut veram amplecti religionem, aut auferre sese jussit. Illi abeunt, colloquium inter se instituunt, disputant, quid consilii capiendum sit. Heic Avrafastius: ut meam mentem aperiatur, reverti nolo; in praelium ibo, alterutri opem laturus, utri vero opem feram, non admodum curo. Respondet Gökathorer; si eundem in praelium est, regi operam praestabo, huic enim auxilio magis opus; si in deum aliquem credendum erit, quid mihi pejus erit in album Christum credere, quam in alium deum quemlibet. Quare mea sententia est, ut baptismum, si rex id magni referre iudicaverit, subeamus, atque deinde cum eo in praelium eamus. Hoc ab omnibus probato, adeunt regem, se baptizari velle profitentes. Dein a sacerdotibus baptizati et ab episcopo confirmati sunt. Hos deinde rex in iura aulica receptos sub vexillo suo in praelio esse jussit. Tum rex Olavus certis nuntiis compererat, brevi futurum, ut cum colonis praelium iniret. Ubi copiae erant recensitae et initus militum numerus, amplius triginta centurias habuit, qui exercitus uno loco collectus, magnus esse videbatur. Deinde rex milites hortatus est, his verbis usus: magnum exercitum pulcrasque copias habemus;

nunc edicam, quomodo aciem instrui volo: in media acie meum vexillum præferri jubebo, quod signum aulici et speculatores, nec non copiæ, tam quæ ab Upplandis quam quæ hic in Thrandheimio nobis auxilio venere, sequentur; à dextra parte nostri vexilli Dagus Ringi filius consistito, et cum eo omnes copiæ, quas auxilio nobis adduxit, is alterum signum habeto; ab sinistra vero parte nostri vexilli locum occupanto traditæ nobis ab rege Svionum copiæ, et quicquid auxiliorum nobis e Svionum regno venit, hi tertium signum habento. Nunc volo, ut milites in cohortes disperiantur, cognatique et noti una consistant, sic enim alter alterum optime tuebitur et cognoscet. Milites nostros notis signabimus, galeasque et clypeos bellicis insignibus, inducta cerussa, insigniemus; in prælium progredientes, omnes una voce utemur: ite, ite, milites Christi, crucis, regis! Propter paucitatem militum raris ordinibus utamur, necesse erit; nos enim circumveniri ab copiis adversariorum nolo. Jam sese milites in cohortes dividant, cohortes in manipulos disperiantur; advertat quisque, quo loco a vexillo, quod sequi debet, constitutus sit. Ordinem manipulorum servemus, plena armatura diem noctem utamur, donec cognoverimus, an nobis cum colonis congregiendum sit. Cum rex orationem ad milites habuerat, instruunt aciem, institutis ex præscripto regis ordinibus. Quo facto rex cum cohortium ductoribus colloquium habuit; tum advenerant ii, qui ab rege ad evocanda auxilia colonorum in provincias missi fuerant. Hi extractibus, quos adierant, referebant, vacuos esse a viris ad prælium idoneis, hosque copiis colonorum se asociavisse; ubi aliquibus occurrissent, paucos sequi se voluisse; respondisse plerosque, se ideo domi considerare, quod neutros se-

qui vellent, cum neque adversus regem, neque cognatos suos pugnare vellent; hinc se parum auxilii nactos. Tum rex singulorum sententias exquirebat, quid factu optimum videretur. Quærenti respondebat Finnus Arnii filius: perspicere queo, quæ inita ratio foret, si meo arbitrio res gereretur; per omnes tractus habitatos infestis signis grassaremur, omnia bona diriperemus, ut nusquam tugurium relinqueretur, sic colonis perfidiam suam rependentes; auguror autem multos, cum domus suas fumantes ac flagrantem viderint, parum gnaros, quid liberis aut uxoribus senibusve, patribus aut matribus aliisve necessariis factum sit, mobiles in agmine futuros; et, si nonnulli conjunctum agmen deserere aggrediantur, brevi spero futurum, ut ordines distrahantur, ita enim coloni sunt a natura comparati, ut novissima quæque consilia omnibus maxime probentur. Ubi Finnus loqui desierat, orationi ejus acclamatum est, cum multi prædæ cupidi essent, omnes vero dignos pœna colonos judicarent, quæ dixisset Finnus, vero esse similia existimantes, multos colonorum ordines facile deserturos. Thormodus Kolbrunæ poëta hos versus pepigit:

Incendamus omnia, quæ intra
 Inneyam reperimus, territoria;
 dicitur populus armis statuisse
 regem corona prohibere militum.
 Arboris noxa frutice excitabitur,
 si res mea geretur arbitrio:
 Thrandi Interiores habeant suarum
 domuum omnium carbones frigidos¹.

¹) Ordo: Brennum öll lönd, þau at vër finnum fyrir innan Inney a); herra b) tegast c) verja herborg d) fyrir e) gram með hjörvi. Ýss ángr f) mun kveikt i klúngri, ef ek má valda; hafi g) Innþrændir köld kol allra húsa sinna.

a) Sic B,C,S et var. lect. Hkr.; intelligenda foret Eyin iðri

Ubi vero rex Olavus impetum vulgi animadvertit, postulato silentio, ita locutus est: meruere quidem coloni, ut fiant, quæ minati estis: et scitis ipsi, fecisse me, ut domus eorum incenderim, aliisque gravibus poenis eos affecisse: tunc autem id feci, ut domus eorum incenderim, quod vera religione rejecta, cultum sacrificiorum et errorem receperant, neque nostris admonitionibus aures præbere voluerant, quippe qui Dei causam vindicandam habuerim; hæc vero perduellio, qua fidem erga me fefellerunt, quanquam haud levis videbitur quibusdam, qui virtute ceteros præstare volunt, tamen exigui momenti est. Qua in re, cum erga me ipsum deliquerint, jus aliquod habeo aliquantum culpæ remittendi, illo tempore non habui, cum Deum oderunt. Quare impero, ut mei milites pacate eant, neve hostilia faciant. Primum colonos convenire volo. Quod si gratiam inter nos reconciliamus, bene est, sin vero prælium nobiscum committunt, duæ adsunt conditiones:

(insula interior, *Inderöen*); *Innaney*, *A*; *inni*, domicilia, *D*, *K*, *S* et *Hkr.*; quæ lectio mihi præ ceteris arridet, si sequi. var. lect. *Herbjörg* pro nomine loci accipi potest, hoc ordine: *brennum öll inni þau at vèr finnum fyrir innan Herbjörg*; *herr tegast verja lönd f. gr. með h. 3*: incendamus omnia, quæ intra *Herbjarga* reperimus domicilia; *populus* dicitur regem terra armis prohibere velle. *b) hverr*, quisque, *F.* *c) skulum (verja)*, defendamus, *F.* *d) herbjörg* (rupes exercitus v. populi), *H*; quod pro nomine loci, montis vel rupium accipit *Hkr.*; *húsbjörg*, invito metro, *S*, et sigla probabile faciunt hanc lect. ex priori depravatam esse; *hverborg*, arx v. locus editus thermarum, *C*, *D*; *herborg*, quod in textu est, ad verbum arx populi v. militum, pro nomine loci similiter accipi possit; *herdjarsum*, bellicosum, *B*; refer. ad *gram.* *e)* omitt. *B.* *f)* sumo vocem *yr*, quæ quantum scio arcum solummodo significat, primitus arboris aliquam speciem designasse, quemadmodum *álmr* et *ulmum* et arcum significat. Noxa arboris est ignis, *Hkr. h. l.* legit *issángr*, noxa glaciæ, eod. sensu. *g) taki*, id., *B.*

si cadimus prælio, prudentiæ est, raptorum instar eo non pervenisse; si vero victoriam reportamus, hæredes jure sumus eorum, qui arma contra nos tulerunt; horum enim alii occumbent, alii fugient, quorum utrique omnia bona jure amiserunt; tunc expedit, ampla adire prædia villasque magnificas; quæ vere incensa sunt, his nemo fruitur, quæ rapinis occupantur, horum pars major in detrimento quam in usu est. Jam per Valles passim descendamus, viros pugnae idoneos, quot comparare possumus, nobiscum habentes. Milites pecora mactent, aliasque res sumant, quarum opus habent ad se sustentandos, nullum vero aliud detrimentum colonis adferant. Bene rem geri putabo, si quos reprehenderitis colonorum speculatores interficietis. Dagus ac sui per inferiora¹ Vallium descendant, nos vero via publica per interiora ibimus; sub vesperam invicem conveniemus, atque uno loco omnes pernoctabimus.

Cap. 192. Dicitur rex Olavus, cum instrueret aciem, coronam militum scutatorum, qui ipsum in prælio tuerentur, sibi circumdedit, et in eam rem viros robustissimos et acerrimos delegisse; dein jussisse advocatos poëtas coronam scutatorum intrare: vos hoc loco, ait rex, manere, quæque hic gerantur res animadvertere volo, neque enim tum auditione sola, quæ postea referri a vobis et carminibus celebrari volo, cognoscetis. Tunc ibi aderat Thormodus Kolbrunæ-poëta [et Gizur Gulbrææ-alumnus hujusque filius Revus Hofgardensis², quartus³ Thorfinnus Munnus (La-

¹) partes boreales, C,D. ²) Gulbrææ-poëta, alumnus Revi Hofgardensis, B,K,S; Gulbrææ-alumnus, filius Revi Hofgardensis, C; Gulbrææ-alumnus, Revus Hofgardensis, I; aureis ciliis (ciliatus), alumnus Revi Hofgardensis, H; ciliatus, alumnus Revi Hofgardensis et filius ejus, L. ³) tertius, B,H,S.

beo)¹. Heic Thormodus Gizuri Gulbraæ-alumno: ne adeo arcte consistamus, commilito, ut nequeat Sigvatus, cum advenerit, locum suum occupare, volet enim coram rege versari, neque regi aliud placebit. Rex hæc audiens respondit: non est, quod quis objiciat Sigvato, quod heic non adsit; sæpe me fideliter comitatus est, nunc vero preces pro nobis, puto, facit, quo nobis magnopere opus esse credo. Thormodus respondet: esse quidem potest, o rex, ut tibi nunc precibus maxime opus sit; verum perticam vexilli tui, o rex, rari, credo, circumstiterent propugnatores, si nunc omnes aulici tui in via Romana essent (peregrinatores agerent); et verum est, nos sæpe questos esse, quod per Sigvatum stetisset, quominus tecum colloquendi locus esset. Tum poëtæ inter se colloquentes tempori dixerunt convenire, exhortandi causa versus aliquot facere de his, quæ brevi forent eventura. Heic Gizur cecinit:

Expectate tumultum in conventu
scutorum! hæc (mea) verba (homines)
audiant: nunquam coloni filia
me accipiet animum demittere,
etsi periti pugnatores nuntient
uxorem adventare Hjedinis.
Auxilium firmum regi præstemus
ad orientem in procella Olii².

¹) omitt. D.

²) Ordo: *Búizt við þraung á borða þingi! Fregni a) þau b) orð: þegns dóttir c) skala d) ifa e) fregna mik f) óglaðan, þbat spinnir sigrunnar segi vãn [Hèðins kváðnar g). Verum [bragningi at trausti h) austr i óla i) eli.*

a) Ita dedi sec. Hkr., subaudi *menn*; *fregin* (forte ex *fregni*), B,D,H,K,L,S; *fengin*, A, cet.; possis subaudito verbo substantivo construere: *þau orð (eru) fregin (fengin)*, ea fama (de instante prælio) audita (accepta) est. b) *þat*, B,C,D,H,S;

Dein Thorfinnus hos versus cecinit:

Obscurus ingruit imber vehemens
duræ clypeorum procellæ;
volunt copiæ Verdalsensium
pugnare contra fortem principem.
Tucamur liberalem monarcham!
saginâ delectemus larum sanguinis!
sternamus Thrandos in procella
Odinis! sic nunc incitamus (milites)¹.

Tum Thormodus Kolbrunæ-poëta cecinit:

Missor sagittæ! ingruit vehemens
procella piratæ: ingravescit
tempestas gladiatorum; militibus
metu trepidandum non est.
Impetum fore expectemus, cum imus
in conventum hastæ cum Olavo;
cupiditate bellandi flagrans miles
molliculas voces jactare nolit².

tum orð sing. c) *dróttir*, gentes, i. e. rustici, L; *drottinn*, dominus, o: rex, S. d) Ita B, D, H, S, Hkr.; *skulu* plur., A, cet. e) insolentius pro *æva*, Hkr. f) *megi*, F. g) *hæðankvámu*, hinc discedendum (moriendum) nobis esse, C; invito metro. h) Ita B, C, D, F, H, K, S; *bragninga trausti*, A; *bragningi traustir*, L, Hkr., eod. sensu, sed concinnius. i) o: piratæ; *ála*, id. usitatus, B, C, F, H, K, L, S, Hkr.

¹) Ordo: *Rökr at miklu regni hins harða randa garðs; lið Verdæla a) vill berjast við snjallan visa. Verjum örvan allvald, ölum teitan sveita má, fellum þrændr i þundar hreggi; eggjum þess nú.*

a) Ita cet. omnes.; *verðunga*, A.

²) Ordo: *Örstiklandi a)! Þraungr at miklu ála eli: skálmöld vex nú; höldar skyldu eigi fálma skelknir b). Búumst við sókn, er gaungum at geirþingi með Oleifi, en gunnreiðr c) seggr skyli um-forðast slækni- d) orð.*

a) *örstiklandinn*, A; quid., *örstiklanda*. b) *possit et verti: terrorem incutientes*, i. e. bellicosi, et referri ad *höldar*; *skelnir*, arcti v. constantes, Hkr. c) *gunnreiðr*, C, D, F, Hkr.; quod refer. ad *gaungum*; *gunnreiðs*, B, H; *gunnreið*, perp., K. d) Ita B, C, D, H, K, S; *slækni* A, cet.

Hos versus milites extemplo memoria tenuerunt.

Cap. 193. Post hæc rex iter paravit, et per valles descendere contendit. Locum stationi nocturnæ delegit, quo omnes copiæ convenerunt et clypeis tectæ sub divo pernoctarunt. Ubi illuxerat, rex exercitum paravit, et hoc facto per exteriora vallium movit. Tum permulti colonorum ad regem venerunt, quorum plerique in partes ejus transierunt, omnesque uno ore professi sunt, præfectos magnam collegisse hominum multitudinem, et adversus regem Olavum ducere atque cum eo confligere statuisse. Quo cognito rex sumtas aliquot argenti selibras colono cuidam tradidit: hanc (inquiens) pecuniam custodito et deinde dispertito, ita ut partem templis attribuas, partem clericis, partem pauperibus dones, ad pacem impetrandam animis eorum, qui in prælio cadent adversus nos pugnantes. Quærit colonus: an hæc pecunia animis tuorum, rex, hominum purgandis donabitur? Cui rex: hanc pecuniam donato ad pacem impetrandam animis eorum, qui in prælio a partibus colonorum stabunt, et armis meorum occumbent; hi vero, qui me secuti in prælio cadent, unacum me omnes salutem consequentur.

Cap. 194. Ea nocte, qua rex Olavus, ut ante memoratum, in statione manebat, magnam noctis partem insomnem duxit, preces pro se et aliis suisque militibus faciens, parumque dormivit, sub lucem vero levis somnus ei obrepsit. Cum vero oriente die evigilasset, copias excitandi tempus præmaturum ratus, an Thormodus Kolbrunnæ-poëta vigilaret, quæsivit. Hic, qui prope esset, quæsivit, quid rex fieri vellet. Rex locutus est: recita nobis carmen aliquod¹! Thormodus in lecto

¹) In margine h. l. sequentia adjicit K:

Quo pacto tui præfecti, in conventibus

surrexit, et tam clara voce cecinit, ut ab omni exercitu admodum exaudiri posset; recitavit Sermo- nes Bjarkii priscos, quorum tale est initium :

Dies exortus est,
pennæ galli strepunt¹.
tempus est, ut servi²
opus incipiant³.

Vigilent, semper vigilent
amicorum capita⁴,
præstantissimi quique
Adilsis comites⁵.

Har, manu fortis⁶,
Rolvus jaculator,
genere præstantes viri⁷,
qui non fugiunt!
Ad vina⁸ vos non excito,
neque ad puellarum⁹ colloquia,
sed excito vos ad durum
Bellonæ ludum.

Ad hæc verba milites somno excitati sunt. Finito carmine gratias ei egerunt, magna capti poematis admiratione, canentis sollers consilium laudantes,

audaces, tibi munera rependunt tua ?

Fac nostri, o rex, experimentum !

Navis quassatur orientalibus undis.

Sed perperam hos versus Thormodo tribui h. l., demonstrat cum argumentum, tum quod hi iidem versus tam in Hist. Or- cadensium cap. 30, quam in Rokkinskinna adscribuntur Kalio Snæbjörn's filio, qui sub rege Magno Nudipede vixit.

¹) Συνεκδοχη anteced. pro consequ., nam gallus „diem venien- tem nuntiat cantu, ipsum vero cantum plausu laterum,” Plin. Sec. Natur. Hist. Lib. 10, cap. 24. ²) piratæ, B, F, L. ³) faciant, B, H, L, S; vigilent et laborent, F. ⁴) i. e. amici. ⁵) Ita honoris causa appellantur athletæ Rolvi, vide Edd. Snorr. p. 151-2; Adils'i addicti, C; Adilsis et Svionum, F, K, L. ⁶) harðgreppi, forte prave pro harðgreypi, id., L; harðgeiri, acer, K. ⁷) Ita cet. omn.; munu, sunt, A. ⁸) feminas, L. ⁹) Vifils, C, F; obscure, forte cogitarint vifiss pro vifs.

carmenque exhortationem stipatorum appellarunt. Rex ei pro carmine et oblectatione gratiis actis, sumtum annulum aureum, selibram pondo, ei muneri dedit. Thormodus, actis regi pro munere gratiis: bono quidem rege utimur, inquit, sed haud facile cognitu est, quamdiu ei vita frui contingat; verumtamen rogo oroque, rex, ut nos neque vivos neque mortuos disjungi patiaris. Cui rex: omnes una erimus, dum res meo geretur arbitrio dumque vos a me separari non vultis. Hic Thormodus: spero fore, rex, sive pax sive bellum instabit, ut, donec ejus rei copia erit, prope te verser, quicquid nobis [de eventu victoriae¹ innotuerit. Quibus dictis hos versus pronuntiavit:

Monarcha, in conventibus audax,
ante genua tua usque versabor,
dum ceteros poëtas nactus eris.
Hos quando expectas adfore?
Nos quamvis dapem cadaveris
avidus corvo præbeamus, aut hinc
evademus, aut hic cademus.
Hæc, imperator, certa res est².

Cap. 195. Jam rex Olavus exercitum per Valles deduxit, Dago alia via cum suis copiis pro-

¹) de itineribus Sigvati commilitonis, aureis bullis gladium gestantis, add. B,D,H,K,S.

²) Ordo: Þingdjarfr allvaldr! ek mun enn hvarfa a) fyrir b) knè þer, uns náir öðrum skáldum; nær vættir þú þeirra? Þótt veitim valtafn frekum hrafni, komunst vèr brott eða liggjum hér c); þat vitz d) eigi, vága vigrunnr!

a) hvarfla, id., F,K. b) um, circa, C,D,F,L,S. c) Ita B,C, D,H; þar, ibi, A et cet. d) Ita scribendum putavi; A scribit vitz; vitz, id., K,S; vinnz (rect. vinz) H; veitz (a vita), nosti, D,L; vikst (a vikja, eod. sensu) Hkr.; ceterum vitz est pro vindst, præsen. ind. pass. v. vinda, flectere. Eadem forma occurrit FR. 1, 239 (Fornaldarsögur, ed. Rafn, Tom. 1. pag. 239), ubi rectam scripturam observatam reperies.

ficiscente. Rex itinere non destitit, priusquam Stiklastados pervenit. Tum agmen colonorum viderunt, passim procedens, tanto numero, ut quavis semita magna adflueret multitudo, multis vero locis ingentes globi militum conjunctim irent. Viderunt, globum militum, qui in Veradalum fuerant speculatum missi, inde ex locis superioribus advenire. Qui cum prope ab eo loco, ubi agmen regium erat, iter facerent, necopinantes adeo adpropinquarunt, ut cognosci inter se possent. Hic erat Rutus (Vervex) ab Viggja cum tribus hominum decuriis. Tum rex speculatores jussit Rutum aggredi et e medio tollere, ad quod illi celeri studio ferebantur. Hic rex Islandis: fando accepi, cum vobis morem esse, ut coloni singulis autumnis debeant operariis vervecem mactandum dare; jam vobis huncce arietem mactandum dare volo! Homines Islandi, ad hanc cædem se facili negotio impelli patientes, extemplo Rutum aliorum militum auxilio aggressi sunt, eumque cum tota ejus cohorte occiderunt. Rex, ubi Stiklastados pervenit, ipse gradum stitit, jussoque gradum sistere exercitu, imperavit suis, ut equis descenderent et locum stationi quærerent. Fecerunt quæ imperavit rex: milites in aciem dispositi, signaque erecta. Dagus cum suis nondum advenerat, quo factum est, ut ab ea parte laboraret acies. Tum rex Upplandos eo ascendere atque capere signa jussit: prudentiæ vero esse duco, ait rex, Haraldum fratrem meum, quippe parvo natu, non exponi prælio. Ille contra: ego vero, inquit, præliantibus interero, si autem adeo viribus laboro, ut ferendo gladio impar sim, consilium novi: manus mea capulo alliganda est; nemo me magis cupiet noxam colonis inferre: commilitones meos sequi volo. Dicitur Haraldus tunc hos versus composuisse:

Audebo illud cornu aciei tueri,
 in quo mihi stare continget; alacri
 animo clypeum rubefacimus,
 hoc aliquantum gaudii feminæ affèret.
 Bello alacer juvenis gradum non referet,
 telis volantibus, cedens spiculis.
 Milites omni studio gressum
 accelerant, in prælium ituri¹.

Pervicit Haraldus, ut prælio interesset.

Cap. 196. Thorgils Alma² nomen erat colono Stiklastadis habitanti; is filius³ erat Grimi Pontificis⁴. Thorgils operam suam regi pollicitus est, seque ei socium periculi obtulit. Rex ei pro oblato officio gratias egit: volo autem, inquit, ut tu, colone, prælio non intersis; hoc potius mihi des, ut saucios milites post prælium serves, horum autem corpora, qui in pugna occubuerint, ad sepulturam componas; atque etiam, si res ita tulerit, ut hoc prælio ipse occumbam, tu funus meum, prouti postulat necessitas, si non vetitum fuerit, componas. Thorgils hæc, quæ rogaverat rex, se facturum pollicitus est.

Cap. 197. Rex, cum aciem struxerat, milites cohortatus est, jubens animos confirmare et, si pugnandum esset, audacter progredi: habemus, inquit, copias et fortitudine et numero præ-

¹) Ordo: *Ek mun þora verja þann arm, er ek hlýst standa a*); *vèr b) rjóðum rönd af reiði; þat er nokkur ekkju c) munr. Hinn d) úngi gúnnbliðr greppr d) gengrat á e) hæll fyrir spjótum, þar er slög f) riða g*); *menn herða h) mót at morði.*

a) *i*; add. C,D,H,K,L,S. b) Ita *cet. omn.*; *vönd*, virgam, A, qui forte jungere voluit *rand-vönd*, ensem. c) *etju*, c: hoc ad pugnam aliquantum momenti habuerit. d) Sic *cet.*; *grepprinn*, A. e) Ita *cet*; *at*, A. f) Ita *cet.*; *þèr*, A. g) *sviða*, urunt, B. h) *herðir*, C.

²) Halma, C; Hamæ filius, B,D; Halmæ f., S; Hjalma f., H. ³) pater, B,H,K,S. ⁴) Dynastæ, pontificis Eyensis, B.

stantes, quodsi coloni plus aliquanto valeant copiarum numero, tamen fortuna cernet victoriam. Palam vobis facere volo, me statuisse ex hoc prælio non fugere, sed aut ab colonis referre victoriam, aut hoc loco cadere; atque opto, ut exeat sors, quæ Deo iudice nobis erit maxime salutaris. Confidamus, nos meliore causa, quam colonos, esse, Deumque hoc confecto prælio possessiones nostras nobis illibatas servaturum, aut pro damnis, quæ hoc loco acceperimus, multo majora quam optare possimus præmia nobis concessurum. Quod si dederit fortuna, ut post prælium jus de summa rerum decidendi ad me perveniat, tum ego unumquemque vestrum pro meritis et pro navata in prælio opera ornabo. Si enim reportabimus victoriam, satis erit terræ et rerum mobilium, quæ hucusque ab inimicis nostris usurpata inter nos dividi poterunt. Primo statim tempore quam acerrimam impressionem faciamus, quo facto celeris incidet rerum commutatio, si cum impari numero res erit. Nam ab celeritate rei gerendæ spes victoriæ nobis erit, graviore autem fortuna utemur, si ad fatigationem usque pugnamus, ut milites ob eam rem armis ferendis impares reddantur; non enim tantum habemus copiarum, ut recentes ac integri milites fessis succedere possint, cum adversariorum alii in pugna procedant, alii quiescant, armis se tutantes. Sin vero tam acrem impetum facimus, ut qui in primore consistunt acie, terga vertant, aliis super alios effuse cadentibus, eo majori clade hostis profligabitur, quo se plures in unum conglobaverint. Ubi rex finem dicendi fecerat, milites orationem ejus magna acclamatione exceperunt.

Cap. 198. Thordus Folii¹ filius vexillum regis Olavi portavit, quemadmodum Sigvatus

¹) Sic *B, H, K, S* et *A* supra, Formn. 4, 169; Falæ, h. l. *A* et *cel.*

poëta testatur in carnine, quo mortuum laudavit regem Olavum, quodque ad exemplar Historiæ resurrectionis¹ composuit.

Audivi Thordum unacum Olavo
justam pugnam ibi gladio
concivisse, fervescente prælio
bona ibi corda adsociabantur.
Excellenti animo præditus Ögmundi
frater partibus suis satis fecit,
regi præferens bellicoso sublimem
vexilli perticam, auro splendidam².

Cap. 199. Rex Olavus eo modo erat armatus, ut capite gestaret galeam auratam, altera manu teneret album clypeum, cui sancta crux auro inducta erat. Altera manu gæsum tenuit, quod nunc in æde Christi³ juxta altare stat. Cinctus erat gladio, Hneitere appellato, telo acutissimo, cujus capulus auro erat revinctus. Indutus erat lorica annulata, quod memorat Sigvatus poëta:
Olavus populum stravit. Crassus

¹) *Uppreistar sögu] uppreistardrápu*, carmen resurrectionis, B, F, K, S; qui forte respexerunt ad carmen Hallfredi, ita dictum, vide scripta Hist. Isl. T. 2, pag. 199, sq. Sed cfr. additamentum hujus historiæ vicesimum sextum.

²) Ordo: *Ek frá þórð herða [þar svá a) geirum gjört b) vlg með Oleifi; sókn c) þreifst; þar fóru góð hjörtu saman. Framlundaðr d) bróðir e) Ögmundar full-vann f), bar hát fagrgylta staung fyrir hringa g) hjaldr-móðum gram.*

a) *þat sinn*, ea vice, B, H, S, Hkr. b) *gjörr*, h. l. adjectivum est, non participium. c) *ógn*, terror, pugna, C, D, F, L. d) *fránlundaðr*, acri ingenio, H. e) Sic B, C, H, K, S; *bróður*, cet. f) una voce scribendum putavi, ut *fullhyggja*, *fulltýa*, cet.; *fullt vann*, eod. sensu, Hkr.; *full ok*, sine idoneo sensu, H. g) ad sensum perinde est, utrum jungas *Hringa gramr*, rex Ringorum (Norvegiæ populi), et *hjaldr-móðr*, animosus in strepitu (pugna), an *hringa hjaldr*, de strepitu ensium, pugna, explices.

³) quæ Nidarosi est, add. F.

ille victoria sæpe potitus est;
 princeps, adversus hostium impetum
 fortis, indutus lorica processit.
 Sviones autem, qui ab oriente
 cum liberali rege advenerant,
 in limpidum sanguinis vorticem se
 immerserunt;
 increvit pugna. Multa aperte refero¹.

Cap. 200. Rex Olavus, cum aciem instruxisset, colonique jam procul abessent, milites considerare et requiescere jussit. Tunc ipse rex resedit, omnesque sui, ante eum se collocantes², ille vero sese inclinavit et caput in gremium Finni Arnii filii deposuit. Mox ei somnus obrepsit, cui cum aliquamdiu indulgisset, viderunt exercitum colonorum elatis signis adversum se tendere, quæ maxima erat hominum multitudo. Hic Finnus somno regem excitavit, eique colonos proxime abesse significavit. Rex somno experrectus: cur me, Finne, inquit, somno excitasti, neque ut somnio meo fruerer permisisti? Finnus: haud ego

¹) Ordo: *Olafr a) vann felda b) öld, hinn digri [vann opt c) sigr; sökkva d) sökuborinn synjur e) gekk fram i brynju. En Svlar þeir f) er stefna g) austan með mildum gram, öðu i bjarta h) blöðröst: hildir óx. Segig margt bert.*

a) *Olaf, B, D, H, K, S; vide b. b) feldan, iidem, v: coloni regem interfecerunt. c) öflgan, potentem, cet. omn., referendum ad sigr, vide d. d) sækja, cet. omn., v: sökub. synj. g. fr. i br. (at) sækja öflgan sigr, bellicosus princeps lorica indutus processit, ut ingentem victoriam extorqueret (colonis). e) sinnjor, Hkr.; eadem forma est Magni Nudip. c. 7, Edd. Snorr. 190; vox exotica, Gall. *seigneur*. f) add. B, C, H; þar, D, S. g) invito metro; *nefna*, adversante tam metro quam sensu, C, D, F, L; *nenna*, proficiscuntur, B, H, K; sed displicet præ. tempus; *runnu*, advolarunt, Hkr., bene. h) *hjarta*, mendose et repugnante lege metrica, C.*

²) ut aura quam optime refrigerarentur, add. B, K, S; h. l. finitur B.

crederim tibi hoc somnii oblatum, ut non potius vigilare et contra irruentes hostes paratus esse debeas. Nonne vides, quam prope accesserit turba colonorum? Rex: haud tam prope accesserunt, ut non magis expedivisset me dormiisse. Tum Finnus: quid ita tandem somniasti, rex, ut te tantopere doleat, quod sponte non evigilasti? Tum rex somnium retulit, dicens se scalas vidisse ex caelo pertinentes, has conscendentem in sublime adeo longe evasisse, donec caeli se aperuissent, eo enim usque scalarum gradus pertinuisse: tum vero in summum gradum evaseram, ait rex, cum me somno excitabas¹. Respondit Finnus: somnium tuum mihi quidem non tam bonum videtur, quam tibi forte videbitur; existimo enim instantem tibi mortem portendi, si modo aliud quid est, quam insomnium.

Cap. 201. Præter hæc, cum rex Olavus Stiklastados pervenit, sequens eventum accidit. Venit ad eum ex vicinis provinciis vir aliquis. Quæ res eam ob causam pro nova habebatur, quod iste vir aliorum hominum, qui ad regem ante venerant, dissimilis esse videbatur: erat enim tanta statura, ut nemo esset, qui humeros ejus proceritate superaret, facies erat bene pulcra, comæ suus decor; idem bene armatus, capite galæam gerebat, lorica annulis conserta indutus, rubro clypeo utebatur, cinctus gladio ornato, manutenebat hastam ingentem, lamellis aureis ornatam, cujus manubrium tanta erat crassitie, ut manum compleret. Hic vir regem adiit, eum salutavit, et an suo uti auxilio vellet, quæsivit. Rex interrogavit, quis et cujus esset, quod ei nomen genusve. Ille respondet: cognati mei sunt in Jämtia et Helsingia, vocor Arnljotus Gellinius; hoc vero potissimum referre tibi habeo, quod legatis

¹) vide Radii strophas 15 et 16.

tuis, in Jantiam ad tributa exigenda missis, hospitalitatis officia præbui, hisque catinum argentum tesserae loco dedi, quod tibi amicus esse vellem. Tum quæsit rex, utrum baptizatus esset, an non. Ille professus est, eam sibi esse religionem, viribus ac virtute sua confidere: quæ religio, inquit, mihi ad hoc usque tempus satis præsidii dedit. Rex ait: jam postulo¹, ut credas, coelum et terram omnesque homines a Jesu Christo esse creatos, et omnes homines, qui boni et justi sunt, ad eum post mortem abituros. Cui Arnljotus: audivi quidem fieri de Albo Christo mentionem, minus vero notæ mihi sunt res ab eo gestæ, aut cui loco præsit; at enimvero omnibus, quæ prædicas, fidem habere, resque meas omnes tuæ fidei committere volo. Dein Arnljotus est baptizatus, eaque religionis capita ei tradita, quæ maximum momentum habere regi visa sunt. Hunc rex in primore acie ante vexillum suum collocavit, quo loco Gōka Thorer et Avrafastius horumque commilitones erant.

Cap. 202. Nunc ea dicere ordiemur, a quibus antea sumus digressi. Præfecti provinciarum et coloni, cum cognoverant, regem Olavum e regno Gardorum profectum et in Sveciam delatum, immensum copiarum numerum contraxerunt. Ubi vero audiverunt, eum in Jantiam pervenisse et superata Carina in Veradalum² penetrare statuisse, exercitum in Thrandheimum duxerunt, omnem incolarum multitudinem, liberos servosque, collegerunt, et in Veradalum contenderunt, tantum habentes copiarum numerum, ut nemo esset, qui parem numero multitudinem uno loco convenisse vidisset. Accidit vero hic, quod persæpe magno collecto exercitu accidere potest, ut admodum

¹) Hic incipit lacuna in *D.* ²) Sic *C,S*; Vermalandum, *A* et *cef.*, præve.

varia esset horum militum bonitas; nam cum complures præfecti magnusque numerus potentiorum ac colonorum convenisset, tamen oppidani et operarii ingentem multitudinem efficiebant, plurimaque exercitus pars in Thrandheimio coierat, quæ manus hostili odio adversus regem Olavum ferebatur.

Cap. 203. Cum autem rex Knutus regnum Norvegiæ in potestatem suam redegerat, ut supra scriptum est, eique regno Hakonem dynastam præfecerat, tradidit dynastæ episcopum aulicum, Sigurdum nominatum, genere Danum, qui diu fuerat cum rege Knuto versatus. Hic episcopus erat vehementi ingenio, in sermone eloquentiæ ostentator, et quantum potuit egregiam operam regi Knuto sermonibus suis præstitit, regi vero Olavo inimicissimum se præbuit. Idem episcopus persæpe inter milites versabatur et assiduis adhortationibus colonos ad rebellionem adversus regem Olavum instigavit.

Cap. 204. Sigurdus episcopus aliquando coram frequenti militum concione orationem habuit et sic verba fecit: Jam huc magnus convenit militum indigenarum numerus, quo majorem in hac paupere terra videre non continget. Utinam tam ingens copiarum vis veram utilitatem patriæ afferret! nunc enim gravis incumbit necessitas, cum Olavus iste bello vos persequi nondum velit desistere. Qui cum jam juvenili ætate se diripiendis alienis opibus et hominibus occidendis advefecisset, multasque terras ejus rei gratia peragravisset, in hanc demum terram convertit sese, atque sic imperium auspicatus est, ut apud optimos quosque et potentissimos in odio esset, quos inter erat dominus rex Knutus, cujus provinciam tributariam insedit. Idem adversus regem Svionum fecit, dynastas vero, Sveinem et Hakonem avitis

possessionibus expulit. His autem, qui ipsum cognatione attingebant, multo crudelissimum se præbuit, cum universos reges e regno eijceret. Quæ quidem res aliqua ex parte bene accidit; hi enim antea jurisjurandi fidem Knuto regi datam fefellerant, et perditissima quæque consilia ab illo (Olavo) agitata secuti fuerant. Horum amicitia merito dissoluta, eis læsionem membrorum attulit, pecunias et possessiones atque imperia occupavit, et hoc modo cunctos hujus terræ viros nobiles extirpavit. Quæ vero postea gesserit, haud dubie nota vobis sunt, ut viros præfecturis ornatos tractaverit, præstantissimos quosque interfecerit, complures in exilium ejecerit, multa provinciarum loca prædonum manu obiens, pagos incenderit, incolas necaverit et eorum bona diripuerit. Quis est, quæso, hac in terra ex viris potentioribus, qui non gravissima crimina adversus eum proferre possit? Nunc peregrinos milites adduxit, quorum maxima pars ex sylvestrium locorum incolis, latronibus et prædonibus constat. Num eum nunc clementer acturum putatis, tam profligatorum hominum colluvie comitatum, qui antea suis omnibus dehortantibus patriam tam fœde vastaverit? Quamobrem vobis svadeo, ut nunc promissorum, quæ regi Knuto dedistis, memores sitis, item eorum, quæ facere hortatus est, si rex Olavus iterum regnum repeteret, quo pacto promissam vobis libertatem retinere deberetis: scilicet jussit vos resistere et istam barbarorum colluviem a vobis repellere. Restat itaque, ut eos nunc adoriamini, atque maleficos istos obtruncetis, ut præda lupis aquilisque fiant, et quemque quo loco constitutus sit jacere patiamini, nisi malitis eorum corpora in tumulos et saxeta raptare; nemo eo audaciæ procedat, ut hos ad templa deportet, sunt enim prædones et malefici. Ubi finem

dicendi fecerat, omnes orationem ejus magna acclamatione exceperunt et uno ore facturos quæ postulasset consenserunt.

Cap. 205. Præfecti, qui eo convenerant, conventus et colloquia inter se habuerunt, consiliisque iitis constituerunt, qua ratione acies institueretur, quique principes exercitui præficerentur. Hic Kalvus Arnii filius: convenit optime, huic exercitui imperatorem præfici Harekum de Thjotta; hic enim ex familia Haraldi Pulericomi ortus est, hunc adversus rex grave odium, ob cædem Grankelis, gerit, quare si rex Olavus regnum recuperat, durissimis conditionibus obnoxius erit; ceterum ipse Harekus est bello valde expertus et gloriæ cupidus. Harekus reponit, magis ad hanc rem idoneos esse, qui in flore ætatis essent: ego vero, jam senectute gravis, sustinendo præliis impar sum; intercedit inter me et regem Olavum cognatio; quam etsi in me parum coluerit, tamen non decet me magis quam alium quemlibet, qui hic in manu nostra adest, hoc in tumultu adversus eum arma ferre. Tu, Thorer, egregie idoneus es, cujus ductu prælium adversus regem Olavum fiat; et causæ abunde sunt: nam in eo vindicandam habes propinquorum tuorum necem, et quod te exutum possessionibus patria expulit; quin pollicitus es tam regi Knuto quam cognatis tuis, te necem Ashjörn's vindicaturum. Num putas, meliorem adfore occasionem, quam quæ nunc se offert, has omnes contumelias in rege Olavo vindicandi? Reposuit Thorer: non id mihi sumo, ut signa adversus regem Olavum erigere hujusque manus princeps esse audeam. Novi superbiam Thrandorum, qui cum maximam hominum multitudinem hoc loco coegerint, nec mihi nec alii Halogo dicto audientes esse volent. Ceterum non opus est, ut in memo-

riam revocentur injuriæ, quas regi Olavo rependere debeo; memini quos ejus opera homines amisi, cæsos ab eo quatuor viros, honoribus et genere insignes, Asbjörnem, meum ex fratre nepotem, Thorerem et Grjotgardum, nepotes ex sorore, horumque patrem Ölverem, quorum singulorum necem ulcisci, mei officii est. Ut autem meum vobis consilium aperiã, delegi ex domesticis meis undecim viros manu promptissimos; et confido, fore, si copiam sui fecerit rex Olavus, uti partes cominus cum eo pugnandi aliis non demandemus.

Cap. 206. Tum Kalvus Arnii filius ita orsus est: postulat, credo, necessitas, ut quod coeptavimus consilium, hoc nunc exercitu coacto ad irritum recidere ne patiamur. Alia sane ratione opus fuerit, prælium cum rege Olavo commissuris, quam ut quisque nostrum hoc difficile munus suscipere subterfugiat. Nam etsi regi Olavo exiguæ sint copiæ ad hunc, quem habemus exercitum, tamen et ducem constantis et intrepidi animi, et milites fidelem duci operam navantes experiemur. Si vero nos, qui potissimum præsides exercitus nostri esse debemus, nunc timore aliquo tacti demittimus animum, et confirmare animos militum hortarique ut quis ducem se præbeat nolumus, multi erunt in exercitu nostro milites, quorum corda pavore subito concutientur, atque deinde sibi quisque petet consilium. Etsi vero magnus hoc loco numerus militum convenit, tamen, si rex Olavus exercitu suo nos adortus fuerit, in tantum discrimen veniemus, (ut nobis)¹ incerta futura sit victoria, nisi et ipsi simul animis et consiliis præsentem, et multitudo uno consensu ruat in hostem. Quod ni fiat, sa-

¹) ante verba „er ósigr viss”, in textu excidisse puto „at oss”.

tius est prælii periculum adversus regem Olavum non facere; optimaque visa fuerit conditio, ad fidem Olavi confugere, qui quidem tum durum præbuit sese, cum in eum levius, quam ipsi forte nunc videbitur, peccatum erat. Scio tamen, cohortem regiam ita esse ab hominibus instructam, ut mihi spes pacis sit, si hanc petere velim. Nunc itaque, si mecum consentitis, vos, Thorer et Hareke, signum quod erigemus subeatis aciemque deinde instruatis! Universi strenuos et in ceptatis consiliis constantes nos præbeamus, exercitumque colonorum ita producamus, ut omni nos metu liberos esse appareat; id enim addet stimulum multitudini, si in acie struenda et cohortandis militibus alacres sumus. Cum vero Kalvus verba facere desierat, omnes in sententiam ejus iverunt, dicentes observaturos omnia quæ consulisset. Tum universi postulare, ut Kalvus ipsis imperator præset et quemque, quo loco placeret ipsi, constitueret.

Cap. 207. Kalvus signum statuit, ad quod stipatores suos, nec non Harekum cum suis stare jussit. In prima autem fronte aciei ante signum stabat Thorer Canis cum sua cohorte, et ab utroque latere ejus delecti ex Thrandis et Halogis coloni, quotquot erat strenuissimi et optime armati, longam et latam phalangem efficiebant. A dextra aciei parte alia phalanx posita est; item a sinistra parte aciei principalis Rogalandi, Hördalandi, Sognenses¹ stabant, tertium signum habentes.

Cap. 208. Vir erat nomine Thorstein, dictus Knararsmidus (nauegus), mercator et faber insignis, magna statura et viribus, contentiosus²

¹) Fjördenses, add. S. ²) pro *kaupmaðr* legendum cum Hkr. *kappsmaðr*.

et homicidiis famosus. Hunc rex Olavus, cum ob motas ab eo turbas, tum ob retentam multam, quam pro occiso cive solvere debuerat, infensus, navi mercatoria ingenti, recens ab eo fabricata, spoliaverat. Thorstein, qui hoc tempore ad exercitum erat, ante aciem progressus, Thorerem adiit et ita locutus est: heic ego, Thorer, in tua cohorte stare volo, statui enim regem Olavum, si eum offendero, telo petere, atque si tam prope fuero constitutus, raptam ab eo navim ulcisci, quod me navi in mercatoriis optima spoliavit.

Cap. 209. Cum vero instruebatur colonorum acies, præfecti verba fecerunt, monentes singulos, ut diligenter observarent, quo quisque loco constitutus esset, quod vexillum quisque sequi deberet, et quam longe a vexillo locus cuique esset designatus; monentes, ut, cum buccinæ sonare bellicumque cani cœpisset, agiler et celeriter locum sibi destinatum occuparent, deinde ordinatim irent; etenim adhuc longum erat viæ spatium, qua agmen duceretur, et facile fieri poterat, ut ordines inter eundem turbarentur¹. Post hæc milites hortati sunt. Kalvus hortatus est, ut hi, quorum esset illatas ab rege Olavo injurias vindicare, progressi sub vexillo, quod signo regio adversum iret, militarent, injuriarum quibus eos affecisset memores; non commodiorem nacturos occasionem ultionis expetendæ, seque liberandi ab ea afflictione, oppressione et servitute, cui eos subjecisset: is, inquit, ignavus est, qui nunc pro virili non pugnat, neque enim adversarii vestri criminibus carent, neque vobis, si (nocendi) facultatem nacti fuerint, parcent. Oratio ejus magna acclamatione excepta, magnusque militum inter se adhortantium clamor exortus.

¹) prætuli lect. *F*: berast; *L*, berast låta.

Cap. 210. His confectis rebus coloni exercitum Stiklastados moverunt, quo loco rex Olavus cum copiis suis aderat, Kalvo Arnii filio et Hareko in primo agmine euntibus. Qui cum inter se occurrissent, non statim facta impressio est; coloni enim aggressionem differebant, eo quod horum copiae aequali agmine non processerant, quare suos a tergo venientes exspectabant. Thorer Canis eum sua cohorte postremus iverat, huic enim id negotii datum erat, ut observaret, ne clamore sublato visove hoste gradum referrent milites. Hunc exspectabant. Coloni his vocibus usi sunt, quibus suos ad praelium hortarentur: ite, ite, coloni. Rex Olavus impetum in colonos non dedit, quod Dagum opperiebatur. Dicuntur coloni non pauciores habuisse copias quam centum centurias (maiores)¹. Sic vero Sigvatus dicit:

Vehemens mihi dolor est,
 quod rex ab oriente veniens
 parum adduxit copiarum; is princeps
 auro revinctum capulum tenuit.
 Novi colonos ea de causa
 victoriam reportasse, quod
 dimidio plures fuerunt; ea res
 aliqua ex parte bellatorem fefellit².

¹) duodecim millia, F; eod. sepsu.

²) Ordo: Erumz a) ólmr sá harmr, e) hilmir hafði affátt b) austan; sá c) jófr kreisti d) gulli vafðan meðalkafla. [Ek fráe) þegnar fengu þvi f) gagn, at g) þeir váru hálfu fleiri h); þat i) tældi k) hváruungi l) hvötuð m) hildar n).

a) erumc, id., C,S; er um (rect. erum, id.), F; hic lacuna incipit in K. b) Sic C,F,S; afað, cet. c) er, inser. omn. præter C,S. d) Ita cet.; kærsti, A. e) Ita C,F; frý ek, F,L; frýu, cet. f) Sic cet.; þar, A. g) Ita S; er, id., C,F,L; eru, sunt, cet. h) voru, add. L. i) Sic cet.; þar, A. k) Ita cet.; taldi, dixit, A. l) Sic cet.; hvártveggi, A. m) Sic cet.; hvötuðr in nom., A, 3: vir (mihi) id significavit. n) Ignorat hanc stropham H.

Cap. 211. Cum utraque acies constitisset et alteri alteros cognovissent, rex locutus est: cur hic ades, Kalve? amici digressi sumus ad austrum in Mæria; male te decet adversum nos pugnare aut tela mittendo terrorem nobis injicere, hic enim adsunt quatuor¹ fratres² tui. Kalvus respondit: multa aliter eveniunt, quam optime conveniret; tu proxime ita a me digressus es, ut necessitas me impulerit cum remanentibus in gratiam redire; itaque cuique quo loco constitutus est manendum; tecum vero, si res meo arbitrio gereretur, redirem in gratiam. Tum Finnus: indoles Kalvi ita est comparata, si speciose loquatur, mali aliquid animo agitat. Rex: fieri quidem potest, Kalve, ut velis mecum in gratiam redire, quæ vero cœptas, pacem non promittunt. Tum Thorgeir ab Kvistis³: talem nunc pacem impetrabis, qualem multi abs te antea impetravere; ejus rei nunc par gratia tibi reddetur. Cui rex: haud sane est quod tu congressum meum adeo cupide petas, nam haudquaquam tibi dabit fortuna, ut ex nobis victoriam hodie reportes, te enim parvis ex initiis evexi. Hoc momento Thoron Canis cum suis advenit, et ante vexillum progressus vociferatus est: ite, ite, coloni! Tum coloni clamorem sustulerunt, et sagittas hastasque conjecerunt. Rex Olavus suos quoque tollere clamorem jussit, ita ut utrique simul clamorem ederent; quo facto alii alios hortari ex præscripto, his verbis usi: ite, ite, milites christi, crucis, regis! Quæ cum coloni audirent, in ala superiori consistentes, quæ hos vociferare audiebant, eadem ipsi repetebant. Quo audito alii coloni regios esse rati, confestim tela iis ingerebant. Sic ipsi invicem pugnant,

¹) Sic *cet.* omnes; *nū*, nunc, *A*, quæ vox ex prave lecto numero IIII (4) orta esse videtur. ²) Hic iterum incipit *D.* Kvistadis, *D,S*; Kinnstadis, *H*.

multique ceciderant, antequam ad sanitatem redierunt coloni. Tempestas erat clara, sole sudo caelo splendente; cum vero cœptum est pugnari, caelum et sol rubore suffusa sunt, et antequam praelium depugnatum est, tenebrae quales nocturnae obortae sunt. Rex Olavus aciem in colle quodam instruxerat, unde sui, impetu in copias colonorum dato, tam vehementem impressionem fecerunt, ut acies colonorum adeo inclinaret, ut quo loco novissimum agmen colonorum consisterat, eo loco primae starent regionum cohortes. Tum complures ex colonis fugam capessere parati erant, praefecti vero et praefectorum stipatores firmo gradu steterunt, eoque loco certamen acerrimum erat Sic Sigvatus poëta:

Terra sub pedibus late tremuit,
cum milites splendidis galeis
ornati, mane decurrerent; tum
loricata acies fervidam pugnam
ingressa est, id quod hominibus
perniciem attulit. Vehemens
coorta est tempestas chalybum
in campo Stiklastadensi¹.

Coloni suos hortati ad praelium urgebant. Hujus meminit Sigvatus poëta:

Vexillum eorum in acie
media procedebat; hic strenui
Thrandi reperti sunt. Ejus

¹) Ordo: *Fold var a) at dynja vitt b) und fótum, þá er ærir c) álms d) þustu árliga ofan með bjarta hjálma; brynjat fólk réð þá i bráða e) böð: þat f) var mönnum g) friðbann. Mikill stálgustr varð á Stikla h) -stað.*

a) Sic C,D,H,S; er, cet.; malim varð. b) við, lata, L; vætt, H. c) Sic C,D,H,S; ærit, prave, F; örvar, A, vide sequ. d) Sic cet.; álmr, ulmus, A, c: örvar álmr, praeliator! e) brakka, obsc., L. f) þar; F,H,L,S. g) Sic cet.; mikit, A. h) Stiklar, C.

facti colonos nunc pœnitet¹.

Tum colonorum milites undique irruentes, qui quidem in prima acie erant, gladiis cædebant, qui vero his proximi erant, aut hastis petebant aut sagittas mittebant, aut saxa vel scissos vallos conjiciebant. Hinc magna edita strages, multis utrinque cadentibus. Primo impetu Gökathorer et Avrafastius et Arnljotus Gellinius cum omnibus suis ceciderunt, quorum singuli uno aut duobus, quidam etiam tribus occisis hominibus occubuere. Tum rex rarescente ante se acie, Thor-dum jussit proferre vexillum, atque proximus vexillo ipse adfuit; quam vero cohortem delegerat, ut ibi præsto ad præliandum esset, ea constabat viris, qui ex suis erant et ad præliandum audacissimi et optime armati. Hoc memorat Sigvatus poëta:

Audivi meum dominum suis
vexillis processisse proximum.
Sola pertica præcedebat principem;
eo sane loco satis tumultus erat².

Cum rex Olavus ex corona scutorum excessisset atque se in primore acie ostendisset, coloni ocu-

¹) Ordo: Merki för a) fram í miðri fylking þeirra, [snarir Þrændir b) fundust þar c). Buendr iðrast nú þess verks.

a) fékk, D,H; contra metr. et sens. b) Þrænda, C,L,S; ut jungatur cum merki v. þeirra. c) Sic C,L,S; þá, tum, cet.; snarir börðust þar sverðum, strenui ibi gladiis pugnabant, D, H; repugnante sequ. litera domina.

²) Ordo: Ek frá minn drottinn gánga a) mest fram b) næstan c) sinum merkjum d); staung [ein var e) fyrri gram: þar var f) gnógr styrr.

a) gengum (rect. gengu), D,S. b) framán, præstantem, L, ref. ad drottinn. c) Sic cet.; vestan, A, perp. d) þar, C. e) óð fyrir (gram), ruebat ante regem, C,D,S; varð gylt at (gánga fyrir), aurea pert. anterior procedebat, F. f) óx, crescebat, F,L.

los ejus intuentes perterrefacti sunt, neque eum telis aggredi audebant. Cujus rei meminit Sigvatus:

Formido, puto, injecta est
(adversariorum) militibus,
intuentibus acres leuinos
oculos bellicosi Olavi.
Non ausi sunt Thrandi
ejus oculos, serpentis instar
fulgidos, adspicere. Dominus
ducum visus est terribilis¹.

Hic valde acris pugna exitit. Tunc ipse rex in praelium processit. Sic Sigvatus poeta:

Monarcha, clypeum gestans manibus,
cruentos rubefecit gladios virorum
sangvine, ubi gens colonorum
praestantem oppugnavit principem.
Et rex, animo in ludum
gladiorum intento, effecit,
ut furvus ensis inveniretur
in capitibus Thrandorum Interiorum².

¹) Ordo: [*Ek hygg a) voru b) grimmligt geirs lögreytundum c) lita i d) hvassar ljóns sjónir gunnreifum Oleifs. Þrænsk-ir virðar þorðut sjá i ormfrán e) augu hánum; hessa f) drottinn þótti ógrligr g*].

a) omitt. *D, K*; *hykk*, id., *C*. b) Sic *C, D, L, S*; *væri, F*; eod. sensu; *riki, A*, advers. metro. c) Sic dedi sec. *Hkr.*, σ : spargentibus liquorem gladii, sangvinem; i. e. pugnatoribus; *lofrætundum*, amplificantiibus laudem (gladii), *S*, eod. sensu; *lofrækendum* (forte *lofrækendum*), colentibus laudem, *A*; *lofrennundum*, emittentibus, divulgantibus laudem, *D*; utrumque invito metro. d) *með*, *C*. e) Sic *C, S*; *ormfráni, L*; *ormfráns, A*, cet. f) cet. omn. *hersa*, id. g) *ægiligr*, id., *D, S*; stropham nescit *H*.

²) Ordo: *Þjóðkonungr a), rönd með höndum b), rauð dreyrug c) sverð i rekka blóði, [þar er d) drótt gumna sótti dýran e). Ok f) gramr, rækinng) at járna h) leiki, lét i) rauðbrúnan k) hjör finnast l) i reikar túnun Innþrændum m)*.

Rex Olavus perquam audacter pugnavit: Thorgeiris Kvistensis, præfecti antea memorati, transversam faciem gladio percussit, diffractoque nasi tegmine galeæ, caput infra oculos ita intersecuit, ut pæne abscideretur. Quo dejecto, rex fatur: num verum est, quod dixi, Thorgeir, te non reportaturum ex me victoriam, si in prælio congredieremur? Hoc ipso momento Thordus vexilli perticam tanta vi demisit, ut solo infixam staret; letale enim vulnus acceperat, atque eo loco sub vexillo cecidit. Tum quoque ceciderunt Thorfinnus Munnus et Gizur Gulbrææ alumnus, quorum hic a duobus viris oppugnatus, antequam ipse caderet, alterum interfecit, alterum vulneravit. Sic Revus Hofgardensis:

Audax in prælio bellator
solus commisit pugnam
cum duobus strenuis viris,
flamma sonante Odinia.

a) þjóðkonung, C,D,F,H,S et Hkr., ut regatur ab sótti.
b) Sic absolute cepi, intelligens part. *hafandi*, cfr. Angl.: *sword in the hand*, et similia. c) *dreyrugt*, in sing., C,H. d) *þá er*, cum, D,K; *fyrrir*, coram (rege), C. e) Sic *cet.*; *dýrum*, A, ut subintell. *at*, vel refer. ad *höndum*, neutrum placet; *dyggvan*, fidum, D,K; contra metr. f) Sic D,S; *jóku*, F; vide m; *ótt*, celeriter, A, *cet.*; obst. metro. g) Sic *cet.*; *rekinn var*, A; ubi *rekinn* id. valet ac *rækinn*. h) *isárn*, id., D. i) *sókn*, F; vide m. k) *rauð brúnu*, L. l) *stinna*, F. m) *Innþændir*, F; ꝛ: *Innþændir jóku stinna sókn*, Thrandi Inter. acrem pugnam ciebant; cum vero non de his, sed rege, sermo sit, cetera necessario claudicant. Posteriorem semistropham omitt. H. Hæc semistropa ita quoque construi potest: *ok rækinn gramr lét Innþændum finnast at járna leiki, rauð brúnan hjör í reikar túnum*, i. e. et sedulus princeps fecit, ut Thrandi Inter. pugnam (ejus in pugna virtutem) demirarentur, lividum gladium, capitibus inflictum, rubefaciens. De phrasi *finnast at* vide Scr. Hist. Isl. Tom. IV., c. 145. Alias construendi et interpretandi rationes vide in Hkr. Tom. 2 et 6.

Hic arcu s̄vetus sagittarum
effundere nimbū, ictu letali
cecidit unum, sauciavit alterum.

Is (verè) telum cruore tinxit¹.

Hic accidit, de quo supra facta mentio¹ est, ut
cælo sereno sol e conspectu evanesceret tene-
bræque oborirentur. De qua re ita Sigvatus
poëta:

Homines illud pro haud parvo
miraculo habent, quod
sol, nube non tectus, homines
non potuit calefacere.

Magnum eo die portentum
accidit: diei facies splendida
non mansit. Illud eventum
regiæ pugnae ab oriente audivi².

¹) Ordo: *Stála a) -regudjarfr rimmu b) askr hafði c) einn gunnar gný við tvá röskva d) þegna; bál e) hárs f) gall g). Árstrauma dalsteypir h) hjó draupnis i) dögg k) -frey bana höggvi l), enn vann annann sáran; hann [rauð járn m).*

a) Sic *D, H, S*; *skála, cet.*, qui forte sic: *skáli hárs*, ædes Odinis, Valhalla, *bál hárs skála*, flamma Valhallæ, enses v. clypei, *hárs skála báls regn*, nimbus ensium, pugna; verum sic in ceteris hæremus. b) *runu, F*; *rimmu, C, D, H, K, L*; utrumque depravatū. c) h. l. pro *átti v. hélt*; *háði* (usitate), Hkr.; *l*, add. C. d) Sic *C, D, F, H*; *röskvan, cet.* e) Sic *C, S*; *báls, cet.* f) *hárs*, id., *F, L, S*; *hár, C, D, H*. g) Sic *C, D, H, S*; *gull, cet.* h) *dalsteypis, A*; *dalstýfis, L*. i) vox detrita in *A*. k) Sic *D, F, H, S*; *daggs, C*; *draugs, A*. l) Sic *cet.*; *höggvinn, A*. m) hæ voces detritæ in *A*.

²) Ordo: *Ýtar láta þat a) eigi smátt undr, er skýlauss röðull máttit b) hlýa c) skorðu d) skenjörðungum e). Drjúg f) furða g) varð á því dægri: dagr náðit h) fögrum lit. Ek frá austan i) atburð konungs orrostu.*

a) Sic *cet.*; *þvi, A*. b) Sic dedi sec Hkr.; *mátta, A*; quod h. l. esset id. q. *mátti-a*, sed exemplum non-succurrit. c) Sic *D, H, L, S*; *hlýja*, tegere, *A*. d) Sic *C, F, L, S*; *skorðum, H*; *skotna, pr., A, cet.* e) navis rectores, i. e. viros, a *skorðu*

Hoc temporis momento Dagus Ringi filius cum sua manu adveniens, mox cœpit milites ordinare, signaque erexit. Cum vero ob spissiores tenebras nescirent, qui adversum starent, non statim fieri impetus potuit; eo tamen se convertunt, quo loco Rogalandi et Hördenses se continebant. Hæ omnes res eodem temporis puncto, vel quædam forte ceteris paulo prius accidere. Kalvus et Olavus nominabantur cognati Kalvi Arnii filii; hi ab altero ejus latere adstabant: erant magna statura et strenui. Kalvus erat filius Arnfinni Armodi filii, nepos ex fratre Arnii Armodi filii¹. Ab altero latere Kalvi Arnii filii procedebat Thorer Canis. Rex Olavus ictum Thoreri intentans, transversos humeros ejus gladio percussit; destituit telum secandi vis, pulvis vero ex rhenone emicare visus est. Cujus rei mentionem facit Sigvatus poëta:

Ipse rex liberalis optime
 expertus est, ut præpotentia
 veneficia Finnorum, magiæ peritorum,
 prægrandem Thorerem servarunt:
 cum munificus princeps
 aurato ense humeros Canis
 percuteret; nam obtusus ensis
 vi destitutus est secandi².

sker (*skær*), navis; sic C,S; *skjfnjörðungum*, F,L; *skjfnjörungum*, A; *sklein i örðugum*, H; omnia corruptè. f) *drjúgr*, C; *drög*, D,H; *drag*, S. g) Sic C,F,H,S; *furðu*, D; *fundu*, L; *spurðan*, A. h) Sic C,L,S; *náði*, omissa negatione, A. i) 3: ex Norvegia, unde Schöningius concludit, poëtam hoc carmen in Islandia composuisse.

¹) Erant isti (fratres) filii Arnfinni, F.

²) Ordo: *Sjálfr a) mildr gramr b) fann gjörst, hve meginrammir c) galðrar fjölkunnigra Finna barg fullstórum Þóri: Þá er huna hýrsendir laust gulli búnu sverði um herðar d) Hundi; slætt røð sízt at bita.*

Thorer regi ictum intentavit. Qui cum aliquot ictus inter se commutassent, gladius, quo utebatur rex, nihil secando valuit, quâ rheno tegimentum corpori præbuit; attamen manus Thoreris vulnerata est. Addit sequentia Sigvatus:

Est, qui veram non agnoscat fortitudinem magnanimi Canis; quod ego domi doctus novi. Quis majus factum viderit, quam quod patravit Thorer? Cum hic, objectorum scutorum procellam sustinere svetus in pugna procedens ictus adversos auderet intentare viro regiæ dignitatis¹.

Rex Björnem aulæmagistrum allocutus, feri canem, inquit, cui tela nocere non possunt. Björn versa in manu securi, malleo cæsam intentavit,

a) *silfrs*, argenti, *F, L.* b) *grams*, *F*; *gram*, *A.* c) Sic sec. Hkr.; *rammar*, in gen. fem., *A, cet.* d) Sic Hkr. recte; *herður*, *A, cet.*

¹) Ordo: *Pollr seims a) dylr sannrar snilli hugstórs Hunds, en ek b) veit c) þat heiman d); hverr e) sæi f) stærra verk, [en Þórir vann g)? er þróttir h) glyggs i) gunnranns k) þvergarða l), hinn er m) sótti fram, þorði at höggva lgegn konungsmanni n).*

a) vir, h. l. indefinite, unus et alter; nempe poëta audaciam Thoreris commemorando virtutem regis magnifice effert. b) omitt. *S.* c) *frá*, audivi, *F.* d) *heima*, id., *F.* e) *hvers*, *I.* f) Sic *C, S;* *sjái*, in præsen., *F;* *sé*, id., *D, H, L;* *sér*, in indic., *A.* g) *er frýr þóri*, qui ignaviam Thoreri objicit, *D, H,* Hkr., quæ jungenda sunt cum *Pollr seims.* h) bellatoris descriptio, quæ recte resolvitur in Hkr. Tom. 2, c. 240, not. d; constructio in Hkr. Tom. 6, p. 113 proposita minus placet; *þrjótr*, contumax nebulo, *A.* i) Sic sec. Hkr., postulantibus syllabis metricis; *glygs* *C, D, H, S;* *gnýs*, *A, cet.* k) Sic *C, D, H, S;* *gunnrannr*, fortis in pugna, *L;* *-rakkr*, animosus, *A,* minus apte ad metrum. l) *þvergerða*, *C.* m) *um*, add. omn.; omisi cum Hkr.; sensus idem manet. n) Sic *C, D, F, S;* *konungsmanni*, *A, cet.;* prave h. l.

humerumque percussit tanto ictu, ut Thorer labaret. Post hæc vero rex ad cognatos Kalvi conversus, Olavum cognatum Kalvi letali vulnere affecit. Tum Thorer Canis hasta Björnem aulæmagistrum petiit, medioque in corpore defixa letalem plagam intulit; tunc Thorer: sic percutimus ursos. Thorstein Knararsmidus¹ regem Olavum securi percussit, qui ictus in pedem sinistrum prope genu venit; Thorsteinem extemplo interfecit Finus Arnii filius; ad hoc vero vulnus rex se ad saxum quoddam inclinavit, gladium abjecit et Dei opem imploravit. Mox Thorer regem hasta pupugit, quæ sub loricam impacta in ilia penetravit. Dein Kalvus ense regem percussit, cæsa in sinistram colli² partem veniente; et quæritur vulgo, utram plagam Kalvus regi inflixerit; hæc vero tria vulnera ad necem accepit rex Olavus. Rege dejecto, universa quæ eum secuta fuerat cohors cecidit. Bjarnius Gullbrææ poëta hæc de Kalvo Arnii filio composuit:

Pugnando alacer armis terram
 contra Olavum defendisti;
 præstantissimo principi te
 opposuisti: hoc me audisse testor.
 Magnis operibus insignis Stiklastadis
 ante volantia signa progressus es;
 verum est, quod pugnam continuasti,
 donec ceciderat rex animosus³.

¹) Hic iterum incipit *K.* ²) Sic *cet.*; sura, *A.*

³) Ordo: *Vigreifr réttu at varða vígi a) jörð fyrir Oleifi; brauztu b) bág við nýztan c) bragning; ek kveð mik frágu þat. Stórverk d) gekkst þú [á Stiklastað e) fyrr f) en merki óð; satt er at of-veittir sókn, uns snjallr gramr var fallinn.*

a) vísi, rex, L. b) Sic cet.; brauta þú, A; prave. c) nýztum (dat.), C. d) Sic sec. Hkr.; stór verk, C,D,H,S; stöð verk, A, cet. e) Sic C,D,H,S; stýrs uns stilli, obsc., K; i styr staungum, in acri pugna, A, cet.; obst. metro. f) fram, F; o progressus es in pugna, prolatis signis.

Sigvatus poëta hæc de Björne aulæmagistro cecinit:

Audivi quoque, Björnem docuisse,
quam bene gnavos aulæmagistros
deceat, fidem erga dominum
servare; fortiter enim rem gessit.
Nam cecidit in prælio
prope a gloriosi regis capite;
quæ mors inter fideles
satellites celebris habetur¹.

Cap. 212. Dagus Ringi filius prælium commisit, atque primo tam vehementem impetum fecit, ut gradum referrent coloni, quidam vero in fugam se conjicerent. Hic magnus cecidit colorum numerus; ex præfectis hi: Erlendus ex Gerdo et Aslakus de Finneyis; vexillum, quod colonis prælatum fuerat, concisum, pugnatumque summo ardore; hæc pugna appellata est impetus Dagicus. Tum conversi in Dagum Kalvus Arnii filius, Harekus de Thjotta et Thorer Canis cum cohorte, quæ eum sequebatur. Dagus tanto numero impar, in fugam se dedit, unacum

¹) Ordo: *Ek frá auk a) at b) Björn kendi c) endr, hve ernum stallarum d) dugði halda drottin-hug e); hann sótti fram; hann féll í her at höfði hróðr-auðugs hilmis; sá dauði f) [er leyfðr g) með hollum h) verðúngar i) mönnum k).*

a) Sic sec. Hkr.; omitt. *D,H; auð, A, cet.* b) *ok, D,H; af, cet.* c) *kendan, C; kenda, K; kendu, S; kendum, L.* d) *stallara, L,F.* e) Si hæc tmesis durior videbitur, jungendum cum Hkr. *halda hug*, constantiam animi servare, et *sótti fram drottin*, dominum peregre visum ivit; quamquam phrasis at *sækja cinn fram* hoc significato mihi dubia videtur. f) *dauða, C,H.* g) Sic *D,H,S; leyfðr*, omisso *er, C; frægr*, clara, *A, cet.*; invito metro. h) Sic *C,D,H,S; hylli, A, cet.*; vide *k.* i) Sic *cet. omn.; virðinga, A; vide k.* k) Sic sec. Hkr.; *manni, H; sverða, C; manna, A, cet., v: með hylli virðingamanna*, cum favore virorum honoratorum; quæ etsi cum præcedente sententia jungantur, tamen sensum haud facilem reddunt.

omnibus quæ supererant copiis. Eo loco vallis quædam erat, per quam maxima turbæ pars fugiebat, ibi magnus numerus cecidit. Inde turba in dextrum sinistrumque dilapsa, multis graviter vulneratis, multis lassitudine adeo confectis, ut ad nullam rem gerendam idonei essent. Coloni fugientes non longe persecuti sunt, quod principes mox reverterunt et eo se contulerunt, ubi corpora cæsorum jacebant; ibi enim multorum cognati, suis desiderati, jacuere.

Cap. 213. Thorer Canis accessit ad locum, ubi corpus regis Olavi jacebat, id rite composuit, humi deponens funus et corrigens vesteque velans. Cumque cruorem a facie abstergebat (ut postea testatus est), mortui facies, ne mutato quidem genarum rubore, tam pulcra erat, ut si dormiret, sed multo quam viventi fuerat lucidior. Tum sanguis regis in manum Thoreris forte decidens et inter digitos, ubi antea plagam acceperat, manans, tam subitam vulneri medicinam attulit, ut ab eo tempore ligamentis opus non esset. Hanc rem ipse Thorer, postquam sanctitas regis Olavi vulgo innotuerat, palam testatus est, atque idem ex his, qui adversæ factionis fuerant, omnium primus regis Olavi sanctitatem adscruit.

Cap. 214. Kalvus Arnii filius fratres suos, qui ibi ceciderant, quærens, Thorbergum ac Finnum Arnii filium reperit; atque fert fama, Finnum in eum gladiolum conjecisse, et voluisse eum interficere, graviterque in eum fuisse invectum, et eum fidei dominique proditorem appellavisse. Quæ Kalvus pensi non faciens, Finnum atque Thorbergum e cadaveribus deportandos curavit; tum vulnera explorata; illi nulla quidem letalia acceperant, sed armorum pondere gravati et lassitudine exanimati ceciderant. Deinde Kalvus fratres suos ad navem fecit deportari, ipse una pro-

fectus. Eo autem profecto, omnis turba colorum, quæ in vicinia domos habebat, abiit, exceptis qui vulneratos cognatos et amicos, aut mortuorum funera curabant. Homines in prædia comportati, ita ut quæque domus eorum plena esset; quidam extrâ tentoriis recepti. Ut admirationem moverat confluens ad exercitum colonorum multitudo, sic haud minori miraculo erat, quam subito collecta turba, ex quo dimitti cœpta, dilapsa est. Causa vero præcipua erat, quod maxima multitudinis pars ex vicinis provinciis convenerat atque domum reverti magnopere cupiebat.

Cap. 215. Coloni, qui domicilia in Veradalo habuerunt, principes, Harekum ac Thorem, adierunt, et de rerum suarum iniquitate coram eis questi, sic locuti sunt: fugientes isti, qui e prælio evaserunt, Veradalum pervagantes domicilia nostra summo nobis damno occupabunt, neque nobis, quoad in valle se continebunt, redire tuto domos licebit. Quare quæsumus, ut hos insequamini et nulli vivo homini spatium effugiendi detis; eodem enim modo nos fuissent tractaturi, si ex certamine superiores discessissent, et idem quoque nunc facient si post congregiemur, modo viribus superiores sint; fieri vero potest, si de omni periculo securi sunt, ut vallibus immorantes tempus terant, statim in res nostras tumultuose involaturi. Hæc coloni multis verbis disseruere, magno ardore hortantes, irent principes, ac elapsam turbam occiderent. Atque principibus, de hac re inter se conferentibus, visi coloni sunt oratione sua multa verè disseruisse. Horum itaque consilio factum, ut Thorer Canis cum Verdalensibus protectionem susciperet, habens sex hominum centurias ex suis militibus. Dein principio noctis profectus,

itinere non destitit, priusquam eadem nocte Sulam pervenit, ubi hoc novi comperit, pridie vespere Dagum Ringi filium eo venisse, multaque alia agmina militum regis Olavi, ibi dum coenam cepissent moratos in montana contendisse. Quo cognito Thorer significans, nolle se palantes per montana insectari, e locis superioribus in vallem descendit, quare paucos occidendi facultas data est. His gestis coloni domos suas redierunt; Thorer post eodem die ad naves suas descendit. Regii autem milites, quotquot virium erant compotes, partim delitescendo in sylvis, partim ope incolarum adjuti, saluti consuluerunt.

Cap. 216. Haraldus Sigurdi filius graviter saucius erat. Hunc Rögnvaldus Brusii filius proxima post praelium nocte ad colonum quendam devexit, qui receptum Haraldum clam servavit, medendum curavit, atque ei filium itineris comitem dedit. Hi deinde dissimulantes sese montana et deserta peragrarunt et in Jamtiam pervenerunt. Tum Haraldus hos versus pepigit:

Nunc ego parvo conspicuus
honore, alia ex sylva moveo
in aliam. Quis scit, annon
tandem late celebrer fiam?¹

Cap. 217. Haraldus Sigurdi filius, frater regis Olavi, quindecim erat annorum, cum rex Olavus occidit. Hoc diserte affirmat Thjodolvus poeta in carmine laudatorio, quod de rege Haraldus composuit, Sexstefja dicto:

¹) Ordo: *Nú læt a) ek skreiðast b) lítils heiðar c) skóg af skógi d). Hverr veit, nema ek verða unsiðir víða frægr.*

a) *verð*, cogor, *D, F, S*; *fer*, incipio, *H*. b) *skreiða*, *H*. c) genit. raro occurrens, a nom. *heiðr* (usit. *heiðr-ri-rs*), stipendium, it. honor. *Hkr.*: (*of*) *heiðar*, per montana, et *lítils*, qs. adverb., vel refert ad *skreiðast*, sensim, paulatim, vel ad *frægr*, parvo negotio. d) *C* duos priores versus per sigla exprimit, posteriores omittit.

Audivi vehementem clypeorum
 procellam in regem se effudisse
 proxime Högum; Bulgarorum vero
 vastator fratri strenue opem tulit.
 Regius ille princeps, natus
 tres annos et duodecim,
 ab cæso Olavo invitus est
 disjunctus atque sese occultavit¹.

Haraldus Rögnvaldum in Jamtia invenit; inde autumnino in Sveciam profecti hiemem ibi transegerunt. Insequenti æstate orientem versus in regnum Gardorum ad Jarazleivum regem profecti et ab rege comiter accepti sunt: hic deinceps Haraldus ac Rögnvaldus diu sunt commorati. Sic dicit Bölverkus poëta in carmine laudatorio, quod de rege Haraldo composuit:

Rex liberalis! confecto prælio
 aciem gladii exasperasti;
 corvum cruda carne saturasti:
 lupo in colliculo ululavit.
 Insequenti autem anno,
 rex strenue, venisti Gardos
 in oriente situs; te neminem
 præstantiorem novi bellatorem².

¹) Ordo: *Ek frá hvast hlif-él drifa á gram [ið a)] næsta Haugi b); en Bolgara c) brennir tæði d) vel bræðr sínum. Hann, tiggj, tólf og þriggja vetra gamall, skildist trauðr við dauðan Olaf, ok huldi hjálmsetr e).*

a) add. D. b) Sic K, L, S; hauki, C; höggvi, A; hugi, D; Haugr, villa in Veradalo, non procul a Stiklastado. c) Sic D, H, K, L, S; Bolgera, A. d) ræði, L, prave. e) Sic S, Hkr.; hjálmsetr, A, cet.; hylja hjálmsetr, pr. tegere caput, i. e. ignotum se aliis reddere.

²) Ordo: *Mildingr, þú straukt a) um munn mækiss, er læzt af gunni; þú vant hrafn um-fyldan hrás b) holds c): úlfr d) þaut í ási. En næsta árit komt þú, örðiglundur gramr, austr í Garða e); nè f) ek frá friðskerðir verða þær fremra.*

Commemorat Arnor dynastarum poëta, Rögnvaldum Brusii filium diu postea fines regni Gardorum tuitum fuisse, ibique multa prælia commisisse:

Ita tempus processit,
ut bello acer præliator
decem gladii procellas
Gardis committeret¹.

Cap. 218. Thormodus Kolbrunæ poëta inter pugnam sub vexillo regis Olavi erat. Rege vero dejecto, cum impetus acerrimus fieret, regii milites alii super alios ceciderunt, plerisque qui superstites erant sauciis. Thormodus gravi vulnere affectus, fecit sicut alii: inde aufugit, ubi maximum vitæ periculum esse videbatur, quidam vero cucurrerunt; tum pugna Dagi, impetus Dagicus appellata, incepit, eo se conferentibus quotquot armis ferendis pares erant regiiis militibus. Thormodus autem huic pugnae non intererat, non enim armis ferendis par erat, neque potens pugnandi ob lassitudinem et vulnera; adstitit tamen sodalibus suis, etsi gerere nullam rem posset. Tunc latus sinistram sagitta ictus, fracto qui cor-

a) Sic *strjúka vápn*, tela acuere, Kormaki Vit. c. 4; sequentia hujus strophæ omittit C. b) *hárs*, D, H; prave. c) Sic sec. Hkr., postulante metro; *hollz*, eod. sensu, D, S; *hollr*, A; *hellzt*, H. d) *vargr*, id., D, H, S. e) *Görðum*, S; it. Hkr. quæ ante pro *komt* legit *vart*. f) Sic cet.; en, A.

¹) Ordo: *Svð a) deildist af aldri b), at gunnbráðr gönnlar c) njörðr háði tiu jel d) grafninga e) þelar í Görðum*.

a) Sic cet. omn.; *þvi*, A. b) *aldin*, S, quod ad *jel* referendum, ut significet pugnas adultas, graves, cum Hkr. T. 6, vel diu durantes; non enim referri potest ad *njörðr*, cum Hkr. T. 2, nam hoc tempore Rögnvaldus modo undeviginti annorum erat. c) Sic dedi pro *gunnar*, non enim scribi solet *gundul*, sed *göndul*; *göndlar*, id., C, S; Hkr. T. 6, ad h. l., hæc appellatio poëtis insveta dicitur, sed cfr. Vit. Kormaki, 9, 4, Encom. J. Lopti, str. 77, *Isl. drápa*, str. 24. d) *els*, A. e) *gramninga*, id., C, K; lima scutorum est gladius.

pore exstabat sagittæ calamo, a pugna abscessit et ad ædes sese contulit, ubi magnam domum reperit. Nudum manu gladium tenebat; ingredienti vir occurrit, dicens: mirum quam miseræ ejulantium clamantiumque voces heic intus exaudiuntur; magno strenuis viris dedecori est, vulnera non pati: fieri quidem potest, ut regii milites satis audacter in pugna processerint, male vero patiuntur vulnera. Huic Thormodus: quod tibi nomen? ille se Kimbium nominavit. Thormodus: an pugnae interfuisti? Fui, inquit, cum colonis, quod præstabat. Numquid saucius es? ait Thormodus. Parum quidem, ait Kimbius, tu vero an interfuisti prælio? Thormodus: fui cum iis, qui meliorem causam habebant. Hic Kimbius, videns Thormodum brachio armillam auream gestare, loquitur: haud dubie unus regionum es, da mihi hanc armillam auream, ego vero celabo te: motas abs te turbas coloni tibi rependent, si forte his obviam fies. Cui Thormodus: tu vero habe anulum, si potes capere, nunc enim amisi majus. Kimbius manum porrexit et capere anulum voluit. Thormodus vibrato gladio præcidit Kimbio manum, qui nihilo fortius vulnus acceptum tulisse, quam quos antea vituperaverat, dicitur. Abiit Kimbius, Thormodus vero in horreo consedit, ibique aliquantisper sedens sermonibus hominum aures præbuit: ea potissima erat disputandi materia, quod referebant, quæ sibi quisque visus erat in prælio animadvertisse, atque loquebantur de virtute pugnantium, aliis fortitudinem regis Olavi maxime laudantibus, aliis haud minus alios prædicantibus. Tum Thormodus hos versus cecinit:

Alacris erat animus Olavi;
rex perfusus sanguine vasit in hostem;
bracteati chalybes acuti erant

Stiklastadis: miles ad pugnam ciebatur.
 Vidi omnes Odiniæ procellæ
 concitores, ipso excepto rege,
 sibi parcere: plerique vim
 pugnæ statariæ experti sunt¹.

Post hæc Thormodus discessit et ad ædem quamdam solitariam venit; intravit: erant ibi multi alii saucii homines. Hic femina quædam operam dedit obligandis sauciorum vulneribus: in pavimento ignis erat, quo aquam calefecit ad abluenda vulnera hominum. Thormodus in aditu ad fores resedit: hic alii exhibant, alii intrabant, vulnera sauciorum curantes; tum unus ad Thormodum se convertit, et eum intuitus quæsivit: cur adeo palles? an saucius es? Tunc Thormodus hos versus cecinit:

Ego non rubeo, sed candida
 tenera mulier, pulcram habens
 manum, viro rubicundo utitur;
 me pauci curant saucium.

Adsvete Fenjæ farinam (aurum)
 consumere, ea causa est, quod mihi
 dolent alta vulnera Dagici
 impetus et telorum Danicorum².

¹) Ordo: *Hjarta Olafs var ört: gram a) óð fram i b) blóði; rekin stál bitu á Stiklastöðum: lið kvaddist c) böðvar. Ek d) sá e) alla jálföðs f) elþolla, nema sjálfan gram, hlifa sér; flestr var reyndr i fastri sleinadrifu.*

a) omitt. L. b) *vals*, cæsorum, add. K; *val*, id., add. L. c) *kvaddi*, poposcit (rex), D,F,H,K,S. d) omitt. A. e) Sic *cet.*; *leit*, id., A,F. f) Sic S, i. e. Odinis; *jálmveðrs*, sonoræ tempestatis, A; vel id. q. *álmveðrs*, arcus procellæ, pugna, C, sed obstante metro; *jálfveðrs*, id., D,H.

²) Ordo: *Emka ek rjóðr, en hin hvíta grönn a) Skögul hauka-setrs b) ræðr rauðum manni: fár hyggur um mik sáran. Fenju c) meldrar morðvenjandi d)! hitt veldr, at mér sviða djúp e) spor Dagshriðar ok e) danskra f) vápna.*

Deinde Thormodus accessit ad ignem ibique aliquamdiu adstitit. Tunc ad eum medica loquitur: *exi, vir, et cape mihi fasciculum lignorum, qui extra ad fores jacet. Ille exiit, fasciculum lignorum intro portavit et in solum dejecit. Tunc medica faciem ejus intuens, hic vir mirum quantum pallet, inquit; cur talis est? Tum Thormodus his versibus respondit:*

*Pulcris manibus femina miratur,
cur pallidi simus; sensi, mulier,
sagittarum nimbium; pauci
vulneribus pulcri fiunt.*

*Lividum telum, vi emissum,
me transvolavit: acutum
periculosum ferrum, credo,
proximas cordi partes hausit¹.*

Fac inspiciam vulnera tua, ut adhibeam ligamenta. Dein ille, depositis vestimentis, resedit. Medica, inspectis vulneribus ejus, cum vulnus quod latere habebat contrectaret, sensit telum inesse: nesciebat vero, quam partem corporis hausisset. Seposuerat² in olla lapidea allium aliasque herbas, atque ea concoxerat; hæc sauciis hominibus comedenda apposuit, et sic tentavit, an iis vulnera essent in cava corporis in-

a) gran, C; grunn, D,H. b) látrs, id., D,H. c) Freyu, K. d) morðvenandi, D,H; margsdeyandi, K; obsc. e) Sic C,D,L; drep ok, H, v: drep Dagshr. ok spor d. v., ictus Dagici imp. etc.; drýpr, S; draupnis, A, cet. f) Sic C,D,H,L,S; dýrra, pretiosorum, A, cet.

¹) Ordo: *Eik öglis undrast, hvi vèr sèm a) bleikir: ek fann örfadrið, svanni; fár verðr fagr af sárum. Hinn dökkvi málmr, keyrðr magni, sló igeignum mik: hvast hættligt járn beit hjartað b) næsta, er ek vætti c).*

a) Sic C,D,F,H,K; erim, A, cet.; forma insolita. b) hæc posita per crasin accipio pro hjarta ið næsta. c) ætla, id., F.

²) *pinsuerat, C,D,H,K,S; forte rectius.*

flicta, nam vulnus in cavum corporis inflictum, allium redolebat. Hæc Thormodo apponens, ut ederet rogavit. Cui ille: aufer, inquit, ista, haud morbo laboro pulte¹ medicabili. Illa deinde sumta forcipe extrahere telum voluit; quod cum parum corpore exstaret, vulnusque turgidum esset, infixum corpori hæsit immobile. Tum ille: incide vulnus cultro, ut commode prehendi forcipe telum possit, quo facto mihi trade, ut evellam. Ea sic fecit. Hæc Thormodus detractum manu aureum annulum medicæ dedit, et quid liberet eo facere jussit, inquiens: en donum, eximio viro profectum, rege Olavo, qui hunc mihi annulum mane hujus diei dedit. His dictis prehensa forcipe sagittam evulsit, hamis instructam, quibus fibræ corde avulsæ inhærebant, aliæ albæ, aliæ rubræ. Quod videns Thormodus: probe me aluit rex, inquit, pingves mihi sunt imæ cordis partes. Quo dicto recumbens expiravit. De quo plura referre non habemus.

Cap. 219. Cecidit rex Olavus die Mercurii, quarto calendas Augustas. Medio ferme die acies inter se occurrerunt; ante medium diei potius quam ipso meridie² cœptum est pugnari; rex ante horam pomeridianam tertiam cecidit, tenebræ autem ab hora secunda dimidia ad tertiam tenuere. Sigvatus poëta exitum prælii ita describit:

Grave damnum factum est
in rege, Anglorum hoste, quem
saucium pugnatores vita spoliarunt;
durus regis clypeus fissus est.
Commisit pugnam imperator militum

¹) Sic C, D, H, K, S; herbis, F, L; vox detrita in A. ²) Pro *miðjum degi* h. l. legendum est *miðmunda* cum Hkr., 3: initium pugne factum est potius ante horam secundam dimidiam quam ipsa hora secunda dimidia, i. e. paullo ante horam secundam dimidiam.

ubi diffidit clypeos exercitus.

Ferox populus Olavum de medio sustulit, sed Dagus elapsus est¹.

idem porro cecinit:

Gestores clypei non antea

noverunt tantum rusticos

ducesve opibus valere

(necem regi populus attulit),

ut possent vibratores gladii

in pugna talem sternere regem,

qualis Olavus habebatur; multi

præstantes viri sanguine jacebant².

Coloni cæsorum corpora non spoliarunt, nam statim confecto prælio factum est, ut terror haud levis multos, qui contra regem Olavum steterant,

¹) Ordo: Hörð auðu a) er b) at Engla stríði c), sízt d) hermenn firðu e) sjúkan konung lifi; ómjúk hlif raufst f) fyrir gram. Fylkir fólks gekk g) oddafund, þar er herr kläuf skjöldu; ör h) öld brá fjörvi Olafs, en Dagr hélt undan.

a) Ita sec. Hkr.; önd, anima, A, cet.; potest quidem hörð önd de suspirio, et hinc de luctu sumi, sequens vero lectio at Engla sendi difficultatem creat. b) var, erat, L. c) Sic C, D, H, K, L, S; sendi, missore, A; quod de rege Norvegico dici haud facile potest. d) sú er, L. e) Sic sec. Hkr.; gjörðu, A, cet.; quod retineri potest, si, ut puto, sjúkr lifi, vita debilem, i. e. mortuum significare potest. f) rauf, rupit, D, H, K; raufk, rupi, S; utrumque prave. g) fékk, nactus est, H. h) Sic D, H, S; svadente metro; ok, C, F, L; auk, K; of, A.

²) Meidrar a) ógnar skers b) vitu eigi áðr þann styrk búandmanna nè hersa c) (þjóð ræð dauða þengils), er sárelds viðir feldi sóknum slikan gram, sem Olafr þótti d); mörg dýr drótt lá i dreyra.

a) þat eigi, id non, pro eigi meidrar, D, H, S; manca sententia. b) i. e. clypei; setrs, D, H, mendose et contra metrum; Hkr. skers accipit pro skærs, illustris, et refert ad þengils. c) hersar, in non., F; herða, K; þessa, C. d) sótti, C; v: mörg d. drótt, sem O. sótti, lá etc., multi viri, quos O. oppugnavit, etc.

incesseret. Neque tamen eo minus in malitia [perseverarunt, atque inter se constituerunt¹, ut qui cum rege fuissent atque occubuissent, hi omnes omnis sepulturæ omnisque funebris apparatus, qui probos homines deceret, expertes essent, hos omnes prædones et exules appellantes. Qui vero auctoritate aliqua pollebant et in cæsorum numero cognatos amissos desiderabant, ista minime curarunt, atque postea consanguineos suos rite compositos ad templa deportaverunt.

Cap. 220. Thorgils² [Almæ filius³ et Grimus, filius ejus, hujus diei vespera, tenebris obortis, in locum, ubi cæsorum corpora jacuerunt, sublatum corpus regis Olavi eo deportarunt, quo loco parvum quoddam et vacuum erat tugurium, ab altera villæ parte situm. Attulerant secum lumen et aquam; mortuum vestibus exuerunt, corpus laverunt et linteis circumdederunt, dein solo depositum lignis texerunt, ne ab ingressis forte domum conspici posset; quo facto domum ad villam abierunt. Utrumque exercitum ingens secuta fuerat multitudo mendicorum ac pauperum, cibum petentium; quorum multi proxima post prælium vespera eo loco morati appetente nocte omnes domos, tam magnas quam parvas circumibant, et mansiones quærebant. In his erat vir quidam cæcus, de quo sequens narratio exstat; hic vir erat inops, comite utens puero aliquo, qui eum manu ducebat. Hi villatim circumeuntes cum hospitium quærerent, ad tugurium modo memoratum deveniunt, cujus limen adeo erat humile; ut intrari nisi rependo vix posset. Vir ille cæcus huc ingressus, solum

¹) Lego cum Hkr. T. 2 c. 249, *en þó hêldu þeir illviljanum ok dæmdu þat sín t millum, at etc.*, pro *en þó h. þ. illvilj. sín t millum, ok at*, ubi forte excidit *dæmdu* post *ok*. ²) Sic *cet.*; Þorgeir, A. ³) Halma, D, F, H; cfr. cap. 196.

manibus prætentando locum considendi, sicubi esset, anquisivit. Corpus ita inclinanti cum pileus, quem capite gerebat, ob oculos demitteretur, collectum in solo humorem sentiens, madidam manum sustulit et oculos digitis forte attingit; quo facto palpebræ tanta statim prurigine correptæ sunt, ut suos ipse oculos madidis digitis fricaret: dein ex æde refugit, neminem eo loco, quippe toto humido, recumbere posse dicens. Cum vero ex æde exierat, primum manus discernere potuit, ceteraque omnia ita sibi propinqua, ut præ nocturnis tenebris conspici possent. Hinc confestim ad villam regreditur et coenaculum ingressus omnibus aperit, se visum recepisse tumque integro visu gaudere; cum tamen multi scirent eum diu cæcum fuisse, quod longo tempore in eo territorio fuerat versatus et mendicando villas obierat. Testatus est, se primum dispexisse, cum ex æde aliqua parva ac fœda exiisset: „hic, inquit, omnia madida erant, ego vero prehendi manibus humorem, madidisque oculos mihi fricui”, significans, quo loco ea ædes esset. Qui aderant, his visis rebus, magnopere istud eventum mirati, inter se quærere, quid demum in ista domuncula inesset¹. Thorgils autem colonus et Grimus filius ejus, causam hujus eventu suspicantes, cum valde timerent, ne inimici regis domum exploratum irent, clam omnibus abierunt et ad ædem se contulerunt, corpus sublatum in pascua asportarunt ibique absconderunt, quo facto in villam regressi reliquum noctis somno transegerunt.

Cap. 221. Die Jovis Thorer Canis, magno hominum numero comitatus, ex Veradalo pervenit Stiklastados, ubi magna quoque aderat co-

¹) Hoc loco iterum incipit G.

lonorum multitudo. Tum ex integro corpora cæsorum legi¹ cœpta sunt, alii cognatos et amicos asportarunt, alii sauciis, quos sanatos volebant, opem tulerunt, ex his vero magnus numerus, postquam prælium finitum est, exspiraverat. Thorer Canis eo accessit, quo loco ceciderat rex, corpus quæsit, neque invenit. Tum perquirendo scrutatus est, num qui indicare locum possent, quo corpus regis ablatum esset. Qua de re cum nemo eum certiore facere posset, colonum Thorgilsem interrogavit, numquid sciret, ubi corpus regis esset. Thorgils respondit: cum non interfuerim prælio, res paucas ibi gestas novi; varii autem rumores circumferuntur, nunc enim dicunt, regem Olavum proxime elapsa nocte locis superioribus ad Stavum² fuisse cum cohorte repertum. Si vero occubuit, vestri commilitones corpus ejus haud dubie in collibus aut aspretis³ occultarunt. Etsi autem Thorer persuasum habebat, regem cecidisse, tamen, cum multi Thorgilsi adsentientes rumorem excitarent, regem e prælio evasisse, brevi collecta manu iis superventurum, ad naves reversus atque e sinu profectus est; tumque copiæ colonorum, asportatis sauciis omnibus qui [moveri poterant⁴, dilabi cœperunt.

Cap. 222. Thorgils [Almæ filius⁵ et Grimus, pater et filius, corpus regis Olavi custodie-

¹) *roðinn* a *rjóða*=*hrjóða*, vastare, ut *eyða*; sic *valr* proprie pro loco, ubi cæsorum corpora jacent, sumendum esset, et *hrjóða val*, locum corporibus cæsorum vastare, i. e. corpora cæsorum inde avehere. Hkr. pro *roðinn* legit *rofinn*, h. l. eod. fere sensu, ita tamen, ut *valr* de acervis corporum intelligatur. Quominus de spoliandis corporibus sumatur, obstat cap. 219.

²) Sic *C, D, G, H, K, L, S* et Hkr.; *Staði, A*. ³) *hraunum* videtur explicandi gratia positum pro Hkr. *hreysum*, saxetis v. saxorum cumulatis. ⁴) saucii erant, *A*, prave. ⁵) *Halma, D, F, H*.

bant, perquam solliciti, qua ratione id ita servare possent, ut inimicis ejus id contumeliose tractare ne liceret, quod colonos audiverant dicentes convenientissimum esse, si corpus ejus inveniretur, id aut igne absumi aut exportatum in fluctus demergi. Eadem nocte præterita super loco, ubi corpus regis Olavi inter cæsos jacebat, lumen instar candelæ lucere conspexerant, quin postquam corpus absconderant, quavis nocte locum ubi quiescebat rex lumine circumfusum viderunt. Quare metuentes, ne inimici regis, si hæc signa viderent, ipsum locum quo corpus repositum erat investigarent, summo studio id agebant, ut corpus auferrent atque in tuto aliquo loco reponerent. Itaque arcam summa adhibita industria fabricarunt, in eaque corpus regis deposuerunt; quo facto aliam arcam fecerunt, quam saxis et stipula, [quo gravior esset¹, oneratam firmiter occluserunt. Ubi vero omnis turba colonorum Stiklastados reliquerat, Thorgils² cum Grimmo protectionem paravit, corpus regis clam ad navem deportavit, arcamque sub foris deposuit; comparaverat enim actuariam aliquam, et septem octove viros adsciverat, omnes sibi aut cognatos aut amicos. Arcam quoque saxis onustam apportarunt, hancque navi, quo loco in omnium conspectu esset, imposuerunt. Post hæc, mare commodum nacti, sinu pernavigato, vespere ingruentibus tenebris Nidarosum pervenerunt et navem ad pontes regios applicuerunt. Deinde Thorgils in oppidum misit, qui episcopo Sigurdo nuntiarent, funus regis Olavi eo allatum. Quo cognito episcopus suos ad pontes demisit, qui sumta actuaria ad navem Thorgilsis applicuerunt

¹) ut hominis pondus æquaret, Hkr. ²) Hoc loco nova lacuna incipit in C.

et corpus regis sibi tradi jusserunt. Thorgilsiani arcam summis in foribus stantem ceperunt, atque in actuariam transportarunt; quo facto oppidani in sinum remigarunt ibique arcam in altum demiserunt, nocturnis tenebris jam omnia tenentibus. Thorgils ac sui adverso amne subvecti, cum oppidum præternavigassent, appulerunt, quâ Sörlidum (porta stercoraria) dicitur, supra oppidum situm. Hic corpus exposuerunt et intro in domum aliquam vacuum¹ seorsim ab aliis ædibus sitam, portarunt, idque ibi pervigiles custodiverunt. Thorgils in oppidum descendit, et conventis qui regi eo loco fuerant amicissimi, quæsivit, an funus accipere vellent. Quod facere cum auderet nemo, Thorgils ac sui adverso flumine euntes² funus portarunt, et in loco arenoso, qui ibi erat, defoderunt, remque ita curarunt, ut recentis operis vestigia quam minime apparerent. Quibus omnibus ante lucem confectis, ad navem regressi continuo ex amne solverunt, cursumque, usquequo domum Stiklastados pervenissent, contenderunt.

Cap. 223. Rex Svein, filius Knuti et Alfivæ, filiæ Alfinni³ dynastæ, capessiverat imperium⁴ Jomsburgi in Vindlandia. Hoc autem tempore rex Knutus, pater ejus miserat ad eum, ut in Daniam proficisceretur, indeque mox Norvegiam adiret hujusque regni imperium susciperet

¹) *inn undir skemmu]* prætuli lect. Hkr., *inn í eyði skemmu*, ex qua profectam esse alteram illam suspicor. Cfr. cap. 227. ²) *uppeptir ánni]* sequor Hkr., *uppeptir ánni*, cum contextus doceat, de navigatione sermonem non esse. ³) Alfrimi sive Alfrunni, S; Alfrimi, Hkr.; Alfruni, Knytl. Ceterum notandum, lectionis *Alfinns*, *Alfrims*, *Alfrunns* et *Alfruns* omnes ex una voce discessisse; forte *Alfinnr* (*Alfvinnr*) idem nomen Anglicum est ac *Alfvini*, Scr. Hist. Isl. 1, 173 et var. lect. ibid. ⁴) præfectus fuerat imperio, Hkr.

unacum titulo regis Norvegici. Deinde Svein in Daniam profectus, magnum inde copiarum numerum duxit, Haraldo dynasta¹ multisque proceribus sibi adjunctis. Hujus rei mentionem facit Thorarin Encomiastes in carmine, quod de rege Sveine composuit, dicto *Glælungs²-kvíða* (melos de splendida navi):

Neminem latuit,
quam fidele³ auxilium
Dani præstarent
regem comitantes.
Ex his dynasta erat
primus⁴ et præcipuus,
et quisque vir⁵, qui
eum comitatus est,
alius virtute⁶
alio præstantior.

Deinde Svein in Norvegiam profectus est unacum matre Alfiva, et in quovis publico conventu rex salutatus; in Vikam ab oriente advenerat, cum pugna Stiklastadensis, qua rex Olavus cecidit, commissa est. Svein itinere non destitit, antequam autumno in Thrandheimum pervenisset, ubi sicut in ceteris provinciis, rex salutatus est. Rex Svein multis de rebus novas leges in regnum introduxit, partim ad exemplum legum Danicarum compositas, partim multo majori sævitia:

¹) Puto intelligi Haraldum, filium Thorkelis Proceri, vide supra cap. 174. ²) Sic *F, G, L* et *A*, cum plerisque cap. 229, h. l. vero *Gæljungs*; sed *Glælogns*, splendidæ malaciæ, Hkr., it. *D, K, S*, h. l. et *K, S*, cap. 229; *Glæsaungs*, h. l. *H*, sed cap. 229 *Glæsogns*, adeo ut inter utramque lectionem (*glælungs* et *glælogns*) vacillare videatur. Mihi vero simillimum videtur, carmen a splendida navi regia, nomen traxisse. ³) *dyggva*] sic *D, H, K, S* et Hkr.; *dýra*, præstans, *G*; *dökka*, vix recte, *A*. ⁴) omitt. *G*. ⁵) *maðr*] *drengr*, *G*, sane eod. sensu. ⁶) *drengr*] *var*, erat *G*; sed hæc correctionem sapiunt.

nemo, nisi permittente rege, regno excederet; qui excessisset, hujus bona sub regis ditionem caderent. Quicumque hominem occidisset, exilio et bonis mobilibus multaretur; si cui exilii damnato hereditas venisset, ea hereditas regi cederet. Festo Jolensi singuli patres familias pro singulis focis modium¹ polentæ et femur bovis trimuli² regi penderent, quod donum amicorum³ appellatum est, et præterea urnam butyri; et singulæ matres familias pensum, nempe lini incorrupti⁴ quantum includi posset digito longissimo (medio)⁵ et pollice⁶. Coloni ædes omnes, quas in prædiis suis ædificatos vellet rex, extruerent. Septeni cives unum virum rebus ad militiam necessariis suo sumtu instruerent, ratione habitæ cujusque, qui quintum⁷ ætatis annum explevisset; et pro eadem ratione⁸ singula navium interscalmia armarentur⁹. Quicumque in altum piscandi gratia exiret, undecunque advenisset, regi quinque¹⁰ pisces, terræ defendendæ tributum, penderet. Quæcunque regno¹¹ exiret navis, unum interscalmium per transversam navim regi concederetur. Quicumque in Islandiam trajicerent, sive indigenæ essent sive exteri, adeundæ terræ vectigal penderent. Præter hæc Danorum tanta es-

¹) *mælr*, farina, polentæ et ejusmodi rerum erat mensura, non eadem ubivis, sed quæ quartam aut quintam tonnæ partem plerumque æquabat. *Schöning.* ²) Sic *D, G, K, L, S* et *Hkr.*; cujusque bovis trimuli, *F, H.* ³) amici, *D, G, H, S*; de voce *toddi* conferri meretur *Vita Droplögidarum* cap. 10. ⁴) *órent*, in fila non deducti, *G* et *Hkr.* ⁵) maximo (i. e. crassissimo, 3: pollice), *D, G, H, K, S.* ⁶) longissimo, *iid.* ⁷) Sic *D, G, H, K, S* et *Hkr.*; *XV, A*; *XII, L.* ⁸) [*þar með*] prætuli *Hkr.* [*þar eptir.*] ⁹) secutus sum lect. *Hkr.* et *D, G, H, K, S*, 3: *eiga*; *A, cet.* habent *leiga*; *G* h. l. addit: quicumque qui terra excederet, regi locum in nave concederet; quæ sententia aliis verbis paulo post sequitur. ¹⁰) Sic *G, K, S* et *Hkr.*; duo *D, H* et *A, cet.* ¹¹) add. ceteri.

set in Norvegia auctoritas, ut unius horum testimonium satis esset ad refellendos decem testes Norvagos. Quæ editæ leges cum promulgatæ essent, cives intensos animos opponere atque inter se murmurare cœperunt, dicentibus, qui regi Olavo non fuerant adversati: jam Thrandi Interiores amicitiam Knutidarum et præmia oppressi bello et regno vitæque exuti regis Olavi accipiant: erant quidem in promissis pax et privilegia, sed re tulistis obnoxiam conditionem et servitutem, sed retinuistis notam gravissimæ vecordiae, ignominiae et perduellionis. Quæ crimina cum haud facile esset refutare, nemo erat, quin suscepti consilii temeritatem intelligeret. Neque tamen ausi sunt contra regem Sveinem insurgere, ea maxime de causa, quod filios suos aut cognatos regi Knuto obsides miserant, quo accedebat, quod nullus dux movendæ seditionis aderat. Mox crimina in Sveinem regem vulgo jactari cœpta, culpa irritatorum animorum maxime in Alfivam conjuncta, tumque a multis vera de rege Olavo judicia facta¹.

Cap. 224. Proxima hiemæ sermo multorum in Thrandheimō exortus est, regem Olavum sine dubio sanctum esse, multaque esse sanctitatis ejus vera argumenta. Hinc complures cœperunt regem Olavum in rebus, quas sua maximi interesse judicarent, invocare; quibus votis multi sanitatem recuperarunt, aliis itinera aut res, quæ necessariæ videbantur, expeditiora reddebantur.

Cap. 225. Einar Arcipotens, qui hoc tempore ad prædia sua redierat, beneficia quibus regem Knutum in Thrandheimō conveniens donatus fuerat, sibi olim ab dynastis concessa, reti-

¹) *sannmæli]* sic ceteri; *samheldi, A, c:* multorum studia ad regem conversa.

nuit. Hic partibus adversariorum regis Olavi se non admodum¹ junxerat, qua de re ipse gloriatum est. Idem reminiscens regem Knutum promississe, se totius Norvegiæ dynastam facturum, eundemque datam fidem non præstitisse, primus ex proceribus evulgatam famam sanctitatis regis Olavi auctoritate sua sustinuit.

Cap. 226. Finus Arnii filius, ægerrime ferens, quod Kalvus in prælio fuerat adversus regem Olavum, brevi tempore Eggjæ apud eum moratus est, fratremque ea de re semper vehementer objurgavit. Thorbergus² Arnii filius se multo sedatorem, quam Finus, præbuit, sed tamen domum ad prædia sua reverti cupiebat. Itaque hi fratres, accepta ab Kalvo bona navi longa, omnibus armamentis et ornamentis firmoque præsidio instructa, domum ad prædia sua redierunt. Arnus Arnii filius, cum diu vulneribus æger jacuisset, tandem integer convaluit, quo factò eadem hieme austrum versus ad prædium suum concessit. Hi omnes fratres pacem ab rege Sveine pacti domi quieti manserunt.

Cap. 227. Insequenti ætate sermo de sanctitate regis Olavi increbescere, et longe alia³ de eo judicia ferri cœperunt, cum multi ex his, qui antea infensissimo animo ei adversati fuerant et iniquissime de eo judicaverant, jam veritatem sanctitatis ejus faterentur. Tum versa vulgi convicia in præcipuos svasores rebellionis adversus regem Olavum, cujus haud levis auctor habitus Sigurdus episcopus, tantis incolarum odiis exagittatus est, ut desperatis rebus regno excedere et in Angliam ad regem Knutum confugere cogeretur. Quo factò Thrandi nuntios cum mandatis in Upp-

¹) Hkr. omitt. particulam *mjök*. ²) Sic ceteri; Thorgeir, *A. öllum öðrum*] Hkr. omitt. *öðrum*, recte; al. omitt. *öllum*, unde hæc lectio ex duabus conflata videtur.

landa miserunt ad episcopum Grimkelem, ut in Thrandheimum veniret. Hic ab rege Olavo, in regnum Gardorum concedente, in Norvegiam remissus et postea in Upplandis versatus fuerat. Qui extemplo, hoc allato nuntio, iter ingredi maturavit, eo præcipue inductus, quod quæ de miraculis et sanctitate regis Olavi referrentur, vera esse credebat.

Cap. 228. Episcopus Grimkel Einarem Arcipotentem convenit et ab eo amice exceptus est. Hi cum de multis aliis collocuti sunt, tum etiam de insignibus illis rebus, quæ in patria gestæ fuerant, atque multis in rebus inter se consenserunt. Deinde episcopus in emporium (Nidarosum) profectus, ab universis oppidanis bene exceptus est. Hic de miraculis regis Olavi, quæ sermone hominum ferebantur, diligenter perquirebat, et secunda esse hominum ea de re testimonia cognovit. Dein missis Stiklastados nuntiis, Thorgilsem et Grimum filium ejus ad se evocavit. Qui dicto audientes in oppidum ad episcopum profecti, omnia quæ animadvertissent signa et quo loco funus deposuissent, exposuerunt. Quo cognito episcopus Einarem Arcipotentem arcessi jussit, qui cum in oppidum venisset, hic atque episcopus cum rege et Alfiva collocuti, orarunt regem, ut funus regis Olavi e sepulcro tolli permitteret. Permisit rex, jubens rem ex arbitrio episcopi curari. Eo tempore aderat in oppido magna hominum frequentia. Episcopus et Einar viris comitati ad locum accesserunt, ubi funus regis Olavi sepultum erat, refossoque solo animadverterunt arcam in summum fere (sponte) emersisse. Multi episcopum hortati sunt, ut funus regium ad templum Clementis terra sepeliri juberet¹. Cum vero duode-

¹) et ita factum est, add. unus codex Hkr.

cim menses et quinque noctes a morte regis Olavi elapsæ erant, sanctæ ejus reliquiæ sublatae sunt¹, arca funeris [nativum adhuc ligni odorem red-dente², ut si recens dedolata esset. Aperta arca, eximium odorem spirante, accedens Grimkel episcopus mortui faciem nudavit, quæ nullam vultus mutationem subierat, eodem genarum colore et rubore, qualis modo dormientis esse solebat. In eo autem multum discriminis animadverterunt, qui regem Olavum cadentem viderant, quod ab eo tempore coma et ungvæ ejus tantum creverant, quantum crevissent, si omni tempore, ex quo ceciderat, in vivis fuisset. Tum rex Svein omnesque principes, qui aderant, accesserunt, ut funus viderent. Hic Alfiva: mirum quam sero funera in arena putrescunt; talis non esset, si terra sepultus jacuisset. Tunc episcopus sumta forpice³ mystacem ejus, quem pro consuetudine ejus temporis promiserat, et comam totondit, regemque et Alfivam allocutus: nunc coma et mystax regis ea sunt longitudine, qua morienti fuerunt, tantumque creverunt, quantum jam cernere vobis licet. Tum Alfiva: tunc hæ res sacræ mihi videntur, si in ignem conjectæ non comburuntur; sæpe autem vidi comam hominum, quos terra diutius quam hunc textit, crevisse et integram intactamque mansisse. His dictis episcopus ignem thuribulo excipi jussit, thureque consecrato, comam regis Olavi igni imposuit. Cum vero thus omne igni absumtum erat, in conspectu regis et aliorum principum comam intactam ex igni extraxit. Tunc Alfiva comam igni non consecrato imponi jussit. Huic Einar Arcipotens respondit, eam

¹) tumque arca ex terra fere emerserat, add. Hkr. ²) alba, G; recenti, K. ³) skæri] söx, Hkr., eod. sensu; hoc certe antiquius, illud vulgare.

tacere jubens, asperisque verbis compellans. Tum ex sententia episcopi, consensu regis et iudicio universi populi decretum est, regem Olavum esse hominem verè sanctum. Funus ejus in ædem Clementis inlatum, eique locus supra summum altare præparatus, arca bombyce coccinea obducta veloque purpureo tecta. Tum statim multa miracula, sanctitatem regis Olavi confirmantia acciderunt.

Cap. 229. In loco arenoso, ubi funus regis Olavi sepultum jacuerat, limpidus fons emicuit, quæ aqua multis curationem morborum attulit; qui fons circumseptus, aquaque semper exinde diligenter conservata. Eo loco primum sacellum exstructum, altareque positum, quo loco sepulcrum regis fuerat; nunc autem hoc loco stat ædes Christi, cujus summum altare Eystein Archiepiscopus, cum hanc ingentem ædem excitaret, eo loco ponendum curavit, quo loco jacuerat funus regis; quo eodem loco summum altare [prioris templi¹ positum fuerat. Quo loco domus illa vacua, in qua funus regis Olavi per noctem servabatur, tunc stetit, eo loco templum Olavi nunc situm esse dicitur. Nunc Sörlidum (porta stercoraria)² dicitur, quâ sanctæ reliquiæ regis Olavi e navi in terram sunt exportatæ, qui locus nunc in medio oppido est. Episcopus sanctas regis reliquias diligenter custodivit, comam et unguis secuit; nam et crines et unguis creverunt, haud secus ac ipse ceterorum mortalium more viveret. Hac de re ita Sigvatus:

Mendacium dico, nisi Olavus
vivorum instar hominum
unguis habeat; crescentes regis

¹) antiquioris templi, Christo dicati, Hkr. ²) *Olafshlið* porta Olavi, G et Hkr.; *Hlið*, D,H,K,S.

comas inprimis carmine celebros.
 Adhuc servatur coma ei,
 qui filium reliquit Gardis
 adolescentem. Candidi capitis
 beneficio Valdamar a malo liberatus est¹.
 Thorarin Encomiastes carmen composuit² de rege
 Sveine, dictum carmen³ Splendidæ Navis⁴, [in
 quo hi versus sunt⁵ :
 Nunc gentis
 rex universæ
 in Thrandheimo
 sedem occupavit.
 Hoc loco semper
 suam ætatem
 liberalis princeps

¹) Ordo: *Ek lýg, [nema Olaf r a) egi ýfs b) áru c), sem d) kykvir e) tífar f); ek gæði helzt hárvöxt konúngs í hróðri. Enn helzt g) svörðr h) þeim er seldi þann son i), er vóx í Görðum. Hann Valdamar k) fékk læs l) lausn af ljósum hausi.*

a) Sic G, K, S et Hkr.; *Olaf, D, H, L; O., A.* b) Sic G, it. Hkr. var. l. F; *yf, Hkr.*, pro quo mavult *if* (ɔ: æfi), dub.; *ys, cet. omn.*, contra metrum. *ýf* est fricatio, *ýfs ár*, minister fricationis, unguis. c) Sic *cet. omn.* et Hkr.; *ári, A*, alienum h. l. d) *nè, F.* e) Sic Hkr.; *cet. kikvir.* f) *trúar, K*; prave pro *tívar.* g) *heldr, G.* In hac semistropa maximam partem secutus sum constructionem Doct. et Celeb. *Magnuseni*, in Hkr. T. 6. h) *suðr, F, L*; forte deprav. ex *svaðr*, Hkr. var. l. B. i) *syn* (rect. *sun*), G, K, S, Hkr. k) *Valhamars, D, G, H, K, S.* Quis sit hic Valdamar (filius Jarozlavi, an alius), aut quod miraculum Sti Olavi h. l. respiciatur, nescio. Non vero induci possum ut credam, Sigvatum, Jarozlavo regi prorsus æqualem, lapsu memoriæ pro Jarozlavo filio Volodimirum patrem possuisse. l) Sic Hkr.; *les* (ɔ: læs) A, id.; *læg, D; laug, H*, utrumque contra metrum.

²) H. l. iterum incipit C. ³) dicta carmina, C, D. ⁴) vide supra cap. 223. ⁵) Etiam hæc cecinit Sigvatus de rege Olavo, D, H; quæ a signo sunt, omitt. G.

habitare cupit¹.

Ubi Olavus
antea habitavit,
priusquam in regnum
cœleste concessit.

Ibidem, ut omnes
norunt, factus est
divus sanctuarii
ex regio viro².

Haraldi filius
regno cœlesti
firmiter sese
destinaverat,
antequam liberalis vir
ex mundo decesserat;
itaque nunc versatur
apud Domini filium³.

Sic purus

¹) Ordo: *Nú hefir Þjóðkonúngur hagat sér a) til b) sess í Þrándheimi; þar vill bauga-brjótr c) æ d) ráða bygðum æfi sína e).*

a) Sic Hkr., quod prætuli; Sveinn, cet. b) sér, cet. omn.; forte sér legerint pro Sveinn (s pro S.) et omiserint til. c) baug-njótr, eod. sensu, K. d) alla, totam, C. e) síðan, deinceps, C.

²) Ordo: *Þar Olafr bygði áðan a), áðr hann hvarf til himinríkis; ok þar varð kyrkjusettr b) af konúngmanni sem allir vitu.*

a) óðal, patrimonium, C. b) Sic Hkr.; kykvast hatr, A; kvikað hátr, C; kvikas höttr, D,S; kvika sett, G; kvikligr háttr, F; quæ omnia, quantum video, nullum idoneum sensum reddunt.

³) Ordo: *Haralds sonr a) hafði harðla ráðit sér til himinríkis, áðr [hoddbrjótr fór af heimi, og sitr nú með syni Drottins b).*

a) mögr, id. C. b) Sic Hkr. usque a signo; A habet: *seim-brjótr at sætu (sæti, C) varð Kristi þekkr konúngriinn æzti, sed tres ultimos versus omitt. D,H, duos ultimos omitt, C,F,K, L,S, totam stropham omitt. G.*

gratiosus rex
 jacet cum suo
 integro corpore,
 ita ut in
 eo crescant
 coma et unguis
 ut in vivo homine¹.

Ibidem nolæ
 sponte pulsantur
 super ejus lecto
 tabulis structo,
 et quovis die
 homines audiunt
 campanas sonare
 super regio viro.

Candelæ vero
 Christo acceptæ
 ibi super altari
 excelsæ lucent.
 Ita Olavus
 peccato immunis,
 antequam decessit
 animæ consuluit².

Eo venit multitudo,
 ubi ipse sanctus rex,

¹) Ordo: Þar svá at a) hreinn b) lofsæll gramr liggr með heilu líki sinu, svá at þar kná honum c) vaxa háir og negl, sem á kvikum manni.

a) add. C, D, H, K, S, G, Hkr. b) Sic C, D, H, K, S, Hkr.; heill, integer, G; hann, ille, A. c) hátt um, L; prave, ut videtur, pro hánnum.

²) Ordo: En þar brenna kerti, Kristi þæg, upp a) af altari; syndalauss b) Olafr hefir svá um c) -borgit d) sál c), áðr hann andaðist.

a) add. cet. omn. et Hkr. b) Sic cet. omn. et Hkr.; syndalausn, liberatio a peccatis, A. c) Sic separatim dedi pro sálum, A; sálu, C, D, G, H, K, S, Hkr. d) brugðit, G.

et auxilii petendi
 gratia procumbit;
 homines cæci
 et muti (eo) veniunt,
 inde vero
 sani abeunt¹.

Ab Olavo pete,
 utpote Dei ministro,
 ut precibus tibi
 terram suam conciliet:
 annonam et pacem
 omnibus hominibus
 ille impetrat
 ab ipso Deo²

Quando coram
 sacro doctore
 preces tuas

¹) Ordo: þar kemr herr a) er sjálfr heilagr konúgr er, krýpr b) at gagni; þjóðir c), blindir ok beiðendr máls d), sækja (v: þánga), en e) heilir þaðan f).

a) Sic Hkr.; cfr. Hkr. Ott. c. 259, sub finem; *hverr*, quisque, F, G, L, S; *sá*, C; *hveim*, A, v: þar kemr hveim at gagni, er krýpr (sjálfr konúgr er heilagr), i. e. cuique procumbenti (adoranti) auxilium venit (ipse rex sanctus est); vel *hveim kemr at gagni*, er krýpr þar sjálfr heilagr konúgr er, i. e. cuique prodest procubuisse eo loco, ubi ipse sanctus rex est; structura incommoda. b) *krýpum*, C, perp.; *sér*, sibi, add. G. c) *þjóðar*, G, S, Hkr., eod. sensu; vel, si pro genit. accipere mavis, jungendum cum *máls*. d) ad verbum: loquelam optantes, i. e. muti. e) Sic *cet.* omn.; er, A. f) Ignorant hanc stropham D, H, K.

²) Ordo: *Bið þú a) Olaf, at hann árne b) þær grundar sinnar; hann er guðs maðr c), [hann of-getr öllum mönnum ár og frið af sjálfum d) guði e).*

a) compellat regem Sveinem. b) *unni*, benigne concedat, C, D, G, H, K, S, Hkr. c) *vinr*, amico, G. d) *þegit*, Hkr., v: *of-getr þegit*, impetrare, conciliare potest. e) ab signo omitt. D, H.

recitas¹.

Cap. 230. Accidit in prælio Stiklastadensi, quemadmodum supra memoratum est, ut rex Olavus accepto vulnere ensem Hneiterem abjiceret. Vir autem aliquis Svecus, fracto quem gestavit gladio, ensem Hneiterem sustulit eoque in pugna usus est. Hic vir salvus ex prælio evasit, turbamque fugientium secutus in Sveciam domum pervenit. Idem reliquo vitæ tempore hoc ense usus est, et post eum filius suus, horumque posteri ordine unus post alterum, eo perpetuo instituto², ut pater filium de nomine gladii et qua occasione ad ceteros transisset, edoceret. Sed longo post tempore, regnante Alexio imperatore Constantinopolitano, cum Constantinopoli multæ essent Væringorum cohortes, accidit æstate quadam, ut imperator in expeditionem profectus milites in castris teneret. Væringi in statione erant et imperatorem vigiles custodiebant, in campis extra castra dispositi. Ex his qui pro sua parte vigilaverant, recumbere humi solebant, omnes plena armatura instructi; quietem capturis institutum erat, ut galeati corpusque clypeo superinjecto tecti, ensem capiti subjicerent, hujusque capulo dextram impositam haberent. Vigilum aliquis³, extremæ noctis quietem sortitus,

¹) Ordo: Þá er þú rekr a) bænir þinar fyrir b) regin c) nagla bóka d) -máls e).

a) Sic D,G,H,K,S, Hkr.; réttir, explicas, A, cet. b) omitt. G. c) rekin. G. d) Sic Hkr.; boga, F,L; bóka, A, cet. e) Ita poetice describit sacerdotem ecclesiæ; reginnagli, sacer clavus fani, cfr. Eyrb. c. 10, bókamál, literæ, h. l. doctrina; reginn. bókamáls, vir sacer doctus.

²) fylgði þeim jafnan] debuerat saltem h. l. esse fylgði þat j., sed Hkr. Hist. Hakonis Humerosi c. ult. plenius habet: fylgði þat jafnan eign sverðsins. ³) pro en hværr legendum cum Hkr. l. c. einhværr.

cum prima luce evigilasset, ense abesse sensit; circumspectans igitur procul ab se in campo jacentem animadvertit, surgensque resumpsit, putans commilitones, qui interea vigilaverant, ludibrii ergo¹ fecisse, ut ense ei per dolum surriperent. Illi vero rem a se factam esse infitabantur. Eadem res cum per tres noctes accidisset, cum ipsius militis, tum ceterorum qui hæc viderant et audiverant mirationem excitavit. Sciscitantibus causam hujus rei, aperit miles hunc ense Hneiterem appellari, eundemque a rege Olavo possessum et ab ipso in Norvegia gestatum in pugna Stiklastadensi, reliquaue ensis fata recensuit. Qua de re Alexius imperator edoctus, hunc militem, qui gladium usurpabat, vocari jussit, eique auri quantum trina ensis pondera² æquaret, numeravit, enseque templo Olavi, a Væringis culto, inferri jussit; et ex eo tempore ensis super altari hujus ædis suspensus est. Vir quidam præfecti dignitate, nomine Eindridius Juvenis, qui vixit regnantibus in Norvegia Ingio, Eysteine et Sigurdo, Haraldii Gillii filius, Constantinopoli versabatur, quo tempore hæc res acciderunt, et relationem de his rebus in Norvegiam retulit, quemadmodum testatur Einar Skulii filius in carmine laudatorio, quod de rege Olavo Sancto composuit; in quo carmine³ hoc eventum celebratur.

Cap. 231. Rex Svein Knuti filius aliquot⁴ hiemes Norvegiæ imperavit, ut annis, ita consilijs minime maturus. Alfiva mater ejus, et tunc temporis et semper exinde civibus magnopere exosa, rempublicam inprimis administrabat; Da-

¹) h. l. in textu excidisse videtur *spotts*, quod addit Hkr, l. c. ²) pretia, C, D, H et Hkr. ³) *ok er þat kvæði kveðit um þenna atburð*] hoc verum non est; reponendum itaque *ok er i þvi kvæði* etc., cfr. Radii stroph. 40-47. ⁴) i. e. quinque.

norum in Norvegos insolentia summam populi invidiam accendebat. Qua de re cum disputari cœptum esset, populus Thrandos accusabat, quod eorum maxime consilio et auctoritate factum esset, ut rex Olavus Sanctus vita regnoque spoliatus fuisset, utque incolæ Norvegiæ huic malæ dominationi, qua omnis populus, proceres ac plebes, amissa libertate alieno imperio obnoxius teneretur, se subiecissent. Contendebant, Thrandorum officium esse, consilia et vires in medium proferre, ut impotentem illam dominationem ab incolis repellerent, omnium enim iudicio Thrandi, tam principum auctoritate quam numero copiarum ceteris incolis prævalebant. Thrandi vero, cum cognovissent, ista in se crimina ab incolis jaci, fatebantur se revera gravem culpam admisisse, qui regem Olavum e medio sustulissent, gravesque hujus facinoris pœnas dedisse. Principes populi conventus et consilia inter se agitarunt, Einare Arcipotentem consiliorum auctorem, nec non Kalvo Arnii filio, qui intelligere cœpit, quibus laqueis adhortationibus Knuti irretitus esset. Omnia promissa, Kalvo ab rege data, migrata erant; rex enim Kalvo dynastæ dignitatem et totam Norvegiam provinciæ nomine administrandam pollicitus fuerat; Kalvus vero, qui auctor fuerat prælii cum rege Olavo commitendi eumque vita et regno spoliandi, nihilo quam antea majorem habuit dignitatis titulum; quare multum in modum deceptus sibi videbatur. Hinc fratres, Kalvus ac Finus, Thorbergus¹ et Arnus, missis internuntiis, fraternitatis necessitudinem inter se sanciverunt.

Cap. 232. Dicunt, qui accuratissime tempore numerant, regem Olavum Sanctum quindecim

¹) Sic cet.; Thorgeir, A.

cim annis Norvegiæ imperasse, ex quo Svein dynasta regno excesserit, præcedente vero hieme regium nomen in Upplandis¹ accepisse. Sic Sigvatus:

Olavus, magnanimus ille princeps, quindecim integros annos regno sibi concredito imperaverat, cum cecidit in superiori terræ parte.

Qui princeps, eo præstantior, orbis terrarum partem borealem sibi attribuit? Regis vita brevius, quam optandum erat, duravit².

¹) ab Upplandis (incolis), *H, K, S*.

²) Ordo: *Olafr røð landi fulla simtán vetr, áðr andprúðt a) höfuf b) felli ið efra á c) því lani d). Hverr landreki e), fremri e) hans f) hafi kendan sér g) enn h) norðra heims enda? Skjöldungr i) hélzt k) skemr enn skyldi.*

a) Sic *C, G, K, S*, *Hkr.*: *andprúðr, A*, quod referri potest ad *Olafr*; *auðframr*, divitiis clarus v. liberalis, *D*, repugnante metro; *öndurt*, adversum, obversum, *L*. *b)* Sic *O, D, K, S*, *Hkr.*; magnanimum caput i. e. vir magni animi; de Olavo intelligendum, itaque in versione retuli ad subjectum principale. *jöfurr*, rex, *G, H*, forte glossa *toð höfuf*, quod h. l. pro persona usurpatur; *þvi fyrir*, var. l. *Hkr.*; *fyrir þvi*; *A*, *cet.*, *∴* *røði fyrir því (?) landi*, sed cogitare possumus, *þvi fyrir (þvifur)* &c. ex *hafuf* depravatum esse. *c)* Sic *cel.* omni. et *Hkr.*; *af, A*. *d)* *láði*, terra, *D, F, L, S*; *landi*, id., *K*, utrumque contra metrum; *lán* est h. l. id. qu. *lèn*, res alicujus fidei commissa, prefectura, h. l. regnum, cui a populo prefectus est Olavus. *e)* *fremra landrekann*, *C*, *∴* *hverr hafi hélzt kendan sér fr. landr. ? skjöld. hélt enn norðra heims enda skemr enn skyldi*, i. e. quis tandem præstantiore usus est principe? rex regnum boreale (Norvegiam) justo brevius obtinuit. *f)* Sic *Hkr.* et *cel.*, præter *A*, *fremri hans* pro *fremri honum*; *hélzt*, *C*, referri potest ad *hverr*, *hverr hélzt*, quis tandem? *hæzt*, *A*, dubium quo referatur, nisi mutes in *hæstr*, summus, et jungas cum *skjöldungr*; *hæfst* optime, dignissime, *L*; *fæðst*, *F*, *∴* *hverr fr. landr. hafi fæðst hit norðra*, quis præstantior rex in bore-

Rex Olavus cum acie cecidit, annorum erat triginta quinque, ut auctor est sacerdos Arius Polyhistor; ille viginti praelia commiserat. Sic Sigvatus:

Quidam in Deum crediderunt,
alii hoc facere recusaverunt.

Rex ad ardua pronus, viginti
commissis acie instructa praeliis
celeber, christianum exercitum
a dextra consistere jussit.

Deum dominum rogo, ut intrepidum
Magni patrem benigne excipiat¹.

Jam pars historiæ regis Olavi descripta est, continens res eo imperante gestas, ipsius mortem et exordia sanctitatis ejus. Nunc vero quæ gloriam ejus maxime augment, miracula ab eo facta commemorare non prætermitemus.

Cap. 233. Svein Alfivæ filius proximis annis post mortem regis Olavi Norvegiæ imperavit, cui regno cum tres hiemes præfuerat, allatum est,

ali terræ parte natus est? g) *syd*, L; o: ita cognovit. Bene vero illud *kendan sér*, cum regnum antea dixerit *lán*; sensus est: quis regum septemtrionalium eo præstantior fuit? h) *lit*, F; vide f. i) *skjaldar*, clypei, G.H; sed non invenio subjectum appellationis. k) Sic D,G,K,S et Hkr.; *helt*, A, cet.

¹) Ordo: *Sumir gumnar a) trúðu á guð b); grein var c) í miðli liðs; framráðr fylkir háði tigu d) fólkrorrostur. Frægr bað hann [kristit lið e) standa á hægri hönd; ek bið guð drottinn f) fagna flóttskjörum g) Magnús feðr.*

a) Sic cet. omn.; *gunnar*, id., A, h. l. metro adversante. b) hæc respiciunt cap. 191. c) *varð*, exstuit, C,K. d) Sic C,F,G, L; *tögu*, id., D; *tugu*, id., H; *tjögu*, K,S; *tigum*, A. e) Sic C,F,G,H,K,L et Hkr.; *kristinn lið (l'ð rect.)*, C; *kristins liðs*, A, o: *bað drottinn standa á hægri hönd kristins liðs; ek bið guð fagna*, &c. f) *drottinn*, C,D,F,L,S, perp. g) Sic conjeci; *flóttskjörum*, C,H,K,S; *fljótt-skirum* (rect. *flótt-skirrum*), G; *fljótt-skærum*, Hkr.; *fljótt-mætum* (*fljótt-mæltum*?) F; *fljótt-skjótum*, A, cet.

Tryggvium, Gyda Angla natum, in terris occidentalibus copias contrahere. Quo tempore rex Svein, evocatis in expeditionem militibus ex provinciis borealibus, in Vikam contendebat, Tryggvius cum classe Hördalandum attigit; atque utrique ubi essent alteri per speculatores cognoverunt. Nunc referemus de quo prius intulimus mentionem. Rex Svein in Thrandheimmo versatus, his cognitis rebus, confestim milites in expeditionem evocavit, præfectosque missis nuntiis castra sua sequi jussit. Einar Arcipotens cum signa regis Sveinis sequi nollet, domi mansit. Kalvus Arnii filius celocem viginti-transtram domesticis stipatoribus instruxit, et antequam rex paratus erat, ex sinu Thrandheimico navigavit, in Mæriamque delatus cum fratribus congressus agitavit. Rex Svein, ut se paraverat, cum copiis austrum versus terram præterlegit; cum vero classis in freto Sveggjadi¹ staret, milites Kalvum Arnii filium ab austro per fretum navigantem inclamantes, hortati sunt, ut eo flecteret, regem sequeretur ejusque regnum defenderet. Kalvus reclamavit: hac in re satis gnavus, et quidem nimius fui, cum nostratibus pro potentia Knutidarum confligens. Quibus dictis Kalvus boream versus, quo constituerat, cursum continuavit, donec domum suam Eggjam pervenit. Nemo ex Arnii filiis hujus navalis expeditionis se regi socium addidit.

Cap. 234. Rex Svein cum tota classe ab austro contendit, Tryggvius vero a borea² ei se obviam tulit, [ut hoc carmen testatur³:

¹) Frekeyæ, Hkr. h. l. ²) *norðr]* legendum *norðan*, ut sequenti stropha patet; cfr. Hkr. hist. Olavi Sancti, c. 263, ubi profectio Tryggvii ac Sveinis plenius describitur. ³)-ut Sigvatus testatur, *D*; ut carmen brevius, de Tryggvio compositum, testatur, *G, H*; ut Sigvatus testatur in carmine breviori, quod

Honore stimulatus Tryggvius
 a borea contendit ad pugnam,
 rex vero Svein ab austro suis cum
 copiis; hinc prælium coortum est.
 Eorum vehementi conflictui,
 qui subito incidit, interfui;
 [ibi cito vitam amisere milites:
 ea veri nominis pugna fuit¹.

Hæc memorat carmen de Tryggvio compositum.
 Congressus eorum fuit in boreali parte Jadaris in
 freto Soknarsundo² intra Boknam, quo loco Er-
 lingus Skjalgi filius ceciderat:

Die solis, mulier! (quo mane
 multi milites ferro ceciderunt)
 perinde non fuit, ac si accumbenti
 virgo allium aut cerevisiam afferret,
 cum rex Svein suos milites
 jussit conjungere navium
 proras: dabatur cruda
 caro dilanianda corvo³.

Ea pugna Tryggvius cum magna suorum parte
 occubuit, rex vero victoria potitus proximam in-
 de hiemem regnum in ditione habuit.

Cap. 235. Eadem hieme Einar Arcipotens
 et Kalvus Arnii filius condicto tempore in empo-
 rio congressi consilia contulerunt; quo tempore
 rex Svein in australi regni parte agebat. Hic ad
 Kalvum Arnii filium venit nuntius missus ab rege
 Knuto, mandata regis perferens, ut Kalvus ei
 triginta sex secures, magna cura fabricatas, mit-
 teret. Cui Kalvus: nullus ego secures regi Knu-
 to mittam; renuntia, me Sveini, filio ejus, ita
 missurum secures, ut ei non sint defuturae. Pri-

de Tryggvio composuit, *K, S*, ¹) ab signo *A* habet: *hár týndi þá, hára hjör gull vafðan fjörvi*, quæ sensu cassa videntur. Vide *Scr. hist. Isl. Vol. 3, pag. 57.* ²) Sic *D, G, H, K, S* et *Hkr.*; *Skónar, A.* ³) vide *Scripta hist. Isl. Vol. 3, pag. 58.*

mo vere Einar Arcipotens et Kalvus Arnii filius, collecto magno hominum numero lectissimisque viris ex provincia Thrandheimica, iter ingressi sunt. Vere orientem versus profecti superata Carina, per Jämtiam et Helsingiam in Sveciam descenderunt, ubi comparatis navibus æstate in regnum Gardorum transmiserunt et autumno Aldejoborgam pervenerunt. Hinc legatos Holmgardum ad regem Jarizleivum miserunt cum mandatis, polliceri se, Magnum regis Olavi Sancti filium recepturos, eum in Norvegiam reducturos, suaque opera facturos, ut regnum paternum recuperaret imperiumque tuto obtineret. Quo cognito nuntio, rex Jarizleivus reginam et principes in consilium adhibuit, hisque consentientibus effecit, ut Norvagi, missis nuntiis dataque fide publica, regem Jarizleivum et Magnum adire juberentur. Qui cum Holmgardum venissent, inter eos constitutum est, ut Norvagi qui eo venerant se fidei Magni commiserint eique operam suam addixerint; Kalvo omnibusque, qui Stiklastadis contra regem Olavum pugnaverant jurejurando (Magni nomine) confirmatum est¹, eum his omnibus fidem præstiturum,

¹) Post verba *i móti Olafi konungi* add. Hkr.: *veitti Magnús þeim trygðir ok fulla sætt ok festi svardögum*. Forte hæc verba inseri debuissent paulo superius ante verba *við Kálf*, et sententia ita interpungi: *En er þeir komu til Hólmgarðs, þá staðfestist þat með þeim, at Norðmenn, þeir er þar voru komnir, gengu til handa Magnúsi ok gjörðust hans menn, ok bundu þat svardögum; veitti Magnús þeim trygðir ok fulla sætt, ok festi svardögum við Kálf ok alla þá menn, er i bardaga höfðu verit i móti Olafi konungi, at hann skyldi þeim öllum tryggj ok trúr &c.* Colorem sententiarum, quem h. l. exhibet textus noster, deberi puto seriori conscriptori, qui intellexit, quod quidem verum erat, hæc ab ipso Magno, tum puero, transigi non potuisse.

etsi regno Norvegiæ potiretur, et Kalvo Arnii filio procuratore usurum; Kalvus vero omnia, quæ Magni potentiam majorem et liberiores facere viderentur, exsequi teneretur.

Cap. 236. Magnus Olavi filius post festum Jolense iter ingressus Holmgardo, cum Aldejoborgam devenisset, naves suas instruere cœpit. Hoc memorat Arnor dynastarum poëta in Encomio Magni:

Jam bellicosus princeps, qui acies
Hneiteris in pugna sævientis tingit,
militibus imperavit. Hoc certo
scio, neque famam sequi opus habeo.
Liberalis princeps, fortis Hördorum
amicus, annum ætatis undecimum
non compleverat, cum naves bellicas
ab oriente ex Gardis ornatas duceret¹.

Sequenti vere Magnus ab oriente in Svioniam trajecit. Sic Arnor:

Juvenis princeps, gladium cruentans,
copias ad expeditionem evocavit;
alacres præliatoris satellites
armaturam ad scalmos portarunt.
Fortis populi rex, ab oriente
profectus, tabulis pruinosis

¹) Ordo: Núhykk rjóðanda róg a) -örs Hneitis eggja b) reðuc) seggjum; þegi d) segja e) seimbrjótar f), þvlat veit g) gjörva. Hati ormsætr var-at allra ellifu vetra, þá er hraustr h) Hördá vinr glæsti i) herskip or Görðum.

a) ráng, A; rögg, L. Hkr. jungit segja róg, nugas dicunt; róg significat calumniam, dissidium, pugnam. b) Sic D,G,K,S et Hkr.; eggjar, in sing., A, cet. c) ráða (præs. infin.), Hkr. d) þeima, his, C, advers. metro. e) Sic D,H,K,L,S et Hkr.; seggja, A, cet. f) Sic Hkr.; seimbrotá (þ: mihi), G,D; seimbrjótr, A, cet., þ: egomet novi. g) veitk, Hkr., quod præstat. h) austr, A; rekk, C; utrumque prave. i) Sic cet.; geystust, cum naves ruerent, A.

sal secuit: atræ tempestates
auri largitorem Sigtuna vexerunt¹.

Bellator! deinde rubros clypeos
per Svecica territoria portasti;
haud exiguum copiarum numerum
es nactus, populo ad te confluyente.
Populis note, qui luporum ora
cruore rubefacis! lecti viri
albis cum clypeis et hastis bracteatis
ad prælium ab oriente festinabant².

Qui corvi plumas rubefacis! maxima

¹) Ordo: *Hinn úngi eggjódandi bauð út þings a) þjóðum b) fim c) hirð d) ara bræðis bar hervæðr e) til f) hömlu g). Hraustr þjóðkonúngur skar salt heltum h) hufi i) austan k); [brún veðr l) báru [brimlogs rýri m) at Sigtúnum.*

a) þing, Hkr., 3: *bauð þjóðum þing*, milites ad conventum convocavit, et mox *bar hervæðr út-til h.*; *þings þjóðir* proprie est populus ad comitia convocatus, h. l. vero ita dicitur præsidium regii juvenis, id. qu. mox *hirð*. c) *fimr*, L, potest referri ad *eggjód*; *fimt*, alacriter, A, d) Sic D, G, H, K, S et Hkr.; *hirð*, A, cet., prave. e) Sic Hkr.; *her veðr*, A, cet. f) i, G, K. g) *hömlr*, plur., G, K. h) i. e. frigidis, gelidis; *hveltum*, convexus, Hkr., a *hvel*. i) Sic cet. omn.; *húnn*, A, prave. k) *flaustum*, navibus, G. l) *brimveðr*, æstuosæ procellæ, L; contra metrum, aperto errore. m) *brimlogs hlýri*, K; prave, ut puto.

²) Ordo: *Rimmu yggir! bárut a) síðan b) rauðar randir i svænskar c) bygðir; þú gatz eigi lágan liðskost: landsfólk d) sótti til handa þér. Ulfa ferðar e) tungu f) rjóðr, kunnr öldum g), teknir menn þurðu h) austan til i) tirar þinga k) með l) hvíta skjöldu ok m) [in reknu dör n).*

a) Sic G, S, Hkr.; *báru*, portarunt, A, cet. b) Sic cet. omn. et Hkr.; *síðar*, A. c) *þrændskar*, H. d) *landherr*, id., G, H. e) Sic cet. omn. et Hkr.; *skerðir*, A. f) *tuggu*, D, mendose. g) Sic cet. omn. et Hkr.; *öldu*, singul., A. h) Sic dedi; *þurðuz*, id., Hkr.; *þurðut*, G; *þorðut*, A. i) *með*, G; *yfir*, A. l) Sic D, K, S et Hkr.; *þingum*, G, H; *únga*, C, L; *úngur*, A. m) Sic cet. omn. et Hkr.; *yfir*, A. n) Sic cet. omn. et Hkr.; *dörrinn rekna*, in singul. et masc., A.

terroris galea tectus, territoria
Thrandheimica intrasti, ab oriente veniens;
inimici tui animum despondisse dicuntur.
Luporum aviditatem sedans! audivi te
juvenem res eorum in locum iniquum
adduxisse. Bellicæ navis instructor e regno
aufugit, infesto ipsi civium animo¹.

Testatur hoc loco poëta, Magnum ex oriente per
Carinam in Thrandheimum descendisse, multas
ad eum copias confluisse, hostes vero se fuga
subduxisse. Rex Svein, ut primum Magnus in
Norvegiam pervenit, statim regno excedens in
Daniam profugit, nullas ad resistendum copias
nactus. Quo facto Magnus rex Norvegiæ crea-
tus totum sibi regnum subjecit. Hic Bonus co-
gnominatus est.

Cap. 237. Rex Magnus Scrinium perficien-
dum, et auro, argento et gemmis ornandum cu-
ravit; id forma et magnitudine erat arcæ funebri
simile; pars inferior peristylum habebat, pars
superior tecti instar leni fastigio ascendebat, quo

¹) Ordo: *Yggjar márs a) fðri-rjóðr b)! þú kom(t) austan með allra hæstum c) ægis hjálmi í þrænskar d) byggðir, en kvoðu fjandmenn yðra fálma. Eyðir úlsa gráðar e)! ek frá þik úngan f) þröngva g) þeirra ráði h); skildir i) skeiðar brands stökk or landi fyrir þær með skæðan þokka k).*

a) Sic S et Hkr.; márs, id., H; mál, D, máls, A, málms, C, K, omnia prave. b) Sic D, G, H, K, S et Hkr.; njörðr, A, cet., minus aptum h. l. c) hæstan, G, H, S; hæstum tíma, optima fortuna, D. d) sænskar, Svecica, K. e) Sic cet. omn.; gráðr, A. f) Sic D, G, H, K, S; undan, A, advers. metro. g) af, add. A solus. h) ráða, D, K. i) Sic G, K, S, qui scribunt skyldir; skjöldungr, A, cet. k) loco posterioris semistrophæ quidd. codd. Hkr. sic habent: *Breiðast vissu, blágamms fæðir Benja kólgo, yðrir dólgar (Hræddir urðo fjörvi at forða Fjandmenn þinir) vesöld stna, i. e. Præliator, tui hostes, calamitatem suam augeri sentientes, timore perculti vitæ suæ consulere necesse habuerunt.*

in summo erat capitulum et culmen, a tergo cardines, in fronte fibulæ, quæ sera et clavi claudabantur. Hoc in scrinium rex multas reliquias deponi jussit, quarum sanctitatem multa prodigia declararunt. Tunc Sigvatus hos versus composuit:

Ei, qui bonum cor in pectore
gerebat, aureum factum est scrinium
sua pro dignitate. Celebro sanctitatem
regis, qui Deum dominum adiit.
Ab inclyto loculo augusti
illius regis multi homines,
qui oculis capti eo venerant,
cum visu integro discedunt¹.

Tum lege sancitum est, ut dies anniversarius regi Olavo emortalis per totam Norvegiam festus celebraretur, qui dies eadem solennitate, qua maxima festa, statim est celebratus. Tunc Sigvatus:

Expedit mihi domi meæ
festum Olavi, Magni patris,
sincero animo celebrare;
Deus regem augustum reddit.
Debeo sine fraude colere

¹) Ordo: *þeim, er bar gott hjarta, er gjört gull a) -skrin at b) sinum c) veg d); ek hrósa helgi ræsis: bann e) sótti guð drottinn. þar f) gengr margr g) hrings meiðr, 'er kom þingat blindr, með heilar h) sjónir frá mæru i) leiði k) þess hreins konungs.*

a) *gullt, C; gulligt, cet.* b) Sic Hkr.; *of, A, cet.* c) Sic E et Hkr.; *minum, A, cet.* d) *omitt. cet., qui legerunt gulligt; tum in seq. legendum erat drottini pro drottin, o: gulligt skrin er gjört of (=at) minum drottini, þeim er bar etc., aureum scrinium factum est meo domino (o: Olavo regi), qui etc.* e) Sic D, G, H, K, S; *herr, populus, A, cet.* f) *ár, mane, mature, C, D, G, H, S.* g) *mest, sæpius, G.* h) Sic C, D, G, H, K, S; *helgar, A, cet.* i) Sic G, H, S, Hkr.; *mætu, id., K; mærum, A, cet.* k) Sic C, D, G, H, K, S et Hkr.; *reiði, A, cet.*

sanctitatem regis, cujus mors
acerba fuit omnibus, qui meas
manus rutilo auro ornavit¹.

Cap. 238. Sigvatus poëta ab rege Olavo
in regnum Gardorum proficiscente accepta rede-
undi domum venia, proxima æstate relicta Nor-
vegia Romam profectus est. Tum hos versus
composuit:

Domi reliqui tinnulum ensem
auro revinctum, quem mihi rex
donavit, et fessus militando
salutare Romam iter suscepi.
ceteri milites cum famem lupi
sedarent, nos deposito gladio,
argenteis bullis capulum ornato,
baculum consecratum suscepimus².

¹) Ordo: *Oss dugir fagna a) messu Ólafs, föðr Magnús, meinalaust i [minu hüsü b): guð magnar jöfur. Ek em skylðr at halda c) skoll-laust d) helgi þess harmdauða e) skilfings, er bjó mér handar tjálgr f) rauðu g) gulli.*

a) Sic *cet. omn. et Hkr.*; *fagnar, A.* b) Sic *Hkr.*, *minum harmi, A, cet. omn.*, invito metro. c) Sic *cet. omn. et Hkr.*; *aldar, A.* d) *skullaust, H,S; skuldaust, sine justa causa, C,G, præve.* e) Sic *cet. omn. et Hkr.*; *harmdauði, in nom., A.* f) Sic *cet. omn. et Hkr.*; *tálga, A*, ut sit acc. pl. masc. ■ nom. *tálgi, id.*, inserto *j*, ut in *targa et tjarga.* g) Sic *cet. omn. et Hkr.*; *rauðan, A.*

²) Ordo: [*Ek lét a) heima b) gjallar vönd, gulli vafðan, þann er konúngr gaf mér, [ok hélt c) hermöðr á d) göðri Róms för e). Þá er sverð- [dynviðir þverðu f) ylgjar g) sult h), lögðum vér i) silfri hjallat vopn, en k) fylgðum l) vigðum m) staf.*

a) *hesig, G*, vide c. b) *heiman, domo, G,H,K,S et Hkr.*; *o: hélt heiman etc.* c) *hafðan, G, o: domo mecum abstuli ensem, quibus sequentia repugnant.* d) Sic *cet. omn. et Hkr.*; *af, A.* e) In *sq.* semistropha secutus sum lectiones et constructionem *Hkr.*; librarii enim, propter subito majorem inversionem vocum, locum non intellexerunt. In appellatione *sverð-*

Autumno¹ quum Sigvatus in reditu esset, fama de morte regis Olavi accepta, summo dolore affectus est. Tum hos versus composuit:

Stabam in monte prope oppida
mane diei, et recordabar
locum, ubi multi lati clypei
promissæque loricae dissiluerunt.
Recordatus sum eum regem,
qui olim primo (regni) tempore
terris contentus præerat. Eo tempore
Thordus pater meus apud eum versabatur².

dynviðir, *to dyn* mea conjectura est pro *dýrt*. *f) dýrt viðir þverðu*, *F*, *Hkr.*; ubi *dýrt* referri potest ad *vopn*; sed displicet hæc vox sic interjecta voci compositæ *sverð-viðir*; *ok blátt með herðu*, atque cum duritie lividum, *G,H*; *dýrt þat er við þverð-an*, *A*, sine sensu, quantum video. *g) sylgjar*, *C,D,G,H,S*, vide *i*. *h) sælt*, *C*. *i) Sic C,D,G,H,S*, qui legunt *sylgjar*; *vers*, *A*, *cet.*; nempe *ylgjár verr*, maritus lupæ, posset esse lupo, sed dubitavi an *verr* de brutis usurpetur. *k) Sic C,D,G,H,S*, *Hkr.*; *hinu*, *A*, *cet.* *l) fylgðu*, *F*. *m) Sic C,D,G,H,S* et *Hkr.*; *vigðu*, *A*, *cet.*

¹) De tempore, quod peregrinationibus religiosis impendebatur, vide *Celeb. E. C. Werlauffi Symbolas ad Geograph. medii ævi*, pag. 36.

²) Ordo: *Ek stóð á mont a) nær borgum um morgin, ok b) mintumst, hvar c) sundr brast d) mörg breið tjarga e) ok síðar brynjur. Ek munda þann f) konúng g) er forðum h) undi i) löndum k) öndverðan l) brum m); þórravör n) [faðir minn o) var þá þenna p).*

a) Sic D,G,H,K,S et *Hkr.*; *Mot*, *A*, *cet.* *Mont* non esse Moguntiam, sed Alpes, demonstravit *Celeb. Werlauffus* in *Symbolis ad Geogr. medii ævi*, pag. 41, not. 68, ubi hunc locum citat. *b) Sic Hkr.*; *er*, quando, *cet. omn.* *c) Hanc vocem add. G,H* et *Hkr.* *d) var*, rupta erat, *C*; *stó*, dissiliit, *D*; *flaug*, id., *G,H,K,S*. *e) targa*, id., *cet. omn.* et *Hkr.* *f) þar*, ibi, *S*. *g) konúngr*, *D,F,K,S*. *h) Sic cet. omn.* et *Hkr.*; *vörðum*, *A*. *i) Sic C,G* et *Hkr.*; *yndi*, id. (*y* pro *u*), *D,K,S*; *endi*, *F*; *hendi*, contra metrum, *A,I.* *k) lendum*, *C,F*; *landa*, *G*; *sundum*, *D*. *l) öndvarðar*, *C*. *m) Sic G,H,K,S* et *Hkr.*,

Sigvatus die quodam per oppidum aliquod transiens, cum audiret oppidanorum aliquem, qui uxorem amiserat, vehementer lamentantem, pectus plangentem, vestes discerpentem et mortem optantem, hos versus cecinit:

Hic vir se mori cupidum fatetur,
quod amplexu amicæ privatur;
magno constat amor, si (amatus)
mortuus deflendus est.

Ego vero, animo plenus et fugere metuens,
ob cædem principis, mihi amati, lacrimas
fundo. Nostrum damnum gravius
satellitibus regiis videbatur¹.

Sigvatus domum reversus, cum cognovisset se a multis vituperari, culpantibus quod regem Olavum male deseruisset, hos versus fudit:

cfr. Fornm. T. 5, pag. 81; *brym*, id. (*y* pro *u*), *A, D*; *brún*, *C, F, n*) Sic *D*; *Þoroðr*, id., *G*; *Þorraðr*, *S*; *Þorraendr*, *C*; *Þorðendr*, *A*, *Hkr.* o) Sic *C, D, G, H, K, S* et *Hkr.*; *ferð min*, *A*, *cet.* p) *þessa*, *D*, *advers. metro.* Thordum, patrem Sigvati, cum rege Olavo primis imperii annis esse versatum, memorat *Hkr.*, *Hist. Ol. Sti*, cap. 41.

¹) Ordo: *maðr læzt a) fús að deya*, *er b) missir meyar faðms: keypt c) er ást, ef gráta skal eptir of-látinn. En flótt d) styggr fullhuginn, sá er ann f) drottni g) fellir vígtár; konungs h) árum lízt vart torrek i) verra k).*

a) Sic *Hkr.*; *læzt*, dicebat se, *C, D, S*; *læt*, *A*, *cet.* b) Sic *Hkr.*; *ef*, *si*, *cet. omn.* c) *i. e. voluptas ex amore percepta superatur dolore amissæ rei amatæ; geyst*, immodicus, *K*, quod nec sensui nec metro convenit. d) Sic *C, D, F, K, L, S*, *Hkr.*; *ok*, *G*; *en*, *H*; *omitt. A.* e) Sic *H* et *Hkr.*; *flót*, *F, G*; *flöð*, *L*; *flot*, *A*, *cet. prave.* f) *varr*, *C*; *var*, *D, G, H*; *varð*, *K, S.* g) Sic *F, L* et *Hkr.*; *drottinn*, facili errore, *A*, *cet.*, *o*: cui favet dominus, sed tum præcedere debuerat *þeim er.* h) Sic *Hkr.*; *konung*, *A*, *cet.*, *prave.* i) Sic *D, G, H, K, S*, qui scribunt *torrek*, et *Hkr.*; *afrek*, *h. l. alienum*, *A*, *cet.* k) *vera*, per unum *r*, id., *D, F.* Confer *J. Olavii Diatriben* de cognatione spirit. pag. 45 sequ.

Albus Christus faxit, ut sentiam
 ferventis ignis supplicium,
 si volui Olavum deserere;
 ab hoc crimine purus sum.

Me Romæ fuisse, aliis in periculo
 versantibus, testes habeo plurimos
 homines ibi degentes; hac de re
 neminem unquam celatum volo¹.

Post Sigvatus ad aulam Magni regis se contulit et
 apud eum versatus est, atque in numerum auli-
 corum receptus, rege amicissimo usus est. Rex
 Svein Knuti filius in Daniam rediit, ibique par-
 tem imperii cum fratre Hörda-Knuto suscepit.
 Bjarnius Gulbraæ² poëta sic habet in Encomio
 Kalvi:

Curavisti, ut juvenes principes
 patrimonium pro hereditatis
 ratione obtinerent. Verum est, quod Svein
 soli Daniæ præesse satis habuit.
 Monstravisti, Kalve, Magno
 certandi cupido viam e Gardis
 in Norvegiam. Tu effecisti,
 ut princeps regno potiretur³.

¹) Ordo: *Hvitakristr láti mik hafa heitan a) eld at víti b),
 ef ek vilda firrast Olaf: ek em skirr um þat. Ek vask til
 Róms, i háska annara: hefik c) vatnæring d) vitni þar e) manna;
 ek leyni öld aldri því.*

a) Sic Hkr.; *heita*, cet. omn.; α : *at heita víti*, in ferventi
 inferno. b) *vita*, D. c) Sic cet. omn.; *berek*, profero, A. d)
 Sic D,F,L, Hkr.; *vatnæring*, in sing., C G,K,L; *vatnæring*, A,
 cet. e) Sic Hkr.; *þau*, eos, S; *ejus rei testes*, A; *svo*, sic, C,
 F; *þó*, tamen, H; *tum junge annara manna*. f) Sic C,D,G,L
 et Hkr.; *leyni*, F, α : *homines nunquam id celent; leynir*, ce-
 lant, A, cet.

²) Sic cet. omn.; *Gulberii*, A.

³) Ordo: *Þú læzt unga jöfra a) hafa b) erfð, sem c) til ræð
 hverfa; satt er, at Sveinn knátti d) sitja at e) einni Danmörk.*

Eadem hieme Svein Alfivæ filius in Dania morbo mortuus est; eademque ipsa hieme Knutus Potens in Anglia obiit idibus Novembribus die dominica¹, postquam trium gentium regnis, Angliæ, Daniæ et Norvegiæ septem annos, Angliæ ac Daniæ viginti quatuor, primum vero Daniæ soli tres annos imperaverat, rex autem fuerat viginti septem annos omnino². Post eum rex Angliæ fuit Haraldus, filius ejus; is in matrimonio habuit Gunnildam, Henrici³ filiam, quæ⁴ post tres⁵ annos sine prole decessit.

Cap. 239. Brevi post mortem regis Olavi Thorer Canis relicta Norvegia profectus est Hierosolyma, quem non rediisse multi perhibent. Filio Thoreris nomen erat Sigurdus, qui pater erat Rannveigæ, quæ Joni⁶ Arnii Arnidæ filio nupserat: horum nati erant Vidkunnus Jonis filius Bjarkeyensis⁷, Sigurdus Canis, Erlingus ac Jarthruda.

Cap. 240. Harekus de Thjotta domi suæ residebat, donec Magnus Olavi filius in regnum rediit et rex factus est. Tunc Harekus, ut regem

Kálfr kendut f) kappfúsum Magnúsi til landa g) or Görðum; ollu þær, at stillir of h)- fekk i) jörð.

a) nempe Magnus et Svein. b) sequentia hujus strophæ omitt. C. c) Sic Hkr.; *en, cet. omn.* d) Sic D, G, H, K, S; *mátti, id., F; kunnir, A, cet., eod. sensu, sed metro invito.* e) Sic *cet. omn.; d, A.* f) *kendi*, monstravit, A; *kendr, L, prave; cet. kendut.* g) Sic H, K, S, Hkr.; *handa, A, cet.* h) Sic conjeci; *hann, F; ok, A, cet. omn. et Hkr.* i) *fékkst*, acquirebatur, F; ut *stillir* sit dativus.

¹) Has voces solus A habet, *cet. omn.* omittunt, omitt. quoque Knytl. et Hkr., neque id. Nov. 1035 incidunt in diem dominicam. ²) annos tum natus triginta septem, add G, H, K, S, consentiente Knytl.; 27, C; 35, D. ³) imperatoris, add. C, D, G, H, K, S. ⁴) is, G, H. ⁵) quinque, G, H. ⁶) Johanni, C. ⁷) de Harekseya, C; et Harekus, D.

conveniret, in Thrandheimum profectus est; quem e navi egredientem Asmundus Grankelis filius, qui eo tempore cum rege versabatur, mortifera plaga vulneravit; quam cædem fretus gratia regis commisit. Postea a rege Magno procuratione ac præfectura Halogiæ ornatus est. De rebus inter Asmundum et Hareki filios intercedentibus prolixæ exstant narrationes.

Cap. 241. Kalvus Arnii filius, initio imperii Magni regis, aliquamdiu rempublicam ejus nomine præ ceteris administravit. Mox exstiterè, qui regi in memoriam revocarent, quid Stiklastadis Kalvus perpetrasset. Qua re animus regis difficilis Kalvo factus est ad obsequendum. Accidit aliquando, cum cives frequenti concione de rebus suis coram rege disceptarent, ut vir supra memoratus, Thorgeir Flekkus de Veradalo, regem adiret, de gravioribus quibusdam negotiis relaturus. Quem dicentem non attendens rex, propius adstantibus aures præbuit. Hic Thorgeir regem tam clara voce, ut qui intus erant omnes audirent, compellavit:

Loquere mecum,
rex Magne!
In comitatu¹ eram
patris tui;
tum ego percussum
caput inde retuli,
quum mortuum regem
supergrederentur.

Tu malam illam amas
et miseram gentem²,
domini proditores, qui
diabolo rem gratam fecere.

Tum adstantium quidam ingentem clamorem sus-

¹) acie, *G.L.* ²) Sic *D* et *Hkr.*; omitt. *A.*

tulerunt, alii exire Thorgeirum jusserunt. Rex vero eum ad se vocavit, causam ejus ita disceptavit, ut ipsi placeret, et suam ei amicitiam pollicitus est.

Cap 242. Post non ita multo rex Magnus convivio Högi in Veradalo interfuit. Mensis accumbenti ab altero latere¹ Kalvus, ab altero Einar Arcipotens adsidebant; tum enim eum in locum res pervenerat, ut Kalvus apud regem frigeret, Einar vero maximo in honore esset. Hic rex Einari: velim Stiklastados equitemus, res enim ibi gestas oculis cognoscere cupio. Cui Einar: de his nihil referre possum, jube Kalvum nutricium tuum ire, is poterit res ibi gestas demonstrare. Remotis mensis, cum itineri se pararent, rex Kalvo: ito mecum Stiklastados. Quod cum Kalvus necëssum esse negaret, rex surgens loquitur: tu vero ito, Kalve. Ab his exit. Kalvus indutis raptim vestibus, ei, qui sibi a calceis erat: Eggjam equita et domesticos meos jube omnia vasa² ante solis occasum navi imposita habere. Rex, comite Kalvo, Stiklastados equitat; descendunt equis; eo eunt, quo loco prælium fuerat. Hic rex Kalvo: ubi locus, quo cecidit rex? Kalvus, protensa hasta: hic jacuit, inquit. Rex: ubi tunc eras, Kalve? Ille: hic, ubi nunc sto. Rex, facie sanguinis instar rubente: adco securis tua pertinere ad eum potuit. Quo dicto Kalvus sui que omnes in equos insilierunt, rex vero Högum revector est. Kalvus cursum non stitit, antequam domum Eggjam pervenisset. Hic navis ornata ad terram stabat, omnibus quæ moveri poterant onusta, domesticisque stipatoribus instructa. Statim sequenti nocte Kalvus e sinu

¹) Hic ad ultimam paginam cod. C ventum est, omnem fere lectionem refugientem. ²) *fai] hūðfat, σρωματοδεσμους, G.*

navigavit, noctu interdique, prouti ferebat tempestas, cursum continuans. Mari pernavigato diu in regnis occiduis commoratus piraticam in Skotia, Hibernia et Hebudibus faciebat. Cujus rei meminit Bjarnius Gulbraæ poëta:

Frater Thorbergi! audivi Haraldi
ex fratre nepotem tibi favisse. Hæc,
qua te dignum præbuisti, amicitia
stetit, donec ab ipso violaretur.

Homines invidiosi calumnias
inter vos adsidue excitarunt.

Ea negotia Olavi filio
damno fuisse opinor¹.

Cap. 243. Magnus rex tantam in colonos cœpit severitatem exercere, ut multi gravibus pœnis, tam rapinis, quam cædibus, ab eo multarentur, inprimis Thrandi. Tum coloni inter se fremere, dicentes: quid demum facere cogitet rex iste, qui leges a bono illo rege Olavo positas violet, parum memor, nos injurias haud unquam æquo animo perpressos? Haud sane volet fortuna uti patris sui, aliorumve principum, quos, impotentiae et injustitiae pertæsi, e medio sustulimus. Talis fremitus multa regni loca pervasit. Sognenses copias cogebant, adversus regem decertaturi. Quo cognito amici regis, in colloquium congressi, decreverunt mittendum aliquem, qui regem de indignatione populi faceret certiozem. Consilio autem factum est, ut hæ partes ad Sigvatum sorte pervenirent.

¹) Ordo: *Þorbergs hlýri a) ! ek frá b) Haralds bróðurson c) göðan þér d) : þér gjörðuzt þess verðir ; því hélt unz hann ofspilti. Öfundmenn ykkirir vöktu iðula rög í miðli ; mér lízt Olafs arfa e) óþörf í þeim málum.*

a) i. e. Kalve. b) Sic G, H, K, S et Hkr.; *brá, A, cet.* c) Haraldi Severi ex fratre nepotem, i. e. Magnum Bonum. d) *þat, G; þik, K, S.* e) i. e. regi Magno.

Cap. 244. Sigvatus carmen brevius composuit, dictum carmen libere loquentis, cujus in principio memorat, videri regem in colonos nimis severum, hosque rebellionem adversus eum minari¹. Ille cecinit:

Audio tumultum esse ad austrum
inter Sognenses. Sigvatus, etsi regem
a tentanda cum populo pugna
sit dehortatus, ibit tamen, si dimicandum erit.
Induamus arma et regem
gladiis defendamus, valde cupidi
hujus conflictus. Quousque ejus
terra in periculo versabitur²?

¹) An carmen Parrhesiasticum integrum extet, nescimus. Præter strophas in hac recensione allatas Hrokkinskinna quinque servavit et Hkr. stropham carminis ultimam; præterea duas addit Cod. Flateyensis (v. celeb. P. E. Mülleri Disquis. de Snorronis fontibus &c. Hkr. T. 6, pag. 307, not. **, Fornm. S. 6, 44). Utrum stropha mox sequens ad carmen Parrhesiæ pertineat, an potius ad animos regionum confirmandos facta fuerit hac occasione, quæri potest.

²) Ordo: *Ek fregni a) at suðr með Sygnum. Sigvatr hefir lattan gram at freista b) fólkorrostu, ferr þó ef skulum berjast. Förum i vápn ok verjum c) konung d) hringum, vel lystir til þess fundar. Hve lengi skal hans grund tvist?*

a) *fregn*, Hkr.; jungunt Tom. 3, *ek ferr at fregn*, famam sequor, Tom. 6, *at fregn*, propter rumorem; cepi *at* pro subst., de contentione, certamine, h. l. de motu, rebellio. b) *fremja*, committere, *L*, obst. metro; *fresta*, differre, Hkr. T. 3; Celeb. *Magnusenius* in T. 6 conjecit *freista*, quam conjecturam nostra recensio confirmat; videtur tamen lectio *fresta* optime convenire præmisso in Hkr. argumento, quod tam a nostræ recensione, quam Hrokkinskinne discrepat. c) Sic *G*, Hkr.; *verjumst*, defendamus nos, *cet.* d) Sic Hkr.; *konungr* (vocat.), *cet.* omn. Posterior semistropha sic quoque construi potest: *förum lystir i tvist vápn! verjum vel konung ok hans grund hringum! hve lengi skal til þess fundar?* c: alacres tristia induamus arma! regem et ejus terram gladiis fortiter defendamus. Quamdiu erit, cum id prælium committetur?

In hoc carmine hi versus sunt:

Hakon, qui Fitis cecidit,
cum in cives facilis vulgo
haberetur, et hostiles rapinas
puniret, a civibus amatus est.
Postea semper populus leges
Adalsteinis alumni, perquam affabilis,
constanter observavit. Nondum coloni
hujus memoriam deposuerunt¹.

Ego colonos recte censeo elegisse
Olavos, nec non dynastas,
quod hi possessiones civium
securas esse jusserunt.
Strenuus ille Haraldi hæres et
Tryggvii filius, cognomines, jusserunt
manere eximias illas leges,

¹) Ordo: *Hákon a), sá er féll á Fitjum, hét fjölgegn ok réð hegna b) heiptar rán, ok c) firar unnu d) hánum. Síðan hélt Þjóð fast á lögum e) fjölbliðs Aðalsteins föstra. Bændr eru f) enn seinir af því minni g).*

a) *Hákun (v. Há Gunn), Hrokk., id., sed aptius metro. b) Sic G, H, Hkr., Hrokk.; þegna, cives, A, cet., ad constructionem et sensum minus commode, vide d. c) Sic cet. omn.; en, Hkr., Hrokk., sensu non variante; af, A, forte corrupte ex ok, vide d. d) Sic Hkr., quod sensus et syllab. metric. consonantia postulare videtur; undu, G, H, K, S et Hrokk., confusis ut verbis *una (undi)*, adquiescere, et *unna (unni, unti)*, diligere, vide *Celeb. Raskii Anvisn. t. Isl., §. 247 et 251; ráku, A, cet.; firar ráku af hánum rán heiptar þegna*, cives ab eo rapinas hostium propulsaverunt; quod etsi de incursionibus Eirikidarum dictum possit accipi, tamen minus aptum h. l. videtur, remanente difficultate circa *ok réð*. e) Sic G, H, K, S, Hkr., Hrokk.; *dögum, A, cet.*, vix recte. f) Sic omn.; *er, A. g) Sic G et Hrokk.; er minnir*, quod meminerunt, Hkr.; *at minnir*, id., A, cet., sensu non multum discrepante; illud tamen specialius ideoque aptius dictum videtur, hæc magis generatim, et voculæ *enn* minus convenienter.*

quas subditi ab iis acceperunt¹.

Ne consilarii tui, o rex!

irascantur libere loquenti!

hæc mea dicta conferunt

ad tuam, domine princeps, gloriam.

Coloni, nisi mendacium dicunt,

confirmant, populum aliis pejoribus

legibus uti, quam quas olim

dedisti civibus in Ulvasundis².

Quis te hortatur, princeps,

in expetenda vindicta severe,

¹) Ordo: *Ek hygg karlfólk a) knáttu kjósa rétt, af því at b) Olafar c) ok svá jarlar d) gáfu frið eignum lofða e). Arfi f) Haralds ok hvardyggr g) sun h) Tryggva lét þau laukjöfn i) lög haldast k), = lýðir l) þágu at m) þeim nöfnum.*

a) Sic Hkr. et Hrokk.; *kallsfólk, A, cet.* b) *er, id., Hkr.* c) Sic *G, H, S, Hkr.; Olaf, A, cet.* et Hrokk. d) i. e. Eirikus et Svein, Hakonis filii; *jarla, G, H et Hrokk., ut pendeat a kjósa, sed tum præcedere debuit Olafa, etsi sensus idem sit.* e) Sic *G, H, K, S, Hkr. et Hrokk; höfðu, A, cet.,* quod haud facile est cum ceteris conciliare. f) i. e. Olavus Sanctus; *arfa, A.* g) Sic Hkr., Hrokk., *cet. præter A, L; hugdyggr, animosus, L; höggdyggr, A; forte deprav. ex haukdyggr. h) son, id., G, H, S, Hkr.; svá, A, cet.; sonr, Hrokk. i) allio æqualis, i. e. eximius. k) Sic Hkr.; halda, cet. omn. et Hrokk. l) liðar, socii, Hrokk. m) Sic cet. omn., Hkr. et Hrokk.; af, A.*

²) Ordo: *Ráðgjafar yðrir a), konúngr. skulut reiðast við bersögli; þat orð ryðr c) til dýrðar d) drottins, döglingr. Búendr e) kveða f) landherr hafa önnr verri lög, en þú hezt mönnum endr í Ulfasundum g), nema ljúgi.*

a) Sic *cet. omn. Hkr. et Hrokk.; yðr um, A.* b) Sic *cet. omn., Hkr. et Hrokk.; skulu, A, prave.* c) Sic *cet. omn., Hkr. et Hrokk.; ryð er, A, prave.* d) Sic *omn.; exciderunt hæ duæ voces in A.* e) *konúngr, L.* f) *kveðast, dicunt se, cet. omn., Hkr. et Hrokk.; tum jungendum, nema ljúgi landherr.* g) Fretum situm ad latus meridionale promont. *Stad; hic comitia habuisse regem Magnum, imperio Norvegico recens positum, loquitur poëta, tacentibus historicis. Schöning.*

qui sæpe tenues enses experiris,
 ut datam a te fidem migres?
 Virorum rex, victoriis præclarus,
 datam semel fidem constanter
 servare debet. Bellicose princeps,
 te minime decet violare promissa¹.

Quis te hortatur, administrator prælii,
 ut subditorum pecora mactes?
 nimium sibi sumit rex, quicumque
 hoc intra fines regni facere audeat.
 Nemo antea tale consilium
 juveni principi dedit. Tuos,
 rex, subditos rapinarum pertæsos
 esse credo. Indignatur multitudo².

Oppressor furum, cautionem adhibe
 contra incertum hominum
 rumorem, qui hic nunc volitat;

¹) Ordo: *Heiptar stránger harri, hverr eggjar þik at gánga á bak þinum a) málum; þú reynir opt þunn stál. Fengsæll b) þengill firða skyli c) vera fastorðr. Hjaldr d) -magnaðr e), þér hæfir f) aldri af rjúfa heit.*

a) Sic omn.; *þinna, A.* b) *fengsæll* nihil aliud est quam *fángsæll*, in prædis agendis felix, h. l. epithetum regis honorificum, ■ fortitudine et gloria bellica desumptam. Alii jungunt *fengsæll firða*, qui animos civium conciliare studet, *Nordens g. Digtek. p. 189, Anvisn. t. Isl. p. 255.* Sequor Hkr. T. 6 ad hunc locum. c) Sic omn.; *skuli, id., A.* d) *hildr, L,* rectius *hildar.* e) Sic *D, G, S;* Hrokk.; *mögnaðr, id., Hkr.;* *magni, A,* forte idem, vel nomen filii Thoris, in appellationibus poëticis rarissime usitatum. f) Sic Hkr., Hrokk.; *hæfi, A, cet.*

²) Ordo: *Hjaldr a) -gegnir b), hverr eggjar þik höggva þú þegna? jöfri er ofrausn, at vinna þat innanlands. Öngr hafði c) áðr ráðit d) svá úngum bragningi. Herr er reiðr.*

a) *Hildr* (rect. *hildar*), *L;* *hjálms-*, clypei, *A,* qs. curator clypei. b) *gegna, H, Hrokk., v: höggva hjaldrgegna þúþegna,* bellicosos colonos percutere. c) *hæfði,* convenit, expedit, *G;* tum ante leg. *öngum.* d) *ráða, G.*

manus justo modo amputanda.
 Is verus est amicus, qui alterum
 monet. Tu vero, qui exhilaras alitem,
 calidorum vulnerum fonte gaudentem,
 postulatis rusticorum aures præbeas¹.

Periculosum est, quod omnes cani
 senes regi se opponere statuerunt,
 quemadmodum audiui; cui rei
 aliquo consilio occurrendum est.
 Formidolosum est, quod comitiales
 capita conferunt et nasos

¹) Ordo: *Veltir a) þjófs b), gjalt þú varhuga viðr þeim hölda kvitt, er nú ferr hæðra. [Hönd skal c) of-stytta i hófi. Vinn d) [er sá, er e) býðr f) varnað g); en h) teitir i) varmra benja k) tár-mútaris l) hlyði m) til hvot n) búmenn vilja.*

a) *veltar (væltar), Hkr., ɔ: veltar kvitt, famam de prodicione, a velt, vælt, proditio, dub.; quatuor Codd. Hkr. legg. veltir, quod veram esse lect. censeo; veltir þjófs est honorifica regis appellatio, justitiam exercentis. b) þjóð, G, contr. metr. c) skal hverr, G; ek, inserit A post skal; proverbialis locutio est hujus sensus: modus in puniendo observandus. Num sententia sic ordinanda: hönd skal stytta of i hófi, nimium quodvis moderata manu resecandum? d) omitt. K,S; vinn, Hkr., ubi tres Codd. habent *vinr er sá er*, quod h. l. veram esse lect. puto. e) Sic K,S, vide d; sá er, omisso er ante sá, A; er, H; ek, Hkr., ɔ: ek vinn varnað, moneo; emk, G; em ek, Hrokk. Huic proverbio simile est illud tritum: *sá er vinr, er til vammis segir*, amicus est, qui de vitio monet, it. *Havamál*, 126, *era sá vinr, er vilt eitt segir*, non amicus est, qui grata tantum loquitur. f) býðk, jubeo, Hkr., Hrokk.; býð ek, id., D,G,H. g) vörnuð, id., D,G, Hrokk. h) ek, add. A post en, sed D,G, H ante en. i) Sic K,S, Hkr.; teiti, A, cet., Hrokk., forte idem, ut *visir et visi*. k) beina, ossium, K,L; beima, viro- rum, A; utrumque prave h. l. l) muteris, G,H,S; musteris, K, utrumque prave; Edd. Snorr. affert vocem *mútar*, accipiter, rectius ut puto *mútar* (i. e. *mútar*), gen. *mútar*s, et per epenthesisin *rov i, mútaris*. m) hlyðir, audias, G; hlyðit, audiat, D,H, Hkr., Hrokk. n) hvat, Hkr., Hrokk., usitate.*

in pallia demittunt; altum
silentium præclusit vocem civium¹.

Hoc unum omnes conqueruntur:
meus dominus fundos avitos
subditorum suæ possessioni adserit;
exasperantur illustres coloni.
Colonus injuriam sibi fieri putabit,
si ob temere latam sententiam
patrimonium suum regiis

¹) Ordo: [*Þat er a) hætt er allir hárir b) menn ætla c) at c) móti skjöldungi, er d) ek heyri; áðr skal ráða hót við þvi. Þat e) er greypt f), er g) þingmenn hneypta h) höfðum ok i) stinga nösum niðr í felda k); heldr hefir slegit þögn á þegna.*

a) þeim, G,H, 3: hætt er skjöld. þeim, allir etc., in periculo versatur is princeps, cui omnes etc., ubi þeim valet þeim er. b) Sic D,H,K,S, Hkr., Hrokk., Edda Snorr. p. 331, it. Fagurskinna, quæ duas modo strophas Parrhesiæ habet; háir, excelsi, A, sed invito metro; intelliguntur majores natu de populo. c) ætlast, Hkr., eod. sensu. d) Sic cet.; ef, si, L; en, A. e) vær, L, vide g. f) Sic G,H,K,S, Hkr.; greift, Hrokk.; græft, Fagursk., ubi f est sec. vulgarem prolationem, non bona scriptione, nam est in masc. greipr v. greypr; greyp, A, ut sit loco substantivi. g) Hanc vocem recepi ex Fagursk.; omitt cet., in quibus þat valet þat er, id quod; forte vær in L inde depravatum. h) hneyfta, id., Fagursk. (rect. per p); hnepta, id., G, H, Hkr.; hnefta (rect. per p), id., Hrokk.; hnypta, id., L. Sequor h. l. interpretationem Hkr. T. 3., quæ quantum video recte se habet. Hkr. T. 6, jungit stinga höfðum ok nösum niðr í hnepta felda, in pallia globulis restricta, a verbo hneppa, globulis fibulare. Immo hnepta ceteræque formæ idem valent ac hneppa, conjungere, (ut skrækta=skrækja in Hrokk., vita Ol. Tranquilli), cfr. Anvisn. t. Isl. §. 395; hinc hnepta, hneypta, hnypta höfðum, conferre capita, quod in vita Gretteris cap. 76. exprimitur per at hnippa kolli hveir ad öðrum, et ibid. in sequ. carmine, at halda saman nefjum et höggvast til skeggjum. i) Hanc voculam recepi ex Hkr., Hrokk., et Fagursk.; omitt. cet. omn. k) Sic cet.; feldi, id., Hrokk.; feldan, A, prave.

præfectis tradere cogitur¹.

Hæc admonitio regis animum ad meliora flexit, et multis aliis eandem rem coram rege loquentibus factum est, ut rex adhibitis viris prudentissimis leges dictaret, hodieque in Thrandheimio vigentes, dictas Gragasam. Rex Magnus gratiam et amorem civium sibi conciliavit, quam ob causam Bonus appellatus est.

Cap. 245. Magrus Norvegiæ rex et Hördaknutus rex Danorum primo inter se dissidebant. Cujus dissidii incolæ Daniæ et Norvegiæ pertæsi, missis pacis internuntiis effecerunt, ut ipsi reges ad Albim congressi pacem facerent mutuoque fraternitatem jurarent, his conditionibus, ut, si diverso tempore obirent, utercunque nullo relicto filio posterior decessisset, hic in regnum alterius succederet. Haraldus Knuti filius, Angliæ rex, quinque annis post mortem Knuti Potentis, patris sui, obiit. Tunc Hördaknutus imperium Angliæ

¹) Ordo: *Eitt er mál, þat er mæla: minn drottinn leggir a) sína b) eign c) á öðal d) þegna e); göfgir búendr öfgast f). Seggr mun telja g) raun h) i því, er i) konúgr selr greifum k) út l) sína föðurleif m) at flaums n) fellidómi.*

a) *lét*, Hrokk., eodem sensu. b) *sinna*, suorum, Hkr., T. 6, refer ad *þegna*; vulgo tamen dicitur *at kasta eigu sinni á eitt-hvað*. c) Sic *cet.* omn.; *einn*, A, repugn. metro. d) *öðöl*, plur., Hkr. e) *þínu*, contra metrum, Hrokk. f) *öfsgast*, vires colligunt, G, Hrokk., durius ad metrum. g) *dvelja*, Hrokk., prave, ut videtur. h) *rán*, rapinam, L, Hkr., Hrokk. i) *ef*, id., G, II, Hrokk. k) Sic et 3 Codd. Hkr., h. l. id. qu. *lendir menn; reiði*, Hkr., Hrokk.; in Hkr., quæ legit *föðrleifð konúngs reiði*, desideratur consonantia syllabarum metricarum, unde apparet duas lectiones hic confundi, cum alii legant *fulleið konúngs reiði*. l) Sic *cet.* omn., præter L, A; orð, L; öðrum, A. m) *föðr leifð*, Hkr., usit.; *fulleið*, Hrokk., quod puto idem esse ac *full leið*, quod duo Codd. Hkr. habent, ꝛ perquam odiosa. n) *fráns*, Hrokk., advers. metro, forte ex *fláns* depravatum.

suscepit, qui cum Angliæ Daniæque duos annos rex præfuisset, sine prole decessit.

Cap. 246. Rex Magnus Olavi filius mortuo Hördaknuto in imperium Daniæ successit, tumque rex factus est et Daniæ et Norvegiæ. Hoc autem tempore Dania bellis infesta erat, regnum armis appetente rege Sveine Ulvi filio, adversus quem rex Magnus prælia commisit et superior discessit.

Cap. 247. Rex Magnus Ulvildam sororem suam Ottoni Saxonæ Duci nuptum dedit. Horum filius erat Magnus, amplæ stirpis auctor; quo generis auctore duces Brunsvikenses genus ad regem Olavum Sanctum referunt. Rex Magnus cum exercitu in Vindlandiam profectus, Jomsborgam expugnatam cremavit, terramque late igne vastavit. Quo facto in Daniam reversus exercitum dimisit, ipse vero parvo stipatus præsidio remansit.

Cap. 248¹. Eodem autumno rex Magnus, cognito, Vindlandos cum immensis copiis adventare, exercitum coëgit et quas comparare potuit copias adversus eos duxit; ducenti auxilio venit dux Otto affinis ejus. Occurrerunt Vindlandis in saltu Hlyrskogensi, non procul ab Heidabæo, ubi Magnus ac milites sui super clypeos strati sub dio pernoctarunt. Postero die, qui erat pridie festum Michaëlis, advolarunt speculatores regii, qui exercitum Vindlandorum viderant, confirmantes regi nullas esse copias ad resistendum. Quo audito timor ingens exercitum pervasit, multique regem ad fugam hortati sunt. Ipse magnopere sollicitus erat, quod nunquam fugam capessiverat; decernere voluit, si qua spes resistendi militibus esset. Dux Otto, ut resisterent,

¹) In hoc capite Cod. C. omnino explicat.

hortabatur. Quibus curis cum teneretur rex, somno oppressus est¹. Rex Olavus Sanctus, pater ejus, in somnis ei apparuit, dicens: an timetis ingentem illum paganorum numerum? nolite hunc timere, vobis enim adero; surgite! ite in prælium, cum tubam meam audieritis! estote animis fidentes et timore vacui! Rex oriente sole experrectus somnium retulit suis. Quo audito milites lætati, animos confirmarunt. Mox Vindlandos conspicati amnem Skotborgensem transeuntes, milites Magni regis supra se in aëre campanæ sonitum audivere, quem omnes, qui Nidarosi fuerant, similem esse pulsatæ Gladæ campanæ, quæ in æde Clementis in emporio est, cognoverunt. Post hæc rex Magnus lorica se exuit, in manum sumpsit securim, quæ Hela dicitur, ab rege Olavo gestatam, et confestim progressus exercitum Vindlandorum adortus est. Hoc testatur Arnor dynastarum poëta:

Rex viribus inexhaustus, latam
gestans securim, in pugnam
vasit, abjecta lorica. Circa regem
Hördorum strepitus ensium exstitit.
Principe ambabus manibus
manubrium complectente,
Hela dissecuit pallida crania:
Deus de possessione regni decrevit².

¹) *Geisli* v. 28-30.

²) Ordo: *Óðæsinn a) ræsir óð fram með breiða öxi ok b) varp brynju c); hjörðynr varð um d) hilmr Hördá. Þá er jöfurr spendi tvær e) hendr um f) skapt, [klauf Hel fölva hausa g), en skapvörðr h) himins skipti i) jörðu.*

a) *óðræsinn*, D, H, L, obscure; sequor interpretationem Cceleb. *Magnusenii* in Hkr. T. 6 allatam, quæ mihi unice recta videtur; alii volunt *odd-æsinn*, gladio excitatus; alii vertunt: furore sæviens, quasi scriptum esset *óðæsinn*, quod utrumque nisi me sensus fallit, aliquid ingrati habet. b) *er*, quando,

Eo prælio Magniani tam acrem impressionem fecerunt, ut Vindlandi pedem referrent. Quorum qui in prima acie constituti, cum terga vertentes a proximis resistentibus, quominus fugerent, impedirentur, alii super alios ceciderunt, rege ac suis stragem hostium veluti pecorum edentibus. Ferunt rerum periti, hanc maximam in regnis borealibus, ex quo christiana religio introducta fuerit, stragem editam fuisse. Deinde fugientibus instantes immensum hostium numerum conciderunt. Qua de re sic Thjodolvus poëta:

Novi Haraldi ex fratre nepotem
 primum omnium in acie
 stetisse. Corvus præsensit sibi
 certissimam prædam datum iri.
 Quo Magnus fecit prælium loco,
 texere saltum, mille passus latum,
 cadavera cæsorun. Fugientium
 Vindlandorum strages late patuit¹.

Cap. 249. Guthormus nomen erat filio Ketilis Vituli de Ringuneso et Gunnildæ, sororis regis Olavi Sancti. Hic piraticam in insulis maris occidentalis facere solitus, Dublini in Hibernia pacta securitate hiemabat, rege Margado amicissimo usus. Æstate quadam rex Margadus socio Guthormo in Britanniam profectus, immensam

Hkr. c) hysterologia, pro *varp brynju ok óð fram*. d) Sic G, Hrokk.; of, id., D, S, Hkr.; und, A. e) Sic K, S, Hkr., Hrokk.; *tveim, A*, quod non procedit, nisi legas *höndum*. f) of, id., Hkr., Hrokk. g) Sic *cet. omn.*; omitt. A. h) Sic *cet. omn.*; *skapvörð, A*. i) Sic G, H, Hkr., Hrokk.; *skeptir, A*, h. l. prave.

¹) Ordo: *Hykk Haralds bróðurson stóðu framast manna í hundraðs flokki: hrafn vissi sér hvassast hungurbann. Þar er Magnús barðist, varð höggvinn valr at hylja rastarbreiða heiði; flótti Vinda lá vitt.*

prædæ vim nactus est. Dein in fretum Önguli¹ classe invecti, prædam dividere parabant. Quum vero prolata esset in medium ingens illa argenti summa et omnis generis res pretiosæ, rex amicitiam cum Guthormo initam nihili faciens eam pecuniam sibi soli vindicavit. Guthormus se suosque pacta spoliari prædæ parte, ægre ferebat. Rex duas ei obtulit conditiones, unam, ut rem suo arbitrio decerni pateretur, alteram, ut commisso prælio, qui vicisset pecunia potiretur, ipse navibus excederet, has enim suas fore. Guthormus se magna utrinque difficultate premi intelligens, quod navium et pecuniæ jacturam nulla sua culpa facturus sibi videbatur, cernebatque quam periculosum esset, adversus regem tantis adjutum copiis configere, cum copiarum utriusque tantum esset discrimen, ut regi sedecim² essent naves longæ, Guthormo quinque: trium noctium spatium a rege petiit, ut cum suis hac de re deliberaret, quo tempore facturum se existimabat, ut regis animus mitigaretur et causa sua suorum intercessione regi amicior redderetur. Quæ vero petebat, ab rege non impetravit. Erat vespera pridie festum Olavi; tum Guthormus, honestam mortem victoria partam contumeliæ et ignominia et flagitii infamiæ præferens, invocavit Deum et regem Olavum Sanctum, cognatum suum, horumque opem et auxilium imploravit, decimam partem totius prædæ, quam victoriam adeptus obtinisset, ædi Sancti Olavi daturum pollicitus. Quo facto instructam aciem ingenti illi exercitui opposuit, et prælium commisit. Hic auxilio Dei et regis Olavi Sancti victoriam adeptus est; ibi cecidit Margadus rex, omnesque qui eum comitati erant. Post hanc miraculosam

¹) Öngulseyæ, G, K, S. ²) quindecim, G.

victoriam Guthormus, pecuniis onustus prælio acquisitis, ex hac expeditione lætus rediit. Exempta decima pars argenti, quæ regi Olavo Sancto vota fuerat, tam immensam pecuniæ summam effecit, ut Guthormus eo argento statuam ad magnitudinem staturæ suæ aut proretæ sui faciendam curaret, quæ statua hominum qui nunc sunt staturam longe superat. Quam statuam sic effectam ædi regis Olavi Sancti dedicavit, eaque exinde in memoriam victoriæ ab Guthormo reportatæ et miraculi ab rege Olavo Sancto editi eo loco mansit.

Cap. 250. Evenit¹ in Græcia, regnante imperatore Alexio, ut in terram² Blakumannorum³ imperator exercitum duceret. Delato in campos Persinorum⁴ occurrit rex paganorum cum invicto exercitu, adductis eo equitibus et plastris prægrandibus, quibus propugnacula portis instructa militaribus imposita erant. Qui cum locum nocturnæ mansioni pararent, continua plastrorum serie castra præmuniebant, extraque ingentes fossas ducebant, quibus rebus munimentum castelli magnitudine efficiebant. Rex paganorum erat cæcus. Ubi Græcorum imperator huc pervenit, aciem in campis extra munimentum plastrorum pagani constituere⁵, Græcis ex adverso aciem suam collocantibus. Mox utrique procurrentes prælium commiserunt; Græcis tam adversa fortuna fuit, ut magna accepta clade fugerent, pagani victores discederent. Dein Franci et Flæmingi in aciem ab imperatore vocati pro-

¹) Confer Radii stroph. 49-53. ²) campos, S. ³) Lokumannorum, L; intelligitur Vallachia, vide Hkr. Tom. 3, p. 404, not. c. ⁴) Perinorum, D, K, S; Persinorum, F, I; Peizinorum, G; Pezinorum, Rad. stroph. 49 et Hkr. h. l., quam adeas. ⁵) Pro *vagnaborg hinna heiðinna manna* legendum est *vagnaborgina enir heiðnu menn*, aut simile quid.

cucurrerunt et praelium commiserunt; quorum multi eadem qua priores fortuna usi terga verterrunt, omnibus quibus fuga non pepercisset occisis. Qua re factum est, ut imperator Græcorum militibus suis graviter succenseret. Illi respondentes jusserunt eum Væringos, utres suos viarios, auxilii ergo adire. Quibus imperator: nolle se quos maxime faciat ita prodigere, ut paucos homines quantumvis acres tantæ multitudini objiciat. Heic Thorer Helsingus¹, qui Væringis eo tempore præerat: si vel ardens ignis objectus esset, ego meique commilitones in eum incurreremus, si hoc pacto tibi, imperator, pacem redimi posse scirem. Imperator: vos regem, inquit, Olavum Sanctum auxilii et victoriæ gratia invocate. Væringi quinque armatorum centurias effecerunt. Hi datis dextris votum fecerunt, polliciti curaturos, ut ædes suo sumtu et bonorum virorum auxilio Constantinopoli conderetur, eademque in honorem et gloriam regis Olavi Sancti educeretur. Hoc nuncupato voto in campos procurrunt. Quibus visis pagani regi indicant, emissos a Græcis adventare, hos exiguam tantum manum esse dicentes. Rex interrogat: quis vir ille augusta specie, qui advenientes albo equo prævehitur? Illi: neminem videmus, inquiunt. Pagani autem numero tantum prævalebant, ut sexaginta milites singulis christianis opponerent. Neque tamen eo minus Væringi audacter in praelium iverunt. Cum vero congregerentur, pagani terrore consternati fugere cœperunt, quorum magnus numerus confestim est a Væringis cæsus. Quo viso Græci et Franci, qui antea fuerant a paganis in fugam acti, facto impetu fugientes una pepulerunt; tum vero Væringi in munimen-

¹) Sic ceteri; *belgîngr, A.*

tum plaustorum irruperant, ubi maxima hostium strages edita est. Regem paganorum in fuga captum Væringi secum reduxerunt, christiani vero castra et plaustorum munimentum expugnaverunt¹.

Cap. 251. Erat² in Dania comes quidam, malus et invidiosus. Serviebat ei ancilla quædam Norvega, ex Thrandheimio oriunda, quæ regem Olavum colebat ejusque sanctitatem veram esse constanti fide credebat; comes vero, de quo mentionem feci, vera esse dubitavit, quæ ei de miraculis hujus sancti viri relata erant, nil nisi famam esse et incertum rumorem dicens, ludum jocumque habens, qua bonus ille rex a populo ferebatur laudem et gloriam. Cumque³ adesset festus ille dies, quo benignus ille rex vitam posuit, qui dies ab omnibus Norvegis festus agitur, hunc diem insipiens iste comes festum celebrari noluit, jubens ancillam hoc die furno calefactato panem coquere. Quæ insanix hujus comitis gnara, quod crudeliter ulturus foret, ni imperata faceret, protinus opus adgressa, furno calefacto coquere panem cœpit, inter opus lamentans et minitans, se nunquam in regem Olavum credituram, nisi aliqua animadversione hoc nefarium facinus puniret. Nunc meritas pœnas veraque miracula audire vobis licet: eodem ipso momento, [quo comes iste placetas ambobus oculis con-

¹) Quibus confectis rebus, imperator Constantinopolin reversus, ædem quam voverat extruendam sanctæque virgini Mariæ et regi sancto Olavo dicendam curavit; Væringi vero luic sacræ ædi tantum pecuniæ adtribuerunt, ut multæ res pretiosæ reliquæ essent, cum ædes exstructa erat intusque ornata omni illo honore et magnificentia, quo Deum et regem Olavum Sanctum celebrare potuerant, add. K. ²) vide Radium, str. 32-33, et Hkr. T. 3, p. 115. ³) Pro *enn* legendum *en* er.

spiciebat¹, quicquid panis in furnum injecerat in lapides mutatum est, ex quibus lapidibus pars ad ædem Sancti Olavi, pars ad multa alia loca deportata est².

Cap. 252. In Vindlandia ad occidentem fuit vir quidam adeo corpore debilis, ut, membris captus, genibus et pugnis nitendo se moveret. Is, cum forte in via obdormivisset, per somnum vidit hominem eximia specie ad se accedentem, et quo cogitaret interrogantem. Villam aliquam nominanti idem vir, formæ dignitate conspicuus³: ad ædem Olavi, inquit, quæ Londini est, te conferas, ibi convalebis. Somno experrectus statim in viam se dedit, ædem Olavi petiturus. Tandem ad pontes Londinenses delatus quæsivit ab oppidanis, an dicere possent, ubi ædes Olavi esset. Ille plures ibi ædes esse, quam ut scirent, cui quæque dicata esset, demonstrarunt. Paulo post vir quidam ad eum accedens, quo tenderet quæsivit. Quod cum indicasset, is qui advenerat: nos ambo, inquit, una eamus ad ædem Olavi, viam eo ducentem novi. Ab his pontes transgressi, viam quæ ad ædem Olavi ferebat, ingressi sunt. Cum vero ad portam cœmeterii venissent, alter limen portæ transcendit, qui vero membris captus erat, limine volutatu superato, incolumis surrexit. Qui cum oculos circumferret, comes e conspectu ablati erat.

Cap. 253. Rex Magnus Bonus, regis Olavi Sancti filius, Norvegiæ, ut antea dictum est, imperavit. Versabatur apud eum Rögvaldus, filius Brusii dynastæ. Eo tempore Thorfinnus dynasta, Sigurdi filius, patruus Rögvaldi dynastæ,

¹) Locus in Textu est depravatus et dubiæ interpretationis; cet. omn. et Hkr.: comes iste ambobus oculis cæcus evasit. ²) Semper exinde festum Olavi in Dania celebratum, add. F, G, S; cfr. Rad. stroph. 33. ³) h. l. lacuna incipit in D.

Orcadibus¹ præfuit. Rex Rögnvaldum dynastam in Orcades misit, mandans, ut² relictum a patre imperium adiret. Huic Thorfinnus tertiam imperii partem, quantum Brusius pater ejus moriens tenuerat, concessit. Id temporis Thorfinnus in matrimonio habuit Ingibjargam dynastarum matrem, Finni Arnidæ filiam. Rögnvaldus duas regni partes suas esse vindicavit, quas patri ejus Brusio rex Olavus concessisset, Brusiusque eo regnante tenuisset. His initiis ortæ inter hos cognatos contentiones, de quibus prolixæ exstant narrationes. Confluxerunt in sinu Petlandico, in quo prælio Kalvus Arnii filius partes Thorfinni dynastæ secutus est, teste Bjarnio Gulbraæ poëta:

Audivimus, Kalve, quam strenue

Finni genero navasti operam

in præliis. Tu cito navibus

dynastam mari agressus es.

Cumulator auri, spiritus

fregisti Brusio prognati,

Thorfinno vero, irarum

memori, opem tulisti³.

¹) Sic *cet.* et *A* ex correctione; Norvegiæ, *A*. ²) h. l. cod. *G* explicat.

³) Ordo: *Frágum, Kálfr, hve fylgðuð mági Finns a) um dylgjur; ok þú létzt snarla lagt b) snekkjur at jarli c) á sjá. Allfúss d) hlæði ruðr e), þú vant eyða úræði syni f) Brúsa, en tēðut g) heiptminnigum h) Þorfinni.*

a) i. e. Thorfinno dynastæ. b) sett með, L, c: naves in mare deduxisti cum dynasta (opem laturus dynastæ); tum jarl de Thorfinno intelligendum. c) intellige Rögnvaldum dynastam, Brusii filium. d) ófúss, invitus, Orkn. S. cap. 22, 3 et Hkr. Magn. Bon. 37, var. l.; óðfúss, vehementer cupidus, K, L; oddfúss, mucronis (gladii utendi) cupidus, bellicosus, Hkr. l. c. legendum puto álfúss, vide mox e. e) Sic quoque Orkn. S, l. c.; hugr, animus, K, L, S, Hkr.; accipiunt interpr. hlæði pro hló, lætus erat animus, cujus anomalie exempla non suc-

Rex Magnus sanctas reliquias regis Olavi diligenter conservavit, ejusque capillos et ungues secuit. Vergente ætate Magni regis Haraldus Sigurdi filius in Norvegiam venit. Hi ambo per unam hiemem imperium Norvegiæ administraverant, cum rex Magnus in Jotia, Daniæ provincia mortuus est. Quo extincto rex Haraldus, frater regis Olavi Sancti, Norvegiæ præfuit, et sanctas reliquias regis Olavi, ut antea Magnus fecerat, servavit. Ubi vero Haraldus expeditionem paraverat, in Angliam profecturus, scrinium regis Olavi clausit, clavimque in Nidam conjecit; sunt quoque qui dicant, eum clavim in mare ante Agdanesum conjecisse. Tunc elapsæ erant a morte regis Olavi anni triginta quinque, totidem nempe, quot his in terris vixerat rex. Ex hoc vero tempore scrinium regis Olavi reclusum non est. Regi Haraldo, cum classe ad Solundas staret, per quietem apparuit rex Olavus, hos versus pronuntians:

currunt, nec referre satis est ad *hlægja*, risum movere, ut *hlæði* sit pro *hlægði*, nam *g h. l.* durius est, quam ut eliminari in pronuntiatione facile possit. Scribendum puto *hlæði-ruðr* (a *hlæða*, cumulare, et *ruðr*, id. qu. *runnr*, arbor), qui cumulat; præcedens *allfúss* legendum puto *ál-fuss*, ab *ál-furr*, ignis gurgitis, aurum; sic *hlæði-ruðr ál-fuss*, vir, ut *hlæðir hodda*, Njal. 23, 2. *f) sonar*, in gen., *K, L, S*, sensu eod. *g) tæðit*, (rect. *tæðir* v. *tæðut*), *L*; *rèðut*, mendose, ut puto, pro *tèðut*, ceterum *to tèðut* hoc nostro loco non patitur literarum metricarum lex, quare suscipienda lect. Orkn. S. l. c. *hlèðut*, tutatus es, defendisti (h. l. opem tulisti), = verbo obsol. *hljá*, defendere (unde vox trita *hlè*), quam formam occurrere puto Edd. Snorr. 159, 6 et 163, 4 apud vetustissimos poëtas, Einarem Lancicrepum et Halfredum. Forte lectio *tèðut*, quæ eundem sensum dat, glossa est insolentioris formæ *hlèðut*, et lectio *hugr* pro *ruðr* substituta, ad evitandam *æqqvðmuav*, neglecto poëticæ orationis tenore. *h) heiptminnigr*, *K, L, S*; quod ad Kalvum referendum.

Ego, ceber ille rex Crassus, plurimis
victoriis gloriam meam amplificavi,
eo quod domi me continebam,
et sanctam mortem appetivi.

Metuo, ne fato subito ad mortem
voceris; tuum te, rex, extremum
consilium in caedes rapit funestas;
Deus hanc rem non efficit¹.

In hac expeditione rex Haraldus in Anglia cecidit.

Cap. 254. Olavus nomen erat filio regis
Haraldi, alteri Magnus; hi regi Haraldo in impe-
rio Norvegiæ successerunt. Rex Magnus brevi
vixit; quo mortuo Olavus rex Norvegiæ factus
est, princeps apud populum graciosus pacisque
studiosus; is ædem in emporio faciendam cura-
vit eo loco, ubi corpus regis Olavi primo fuerat
sepultum, quam ædem omni ex parte exornavit
Christoque consecrari jussit; erat tunc ibi scri-
nium Olavi et sedes episcopi², qui locus multis
inclaruit miraculis. Anniversaria die templi con-
secrati, qua Dei amicus, rex Olavus, ex hac vi-
ta decedens in æternas beatorum sedes migrave-
rat, magnus hominum numerus hanc ædem fre-
quentare consuevit. Hos inter tres ægroti homi-

¹) Ordo: *Frægr gramr hinn digri vo flestan sigr, þvitat sát-
um heima: ek a) hlaut heilagt fall til vallar. Ek uggi, [yðr
feigð muni of-byrjut b); efst c) ráð d) tiggja e) gefr f) fylli g)
fákum fiks trólls: guð veldr-at sliku.*

a) add. *K, L, S*, Hkr., Fagrsk.; omitt. *A*, cet. b) *era feigð
um þur Egða*, *L*, corrupte, quantum video, nam neque sen-
tentia sibi constat, neque rex Haraldus apte potuit appellari
Egða bur. c) Sic *K, S*; *efsta*, id., *L*; *efst*, *A*, cet.; *enn*, Hkr.;
omitt. Fagrsk. d) *at*, Hkr., Fagrsk., *∴ nu ek uggi, tiggj, at
yðr muni of-byrjut feigð*. e) *tiggj*, in vocat., Hkr., Fagrsk.
f) *gefit*, datis prædam lupis, Hkr. g) *fullar*, in plur., Hkr.;
fullar, id., *K*.

²) regis, *L*.

nes sanctum ejus sepulcrum, spe auxilii et sanitatis, adierunt; quorum unus qui oculis captus eo advenerat, vespera festum antecedente visum recuperavit. Ipsa autem festi die, cum sanctæ reliquiæ efferentur scriniumque pro more in cœmeterio depositum esset, alter qui usu lingvæ destitutus diu antea mutus fuerat, benignitatem divinam expertus, prompta faciliq̄ue lingva laudes Dei et Divi Olavi regis haud parce celebravit. Tertius homo erat femina, quæ eo ex Svecia advenerat, in quo itinere magnam calamitatem experta fuerat. Hæc visus expertus, benignitate Dei confisa, cum eodem festo die ex itinere advenisset, visuque destituta in ædem divi illius viri inter rem divinam deducta esset, ante peractam missam ambobus oculis sacrum scrinium conspexit, indeque cum integris luminibus sublimi affecta gaudio discessit, cum per undeviginti¹ annos oculis capta fuisset.

Cap. 255. Accidit Nidarosi, ut scrinium regis Olavi, cum per viam oppidi portaretur, tam grave fieret, ut ex eo loco moveri non posset. Hinc deposito scrinio, effossa via lustratoque subtus solo, inventum est corpus clam interfecti infantis eo loco defossum. Quo elato, viæque in integrum resecta, scrinium, ut mos ferebat, deportatum est.

Cap. 256. Olavus Tranquillus in Vika morbo diem obiit. Ejus filius erat Magnus Nudipes, qui mortuo patri in imperio successit. Accidit in emporio, ubi corpus regis Olavi quiescit, ut incendium erumpens multas oppidi partes vastaret. Tum scrinium regis Olavi templo elatum est et ad cohibendam ignis vim flammis objectum. Hic accur-

¹) octodecim, *F*; sedecim, *L*; quatuordecim, *S*.

rens aliquis vir imprudens ac temerarius scrinium percussit, multa divo illi viro minatus, dicens oppidum et templum flammis absumtum iri, nisi precibus suis malum avertisset. Hic Deus omnipotens incendium templi averruncavit, statim vero nocte proxima imprudentem illum hominem dolore oculorum affecit, ut lecto affixus teneretur, donec divus rex Olavus precibus suis apud Deum omnipotentem effecit, ut in eodem templo pristinae sanitati divino beneficio restitueretur.

Cap. 257. Præter hæc accidit in emporio, ut femina quædam ad ædem, in qua rex Olavus Sanctus quiescit, deportaretur, adeo misera corporis conditione, ut tota esset contracta¹, ambobus pedibus [ad lumbos² replicatis. Quæ cum precibus operam daret, eumque flens invocasset, ille eam gravi illo malo liberavit, ita ut pedes et crura ceteraque membra curvaturis explicarentur, singulorumque artuum ac membrorum vera forma repræsentaretur, quæque eo adveniens reptare non potuerat, ea integris membris et læto animo inde domum se referret.

Cap. 258. Postquam Magnus Nudipes, Norvegiæ rex, in Hibernia occubuerat, filii ejus, Sigurdus, Eystein et Olavus regnum Norvegiæ capessiverunt. Juvenis quidam, Danus genere, a paganis captus, in Vindlandiam abductus, ibique cum aliis captivis vinculis retentus fuerat. Is interdiu in catenis erat sine custodia, noctu vero, ne elabi posset, in compedibus. Miser ille vir, præ dolore somni quietisque expers, vario modo secum animo versabat, quid capiendum consilii, unde auxilium petendum esset; servitutem et ter-

¹) Hic iterum incipit *D.* ²) Hkr. in Hist. Magni Nudipedis add. *við þjóin uppi*; in *A* et *cet.* hæ voces aut similes exciderunt.

rores, famem tormentaue vehementer metuebat, redemptionem suam ab cognatis, qui eum [jam bis antea¹ a paganis redemerant, desperabat, persvadens sibi, eos hanc rem, quippe magni sumtus, tertium aggredi gravaturos. Felices illi, qui hac vita tanta mala non patiuntur, quanta sibi hic perpessus videbatur! Tandem cum apud animum statuisset, si fortuna ferret, fugere et elabi, rem noctu aggressus filium coloni necat, caput præcidens, quo facto cum compedibus in sylvam evadit. Proximo mane, cum illucescebat, re cognita, insequuntur eum cum canibus, quibus ad fugitivos indagandos uti consueverant; inventum in sylva, ubi jacens delitescebat, comprehendunt, percutiunt, omnibus modis male mulcatum domum retrahunt, ægre spirantem, præter vitam nihil ei clementiæ concedentes; mox carcere, in quo quindecim alii homines christiani tenebantur, inclusum catenis aliisque vinculis quam possunt firmissime constringunt. Miseria et cruciatus antea tolerati ipsi tantum umbra præsentium² malorum esse videbatur; in his cruciatibus eum nemo, qui ei clementiam precaretur, oculis vidit, nemo sortem ejus commiseratus est, præter christianos, qui cum eo vinculis constricti lamentabantur, ipsius calamitatem suamque fortunam deplorantes. Hi die quodam consilium ei proponebant, orantes, ut se regi Olavo Sancto devoveret, eique se ministrum, in augusta ejus æde appariturum, addiceret, si divino beneficio ejusque precibus adjutus ex carcere effugisset. Hæc læto animo pollicitus, confestim se hujus ædis ministeriis dicavit. Insequenti nocte visus sibi est hominem videre haud magna statura sibi adstan-

¹) Sic ex conjectura; voces in *A* detrictæ sunt; pecuniâ, *F*.

²) Pro *er fyrr hafði hann reynt*, nexu svadente, legendum est cum *Hkr. er nú hafði hann*.

tem, seque his verbis compellantem: heus misselle, inquit, quidni surgis? Ipse: domine, quis es? Ille: sum rex Olavus, quem advocasti. Ipse porro: oh, bone¹ domine! lætus, si liceret, surgerem, jaceo autem catenis ferreis ligatus, atque in compedibus, unacum his, qui hoc loco juxta me constricti jacent. Dein qui advenerat eum compellat, his verbis usus: surge illico, neque timeas, nam vere solutus es. Post hæc somno expectatus, quæ sibi apparuissent sodalibus exposuit. Illi rogant, ut surgat, et an vera sint tentet. Surgit; animadvertit solutum esse. Illi porro significant, ei hoc frustra fore; esse enim januam² tam ab interiore quam exteriori parte clausam. Tum excepit vir quidam senex, gravi afflictus miseria, eumque clementiæ sancti illius viri, cujus beneficio solutus esset, diffidere vetuit: eo enim consilio haud dubie in te miracula edidit, ut ejus beneficio libereris, non ut gravioribus miseriis et cruciatibus tradaris; quare age, inquit, quamprimum fores quære, nam si nunc exire tibi licuerit, salvus evades. Ita facit, reperit extemplo apertas fores³, atque e vestigio in sylvam se abripit. Qua re mox cognita, qui eum custodiebant, solutis canibus, quanta possunt celeritate eum insequuntur. Miser vero ille vir, quo loco jacens delituit, insectatores euntes exacte conspexit. Sed canes eum indagantes, a vestigiis aberrarunt, ceterosque omnes visus fefellit, ut nemo cum posset reperire, quamvis ante pedes jacentem. Quare domum reversi dolebant, ægerime ferentes, quod eum non reperissent. Rex

¹) amice et, add. *F.* ²) Sic *cet.*; carcerem *L*; hinc, eam, *A*, prave (forte *hús*). ³) Sequentia, ultimam paginam Cod. *A* occupantia, adeo sunt detrita, ut legi nequeant, quare textus sequitur Cod. *F*, qui in præcedentibus proxime cum *A* conspiravit.

Olavus fecit, ut in sylvam elapsus non inveniretur; idem ei auditum et bonam valetudinem restituit, cum antea caput ejus ad surditatem usque percussissent et contudissent. Post hæc idem vir, nec non duo christiani, qui eodem carcere inclusi cruciatibus diu affecti fuerant, navem nacti, occasione navigandi communiter usi sunt, et summo adhibito studio, ex his errorum aviis reveli contenderunt. Dein noster, ubi convaluerat et militiae idoneus¹ erat, ad ædem Divi se contulit; mox, cum animum subiisset promissorum poenitentia, fidem clementissimo regi datam migravit, et die quodam aufugit, atque vesperi ad colonum quendam pervenit, qui eum Dei gratia hospitio excepit. Insequenti nocte, cum somno se dedisset, vidit tres virgines venustas et pulcre vestitas, quæ eum accedentes compellabant, graviterque increpabant, quod ab optimo rege, qui eum tanto beneficio affecisset atque vinculis et cruciatibus liberavisset, aufugere ausus fuisset, eumque deserere cupivisset, cujus ministerio se antea devovisset. His visis magna cum consternatione somno excitatus, extemplo primo mane surrexit, et patri familias², quæ sibi apparuissent, retulit. Bonus vero ille colonus nihil ei facere permisit, quam ut se ad eundem ædem referret. Hoc miraculum principio conscripsit, qui ipse catenarum in eo vestigia conspexerat.

Cap. 259. Kolbein³ nomen erat viro juveni et pauperi, cui Thora, mater regis Sigurdi Hierosolymipetæ, lingvam jusserat e capite excari, idque non graviore de causa, quam quod juvenis ille frustum carnis ex patina reginæ abstulerat, quod sibi a coquo regio datum esse

¹) Pro *or herför* legendum est sec. Hkr. *ok herför.* ²) Hoc loco lacuna incipit in *D.* ³) vide Radii stroph. 34-35. Hkr. XII, c. 37.

confirmavit, rem coram ipsa fateri non audens. Hic vir postea longo tempore usu lingvæ destitutus varia loca obiit. Meminit hujus rei Einar Skulii in carmine, quo regem Olavum laudavit:

Illustris matrona jussit lingvam
e capite miseri cujusdam hominis
exsecari, quamvis ille vir juvenis
nihil graviter deliquerat.

Vidimus certe hunc eundem
hominem, usu lingvæ destitutum,
cum paucis post hebdomadibus
in oppido Hlida dicto versabamur¹.

Ille (tandem) in Thraneheimum profectus Nidarosum pervenit, et in æde Christi vigilavit. Sed vigilia Olavi posteriore, durante cantu antelucano, cum obdormivisset, visus sibi est videre regem Olavum Sanctum ad se accedentem, manumque prehensam lingvæ abruptæ partem attrahentem. Ipse vero cum integra loquela experrectus, deo lætus regique Olavo a quo sanctitatis beneficium acceperat, gratias egit. Nam qui ad sacrum scrinium lingua captus advenerat, integra lingua disertaque voce inde recessit.

Cap. 260². Regibus Eysteine et Ingio imperantibus accidit, ut vir quidam, nomine Haldor, in Vendorum manus incideret; quem ca-

¹) Ordo: *Göfug hvitings a) hörn b) lét c) skera tungu or höfði aumum d) auðarbeiði e) of litla sök úngs manns. Vær sáam válaust þann hoddabryót f) numinn máli fám vikum siðar, er vörum þar er heitir Hlið.*

a) *hjörúngs*, lapidis (gemmæ), cet., insolenter et contra metrum. b) *hömr*, L, perp. c) *skar*, secuit, K, S. d) *aumir*, L. e) Sic Hkr.; *beiða*, L; *þæði*, A, cet. f) Sic Hkr.; *oddanbjót*, virum, L; sed claudicante metro; *hoddabryótr*, A, cet., quod pro vocativo accipi possit, quamquam h. l. minus apte.

²) vide Radii stroph. 37-38, Hkr. XIV, cap. 24.

ptum mutilationibus affecerunt, extractam per incisas fauces linguam radicitus amputantes. Hic vir deinde sanctum regem Olavum adiens, animo ad hunc Divum converso, benedictum illum regem lacrimabundus oravit, ut sibi usum linguæ et sanitatem restitueret. Quo facto, cum, intercedente benedicto rege Olavo, sermonis usum beneficio Dei recepisset, extemplo totam reliquam vitam ministerio ejus dicavit, atque se virum egregium et constanti pietate gessit. Hoc eventum et miraculum accidit dimidio mense ante vigiliam Olavi posteriorem, eodem die, quo Nicolaus Cardinalis in Norvegiam appulit.

Cap. 261¹. Erant in Upplandis duo fratres christiani² et opibus valentes, Einar et Andreas, filii Guthormi Grabaki³, avunculi regis Sigurdi Haraldi filii, omnes possessiones et prædia majoribus relicta tenentes. Erat iis soror, forma quidem venusta, ad sermonem vero maiorum hominum, ut postea res docuit, minus cauta. Sacerdoti enim alicui Anglo, nomine Richardo, qui apud fratres ejus hospitabatur, multa blandimenta dederat, multaque officia, sæpeque insignem operam præstiterat. Ab hac benevolentia id mali profectum est, ut de hac femina ignominiosa fama divulgaretur; quæ cum in vulgus emanaverat, omnes homines culpam in sacerdotem conferebant, item fratres feminae, qui certiores de hac re facti, coram populo eum haud dubium esse sceleris auctorem confirmabant. Immodicus ille amor, qui eos intercedebat, fati ita ferentibus, triste iis postea infortunium attulit; quæ quidem res haud sine ratione accidit, cum illi (fratres) meditatam fraudem celarent, seque

¹) vide Hkr. XIV, cap. 25, Radii stroph. 55-58. ²) h. l. legendum est cum Hkr. *kynstórir*, i. e. amplo genere nati. ³) Grabardi, *K, S*, Hkr.; Grabardii, *H*.

nihil ea re moveri simularent. Die quodam sacerdotem, nihil nisi bonum ab iis expectantem accessitum domo secum pellexerunt, simulantes in alium tractum ituros, ut aliquid quo opus esset fabricarentur¹, eumque ut comes iis esset rogarent. Adsumto viro quodam domestico, consiliorum conscio, lacum dictum Rancam navi trajecerunt, et in terram egressi aliquamdiu luserunt; dein in occultum locum secedentes, servum maledo securis sacerdotem jusserunt ferire. Hic dicto audiens sacerdotem ita percussit, ut deliquium animi pateretur. Ubi ad se redierat, locutus est: cur tam acrociter mecum agitur? Illi responderunt: ipse nosti, nemine dicente, jam vero quid feceris cognosces. Dein crimina ei intendunt; ille vero infitias ire et orare, ut Deus et sanctus rex Olavus causam suam dijudicaret. Tum illi crura ejus frangunt, et eum inter se in sylvam pertrahunt; manus post tergum revinciunt; mox funem capiti admotum tabulæ humeris suppositæ, inserto tigillo versatili², torquendo alligarunt. Quo facto Einar sumtum cuneolum ligneum oculo sacerdotis applicuit, qui ictu securis ab adstante famulo impactus, oculum excussit, ut subito in barbam exsiliret. Dein cuneum alteri oculo admovens, famulo dicit: jam paulo lenius cuneum adige. Ille sic fecit: cuneus ex oculo extrusus, palpebram superiorem avulsit; qua manu levata, Einar pupulam remanere animadvertens, cuneum ad malam applicuit. Famulo feriente, pupula in genam, qua maxime eminebat, excussa est. Hoc facto os ejus aperuerunt, prehensam

¹) *smiða] sýsla*, curarent, Hkr., quod præstat. ²) Hoc loco ultimam paginam Cod. A desinere, vestigia quædam apparent. Folia proxime sequentis laceræ reliquæ, pauca quæ sequuntur verba hujus cap. ostendentes, cum aversa parte puræ sint, probabile faciunt, hoc caput Cod. A ultimum fuisse.

linguam extraxerunt et præciderunt; dein manus et caput vinculis solvunt. Ut primum sacerdos ad se redierat, pupillam subter supercilium instinctu quodam naturæ in locum suum reposuit, et ambas manus adpressit. Deinde eum ad navem portarunt, et ad prædium, Sæheimum dictum, appulsa navi, ad villam miserunt, qui sacerdotem in litore esse significaret. Dum missus ab erat, quærent ex sacerdote, an loqui possit; ille linguam inani motu vibravit, et verba facere conatus est. Tum Einar fratri: si hic convalescat et præcisæ lingvæ vulnus coëat, subit animum fieri posse, ut loqui valeat. Itaque præsectæ lingvæ partem relictam forcipe attraxerunt, eam bis resecurerunt, tertioque ad ipsas lingvæ radices succiderunt, eumque ibi semianimum reliquerunt. Materfamilias, quæ in ea villa erat; etsi pauper esset, in litus descendit, omnia ejus vulnera obligavit, quæ potuit fomenta ei adhibuit, eum ope filiarum domum ad ædes pallis impositum comportavit. Jacuit saucius ille sacerdos, misere afflictus; Dei clementiam perpetuo speravit, nunquam diffidens; lingvæ usu destitutus, cogitatione et mœsto corde eo fidentius oravit, quo ægrior erat, animumque ad clementem regem Olavum, Deo amicissimum, convertit, multa enim antea de eo ejusque gloriosis miraculis audiverat, quare toto corde credebat, sibi opem afflicto laturum. Hic decumbens, contusus et viribus desertus, misere flevit et ægro pectore suspiravit, opem augusti regis Olavi implorans. Post mediam noctem saucius ille sacerdos somno solutus, visus sibi est virum videre dignitate conspicuum, ad se accedentem et ita alloquentem: male acceptus es, mi Richarde, vires te defecisse video. Visus sibi est respondere et verum esse fateri. Tum ille: auxilio indiges, inquit. Cui

sacerdos: ego Dei sanctique regis Olavi auxilio. Ille contra: tu quoque nunc impetrabis. Quo dicto præsectæ lingvæ relictam partem prehendit, eamque tanta vi attraxit, ut sacerdoti doleret; dein manu sua oculos ejus et ossa ceterosque artus, qui saucii erant, demulcebat. Tum sacerdos, quis esset, quæsivit. Ille ad eum conversus: adest Olavus ex Thrandheimio, inquit; quo dicto e conspectu ablatum est. Sacerdos vero sanitati omnino restitutus, statim loqui cœpit: me felicem, inquit, gratias ago Deo regique Olavo sancto, qui vulnera mea sanavit. Quam misere antea afflictus fuerat, tam celerem omnis calamitatis medicinam jam nactus est; ipse vero sibi visus est neque vulnere quopiam neque morbo ægro-tasse: integra lingva, oculi sedibus suis restituti, fracta coierant ossa, totum corpus sanatum optimam valetudinem receperat: oculos vero ejus erutos fuisse, signo erat, quod utræque palpebræ albas cicatrices contraxerunt, quo luculentius gloria boni illius regis in homine tam miserabiliter affecto conspicua foret.

ADDITAMENTA

HISTORIÆ REGIS OLAVI SANCTI.

A. *Rex Olavus in Angliam delatus Londinum expugnavit¹.*

Eo tempore in Angliam advenerat Knutus Potens, filius regis Sveinis Furcobarbi, et Thorkel Procerus, postquam præsidium Thingmannorum ab adversariis Knuti occisum fuerat; hoc vero præsidium Ulvkel Snillingus (Præstans), consilio Jatmundi Adalradi filii, ejusque fratrum, noctu dolo occiderat. Jatmundus per novem menses rex erat; quo temporis spatio quinque prælia adversus Knutum Sveinis filium commisit, ancipiti fortuna. Rex Knutus eadem æstate in Angliam pervenit, qua Adalradus mortuus est. Edrikus Strjona nutritor erat Emmæ reginæ, quam rex Adalradus in matrimonio habuerat. Rex Knutus, quippe honoris cupidissimus, uxorem duxit Emmam reginam; ex his nati Haraldus, Hördaknutus et Gunnilda. Tum Knutus totam Angliam subegerat, excepto Londino et pontibus, qui Tamesi fluvio urbem interfluenti superstructi fuerunt. Hac æstate fratres, Jatmundus et Jatvardus, Londinum et duo castella, quæ ad pontes stabant, item castellum in pontibus situm, tenuere. Slesvikæ, in boreali Angliæ parte, præfuit dynasta Thorkel Procerus, cædem ultus fratris Hemingi, qui ibidem cum sexaginta navium classariis ceciderat. Thorkel occiso Ulvkele Snillingo

¹) Sequentia quinque capita, quorum duorum postremorum epitomen dant capp. 35-36 Cod. *A*, inserit *F* post cap. 34 Cod. *A*.

Ulvildam, Adalradi filiam, quam in matrimonio habuerat Ulvkel, uxorem duxit. Rex Olavus, multa edoctus de præliis ab Thorkele dynasta, antequam ulcisci fratrem Hemingum posset, in Anglia perpetua fortuna commissis, eo se cum classe sexaginta navium contulit. Quem adventare cum Thorkel cognovisset, ei obviam profectus hiemale hospitium cum militibus, quot libuisset, obtulit. Olavus, acceptis quæ obtulit, societatem et intimam amicitiam cum Thorkele jungit. Thorkel pacis internuntius inter regem Knutum et regem Olavum intercedit, Knutum multa de prudentia Olavi docet, eumque solum esse demonstrat, cujus auxilio expugnari pontes Londini possint. Quibus rebus factum est, ut quam Norvegiæ partem Knutus suæ possessionis esse judicavit, hanc Olavo donaret, si pontes Londinenses expugnare posset; rex enim Haraldus Gormi filius Norvegiam, postquam ei præfecerat Hakonem dynastam, sibi stipendiariam fecerat, quare Svein Furcobarbus, Norvegiam suam vindicans, ei regno filios Hakonis Dynastæ, dynastas Eirikum et Sveinem, præfecerat. Ad efficiendam hanc rem Knutus multas Olavo splendidas condiciones pollicitus est. Jam rex Olavus machinis faciendis animum adjecit: ingentes manus ferreas, uncis ancorarum similes, fabricari, funes pro numero manuum confici ferroque revinciri jussit. His confectis rebus, impetus qua ratione fieret, constituit: regi Knuto partes imponit, unam partem urbis expugnandi, Thorkeli et Thordo piratæ, alteram. Ipse fluvium Tamesin classe subvectus, naves testudine clypeorum circummunitas ad pontes appellit, manus ferreas sublicis et tignis transversariis injici jubet; deinde prono amne naves quam vehementissime propellit, omnesque sublicas et transversaria vi remiga-

tionis subducit. Quo facto cum pontes impositis ponderibus sustinendis impares essent, castellum subsidit, præsidiumque pontibus et castello impositum in aquis perit. Tunc Thorkel Procerus unam partem urbis, multis suorum amissis, expugnaverat; quo facto ad expugnandam alteram urbis partem auxilio veniens, regi Knuto fortuna adspirante, vitam fere dedit. Cum enim Jatvardus, regis Adalradi filius, cæsam illam, cujus memoriam posteritas celebravit, regi inferret, Thorkel Knutum equo insidentem excussit, Jatvardus vero ephippium et tergum equi gladio dissecuit. Cum vero hic cum fratribus fugam capessere cogeretur, rex Knutus victoria potitus est, qui regi Olavo pro lato sibi auxilio gratias egit.

Colloquium Knuti regis et Sigurdi episcopi.

Post hoc prælium Jatmundus et Knutus pacem fecerunt, Angliamque inter se dividerunt, ea lege, ut uterque regio nomine uteretur, sique alter altero prior obiisset, qui superstes esset, totam Angliam singulari imperio obtineret. Cum vero unus mensis a facta pace elapsus esset, rex Jatmundus ab Edriko Strjona, nutritore suo, dolo circumventus et necatus est. Quo facto Knutus Potens solus rex Angliæ evasit, et viginti quatuor annos imperavit. Postquam reges pacem fecerant, rex Olavus ad aulam Knuti regis se contulit, ibique aliquantum hiemis commoratus est. Hi intimam inter se amicitiam colebant, donec rex Knutus, cognoscens vulgo dici, regem Olavum pontes Londinenses, aut ipsam Angliam, paulo serius quam se expugnasse, ira incensus est, quare amicitia inter eum et regem Olavum nonnihil frigere cœpit. Solitus erat episcopus, rem divinam auspicaturus, semper Olavi, nunquam Knuti adventum exspectare, Olavumque regis nomine compellare. Quod cum ægerrime audiret Knutus,

episcopum graviter increpuit, donec ob potentiam Knuti ea re desistere cogeretur; fastui enim et superbiæ, qua regem potentia impleverat, vix amplius locus in animo ejus erat. Interea tempus procedit ad jejunium quadragesimale; tum Knutus Sigurdo episcopo: itane Olavum, inquit, hac hieme regem appellasti? quomodo probare potes hoc verum esse, cum neque in hac terra natus, neque coronatus sit? Verum illud est, domine, ait episcopus, eum neque in hac terra natum esse, neque coronam ex auro aut argento gestare, at vero electus et coronatus est a summo domino et principe, regum rege, Deo omnipotenti, ad id regnum, eam potestatem, id imperium, ad quod natus est, quippe qui imperio in commodum et utilitatem subditorum regendo destinatus sit, ut dignos sui adventus fructus Deo reddat. Non solum omnis populus Norvegiæ provinciarumque ei subjectarum, sed etiam totus Septemtrio æterna servabit monumenta hujus divinæ christianæ ecclesiæ columinis et adminiculi, qui omnes vepres, sentes et lolia ex Dei agro et vinea extirpabit, et in eorum locum secundum sparget semen sancti verbi divini, quod in maturum fructum, acceptum summo cœlorum regi nunquam non futurum, adolescet. Rex Knutus locutus est: nonne verissimum esse nunc probatur, quod te, domine episcope, fama nobis attulit dicentem, illum magis quam me miraculis lucere, vel adhuc amplius, te tantum nostri discrimen facere, ut me ulla edere miracula neges. Hæc a me dici, vera fama accepisti, ait episcopus. Rex Knutus: parum mihi prodest, quod Olavum spontaneis afflictionibus subeundis superare studui, si ei ulla re cessero; nam inde a principio jejunii quadragesimalis lineo, non bombycino indusio utor, tunica coccina, non purpurea, cerevisiam bibo, non mulsum:

Olavus vero indusium gerit bombycinum tunicamque purpuream, exquisitis dapibus vescitur, et vas vinarium in mensa sua habet. Episcopus contra: verum quidem est, domine, quod Olavus indusio utitur bombycino, sub indusio autem cilicium gerit, adstrictum cingulo tam lato, ut a scapulis ad coxas pertineat, a parte inferiori ferro asperum¹. Semper, cum Olavus sedem occupaverit dapesque exquisitiores fuerint appositæ, quo loco discumbere solet, cumulum aliquem animadvertes: scilicet heic tectus latet homo contracto corpore debilis, qui omnia fercula consumit, Olavus autem sale et pane vescitur, aquamque quæ in apposito vase est bibit, potus vero non plus habet, quam quod e vase vinario bibit homo debilis. Quibus dictis rex Knutus tanta ira incensus est, ut rex Olavus, et paulo post Sigurdus episcopus invidiæ ejus cedere cogentur.

De rege Olavo.

Porro referendum est, quod rex Olavus classem in Fetlafjördum duxit. Hic excursionem in terram fecerunt. Ea loci natura erat, ut inter tractum habitatum, qui ibi erat, et stationem navium ingentes sylvæ intercederent. Rex Olavus ac sui plus agri a superiore parte sylvæ esse rati, eo prædatum iverunt, agros vero longius abesse sentientes, ad naves reverterunt. Ubi vero animum cœperunt advertere, intellexerunt regem Olavum solum abesse; quo cognito, inter se graviter incusabant, magnusque mœror exercitum invasit. Sed redeo ad Olavum: is, ut a suis disjunctus erat, in ingentem tractum habitatum devenit. In conspectum veniens visus est incolis invictum adducere militum numerum, speciem-

¹) mutavi interpunctionem, puncto post *neðan*, commate post *vandaðar*, positus, quod nexus postulare videbatur.

que habebat, nisi præsens consilium captum foret, totum tractum vastaturi. Hinc principes provinciae collecti obviam ei procedunt, et stipendii quantum irrogare placuisset offerunt. Olavus quod visum est pecorum, auri et argenti defæcati constituit. Curati deinde, qui regi has copias ad litus deferrent; quibus rex ipse se comitem adjungens, homines et pecora ante se egit. Quem sui ex locis superioribus adventantem conspicati, quanto dici non potest gaudio affecti sunt. De incolis vero hoc addendum, quod cum magnum numerum loricatorum militum contra se videntem, regemque Olavum captivos sarcinis onustos nec non boves et oves præ se agentem conspexerunt, clamaverunt et vehementer ulularunt, caputque fricare et comam vellere cœperunt. Rex Olavus, ubicunque locorum esset, interpretes secum ducere solitus est. Qui, quærenti de fœdis istis ululatibus, respondent, hos visos sibi vehementer fascinatos, ac se putare invicto circumventos exercitu, tam lucido, ut contra pugnare non audeant. Tùm rex duas eis condiciones proponit, ut aut adversum se, si audeant, pugnent, aut quod adduxissent ad litus deportent; illi vero pecora ad litus deportare maluerunt. Regii prædam acceperunt, illi vero domum reverterunt.

Rex Olavus gigantem marinam necavit.

Decimam quartam excursionem rex ad amnes Carolinos fecit, comitibus usus dynasta Thorkele Procero et Ulvo Thorgilsis Sprakaleggi filio; eo loco paganos maleficos aliquamdiu infestabant. Isti pagani duas tutelas auxilii ergo colebant, quibus invocatis paucissimi resistere potuerunt. Una erat gigas marina, quæ jam in omnibus Carolinis, jam mari se continuit; ea tam svaviter canebat, ut nautas omnes consopiret, quos somno oppressos cum naturæ suæ instinctu sensisset, na-

ves subvertit atque ita nautas submersit, interdum vero tantum edidit clamorem, ut multi panico terrore correpti refugerent. Alterum monstrum erat aper, qui multas hominum ætates vixerat, ex cuius grege nullum porcellum necare fas erat; is erat eximia magnitudinis et enormi rabie. Incolæ pagani in bello adversa fortuna usi, cum ab Olavo magna suorum clade affecti, gravibus stipendiis et severa pecuniarum exactione multati essent: id capiunt consilii, ut numina sua tutelaria, gigantem marinam et aprum, maximis sacrificiis factis et dira priscae religionis superstitione, auxilii ergo invocent. Etsi autem se inimicus (dæmon) sciret tam egregio Dei equiti, quam regi Sancto Olavo Haraldi filio, resistendo imparem, non tamen eo magis vocibus et precibus clientum suorum surdas aures præbere voluit, quippe cui persvasum esset, Olavum istum cultu suo corrumpendo et destruendo sibi damnum irreparabile allaturum. Itaque astutias ita inceptat: aliquo tempore, cum rex Olavus ac sui ventum secundum exspectantes, in annibus Carolinis starent, tam svavem emitti vocem cum cantu animadverterunt, qualem nunquam antea per suam ætatem audiverant, tam dulcis soni tamque mirabilis resonantiæ, ut brevi tempore somnus eos tam vehementer opprimeret, ut nullo modo agere vigilias possent. Rex in celsa puppi navis suæ sedens, librum suum legebat. Ubi vero omnes sopore oppressi erant, rex emergentem animadvertit marinam gigantem. Hujus forma talis erat: caput habet equino simile, erectis auribus naribusque apertis, oculos virides immani magnitudine, rictum enormem, arcos equinis similes, in manuum formam exeuntes; pars corporis posterior serpenti ad omnia similis, enormi volumine, lata cauda; homines et naves ita submergit, ut alterum navis latus manibus ap-

prehendat, caudam vero sub navem retortam adverso lateri injiciat, quo facto transversam carinam complexa, circumvolvendo, navem subvertit et ima petit. Vituli instar marini hirsuta est, colore cinereo. Gigas marina cum instinctu naturæ homines sopore oppressos esse sensisset, ad navem regis Olavi advolat et auxilio inimici (diaboli) latus navis manibus apprehendere valet. Quod videns rex Olavus arrepto gladio Hneitere in anteriorem navem procurrit, et eodem momento, quo gigas marina caudam adverso navis lateri injecerat, manus ei abscindit, ad quem ictum tam altum rugitum edidit, ut rex nunquam se tantum clamorem audisse testaretur; nempe illa se transversa in tergum rejiciens rictu distento vocem ingeminabat. Regii, qui in navibus erant, somno excitati, quid rei esset ignari, ad hunc clamorem valde perborruerunt; quos rex signo sacrae crucis se tueri jussit, Deique auxilio suisque precibus efficere potuit, ut ipsi suisve pestis illa nihil damni afferret, quæ quo loco erat submersa nullam noxam in posterum navigantibus intulit.

Rex Olavus aprum in sylva necavit.

Posthæc in terram excurrentes magna præda potiuntur. Rex Olavus situm hoc loco sacrum tumulum paganorum effringi jussit. Qui tumulus ideo sic dictus est, quod paganis mos erat, quotiescunque majora sacrificia annonæ et pacis ergo instituissent, hoc tumulo conscenso animalia ante memorata donariis placare, multaque eo allata tumuloque inlata pecunia digredi. Heic rex Olavus immensa pecuniæ vi potitus est. Qua præda onusti cum ad naves regrederentur, rex postremus equitavit, usquequaque numquid novi animadverteret circumspiciens. Cumque suos subito e conspectu avectos animadvertisset, ipse in locum sylva vacuum devertit; hic cum volveret

secum, utrum recederet, an non, omnes sylvæ partes ingenti fremitu personare audit. Mox aper cum agmine suo procurrit locumque turba implet. Aper rudens et foede ululans hiantè rictu se tulit; tanta erat proceritate, quanta se nunquam id genus animantium vidisse rex existimavit: ejus enim setæ ad summos fere ramos altissimarum sylvæ arborum pertinebant. Tum rex equum retro egit, et pedes suos imminenti periculo subduxit. Aper autem cursum incitavit et rostrum dentesque sagulo quo rex vestitus erat imposuit; heic rex vibrato gladio rostrum apro abcidit, quod in ephippium decidit. Aper terribili edito rugitu aufugit, novum ictum expectare nolens. Testatus est rex Olavus, præter gigantis marinæ, rugitum apri maxime horrendum auribus suis accidisse, seque maximum fecisse vitæ fortitudinisque periculum, cum hæc monstra telo petisset. Ab eo tempore gladium suum Hneiterem appellavit, cum antea Bæsingus vocatus esset. Itaque rostro et dentibus apri sumtis ad naves revelitur. Quod editum ab rege Olavo specimen fortitudinis fama perquam celebratum est.

B¹. Inde rex Olavus in Angliam profectus, prælium decimum sextum Ödafurdæ fecit et victoria potitus est. Prælium decimum septimum in occidentali parte terræ commisit, loco qui Vallandia dicitur. Inde rex Olavus in regiones orientales concessit et cum incolis paganis commercium habuit. In ea regione erat vates quædam etc.².

Rex Olavus Fretum Regium fecit, et evasit.

Rex Olavus decimum octavum prælium in Svecia conseruit, multis impressionibus factis. Ingresso cum navibus Mare (lacum Melaris), Svio-

¹) Hoc et sequ. membrum *F* inserit post cap. 37 Cod. *A.* ²)
Sequentia hujus particulæ ferme verbo tenus congruunt cum
cap. 28 Cod. *A.*

nes multis cum copiis extra medium portum in navibus excubantes, donec naves Olavi regis glacie circumdatæ essent, manere constituerunt, rati, si adversarii undique premi possent, expugnationem navium et stragem hominum facilem sibi fore. Hic rex Olavus rem arte instituit: suos in terram egredi ingentesque arbores cædere jussit, et antequam aquæ glaciarentur, crates prægrandes ex arboribus factas circa naves undique disponere; ubi vero mare frigescere cœpit, sumtis scaphis crates moverunt et in his ingentes ignes excitarunt, ut naves suas per hiemem nunquam glacie impedirentur. Vere autem Sviones, magno contracto militum numero, cum Olavo decertare eumque e medio tollere cogitabant. Quo ille cognito, intelligens, sibi tantas non esse copias, ut cum toto exercitu Svionum vi contendere posset, supplex in terram procumbit, ejusque qui omnia bona efficere potest, unius et omnipotentis Dei, opem auxiliumque implorat, ut ipse cum suis ex hoc vitæ discrimine elabi queat. Finitis precibus, suos vela tollere jubet; adnavigant lingvæ ex Agnafita procurrenti; quo veniente rege, terra usque ad mare disrupta est tanto miraculo, ut hic sulcus uno momento tam latus et altus fieret, ut eâ commode naves transire possent. Hoc exinde Fretum Regium appellatum est, terra vero abrupta inter ostium et fretum regium sita, Stokkholmus. Ita magna potitus victoria occidentem versus in Angliam navigavit, et per hiemem apud Thorkelem dynastam commoratus est¹. Insequenti æstate Ulvus dynasta et Thorkel Procerus cum rege Olavo piraticæ faciendæ causa in insulas occidentales profecti, in Hibernia excensionem fecerunt; quod prælium regis Olavi decimum

¹) Sequentia hujus capituli aliis verbis exhibet *A* cap. 41.

nonum vulgo numeratur. Magna præda potiuntur. Hic cum naves eorum æstu derelictæ in sicco hæsisent, Hibernos conspexerunt e locis superioribus magno numero advenientes. Quo viso, rex Olavus votum vovisse dicitur, se in bello neminem neque gladio neque securi nocendi causa petiturum. Quo voto nuncupato, tanta facta est rerum mutatio, ut eadem hora naves regiæ in alto starent, inimici vero in foveam ipsi destinatam incidentes perirent. Hinc in Angliam reverti ibi hiemem transegerunt.

C¹. *Rex Olavus adversus Sveinem dynastam movet.*

Rex Olavus cum cognovisset, copias per totam Norvegiam ab Sveine dynasta et Einare Arcipotentente contrahi, regem Sigurdum Porcam, vitricum suum conveniens, de coactis ab Sveine dynasta copiis edocet: cogitant, inquit, ut puto, naves meas incendere, milites interficere, totum sibi regnum vindicare. Etsi autem hoc anni tempore congregari minime conveniat, jejunio quadragesimali ad finem vergente, tamen facere non possum, quin obviam iis eam, si quid rei interciderit: quare velim, vitrice, ut mihi socius itineris sis. Rex Sigurdus respondet: non plus mihi copiarum adjungam, quam quod te classem solvente in promptu fore arbitror. Post hæc cum copiis, quas rex Sigurdus comparaverat, ad collectum exercitum profecti, omnino viginti naves longas, duas celoces, duasque mercatorias, quas rex Olavus in regnum reversus adduxerat, habuerunt.

D². Rex Olavus cum differri posse pugnam desperaret, aciem ante Nesa instrui jussit, ita ut

¹) Hoc membrum *F* inserit capiti 54. Cod. *A*, post verba: *ok lagðist við Grenjar með herinn.* ²) Hanc particulam *F* inserit capiti 55 Cod. *A* (pag. 97 text. Isl.) post verba: *ok bjuggust vel um.*

viginti naves conjunctæ essent, celocibus in suo quaque cornu dispositis, mercatoris vero in extremo locatis, quas inter et celoces latum erat maris spatium. Svein dynasta quadraginta quinque naves habuit. Viso autem apparatu regis Olavi, Einar Arcipotens: en aciem regiam, quæ quidem minime densa est appellanda, verum haud insperanti mihi accidet, si prima frons aciei ejus difficilis erit ad oppugnandum, antequam sol hac vespera in mare occidat; tibi vero, dynasta, utrovis aciei cornu spatium relictum est. Si hoc spatium occupabo, ait dynasta, tu haud dubie mihi comes eris. Non est quod speres, ait Einar, meam navem, ab ceteris disjunctam, in classem regis irrupturam, ut cum eo invito pugnem, video enim eum a pugna hoc die incipienda abhorrere, quamquam imparatus opprimi nolit a te tuisque militibus. Equidem antea non sensi, ait dynasta, animum te defecisse. Hoc quidem quo libet nomine appelles licet, ait Einar, fieri autem potest, si me defecerit animus, te ut fortuna defecerit. Haud ita, credo, est, ait dynasta, tela enim acriter in eos ingeremus. Einar: haud eadem ratio est tuæ atque regis Olavi prudentiæ; duplex in promptu est consilii capiendi ratio, quarum utraque penes regem est, neutra penes te: una ut festo parcat, quod isti faciunt; altera, ut milites se defendant, missaque tela servant, quod hos facturos arbitror; atque vehemens erit impetus, quum remittent tela, etsi huic rei occurrere nequeas. Cecidit res, ut Einar opinatus est. Jam Svein dynasta ac sui prælium adornant, telaque acriter ingerunt; Olavus vero ac sui armis se defendunt, omniaque missilia servant: atque ita res in multam diem gerebatur. Quo pugnandi genere ubi desitum est, naves suas in hostem incitarunt.

E¹. Ubi rex Olavus regnum, quod quinque reges, aliique sex in libro Styrmeris enumerati, tenuerant, subiecisset, obsides a præfectis et colonis accepit. Sic Sigvatus:

Rex auri liberalis totam Upplandorum provinciam in potestatem suam redegit, eique christianam religionem imperavit, quam unusquisque incolarum servavit. Hanc provinciam antea undecim reguli, aurum distribuentes liberaliter, tenuerant; (nunc) vero incolæ prudenter fecerunt, dantes obsides².

F³. *Odin, dolos structurus, ad regem Olavum personatus venit.*

Paulo post quam rex Olavus Astridam, filiam Olavi Svionum regis, in matrimonium duxerat, cum regnum convivando obiens in Vika epulis intererat, venit ad eum vir quidam ignotus, eumque accedens salutavit. Rex, reddita salute, de nomine ejus quæsivit. Ille vero se nominavit Gestum (advenam) veniamque petivit inter aulicos commorandi. Rex, paucis respondens, eum infra speculatores considerare jussit. Ille hanc sedem occupavit et se majorem in modum asperum et dicacem, quin petulantem præbuit; indutus erat brevi tunica, pileumque gerebat ob os demissum,

¹) Hanc particulam *F* habet loco verborum: *Olafr konúgr lagði þá undir sik* usque ad *mönnum ok bóndum*, *A*, cap. 73, pag. 152.

²) Ordo: *Veitir ós-neista a) fékk Upplönd til enda, ok reisti þar kristni hald, þat er hverr sverðs beita hieldu. Áðr fyrr stýrðu því ellifu eyðar hella mildings máls b), en menn guldu vísliga gísla.*

a) ós-neisti, scintilla (ignis) fluminis, aurum. *b) hella mildingr*, rex antrorum, gigas, cujus *mál* loquela, est aurum, sec. Edd. Snorr. pag. 83, 134.

³) Hanc particulam *F* interserit capitibus 88 et 89 Cod. *A*.

unde facies ejus haud facile inspicere poterat; idem barbatus. Rex suos multum negotii cum advena habere vetuit. Vespere rex, cum cubitum iret, Gestum vocatum interrogavit, num quas facetias nosset; erat autem multiscius et audacter loquebatur. Unde multa de regibus, qui olim fuerant, horumque rebus præclare gestis, disserebant. Gestus regem interrogavit: quis ex priscis, domine, regibus maxime esse cuperes, si optio tua esset? Rex: paganorum aliquis esse nullus vellem, neque rex neque alius quispiam. Gestus: hoc quidem perspicuum est, te non alium fore hominem atque es; illud quæro, cui priscorum regum esse simillimus velles, si cui oporteret. Dico quæ antea, ait rex, me nemini priscorum regum velle similem esse, sed si quid ea de re mihi dicendum esset, maxime cuperem mores et magnificentiam regis Rolvi Krakii referre, salva tamen doctrina christiana et religione mea. Gestus: cur maxime velles Rolvo Krakio esse similis, qui homo nullius frugis appellari meruerit, si cum alio rege, qui olim extitit, comparetur? aut cur non esse voluisti ei regi similis, qui victoriam ex quocunque, quocum congressus prælio esset, reportavit, tantumque pulcritudine et artium præstantia excelluit, ut nemo ejus similis esset in orbe septentrionali, neque minus sibi quam aliis victoriam in bellis dare potuit, tamque facilem habuit venam poëticam, quam alii sermonem quotidianum. Tum rex surrexit, arreptoque libro liturgico, qui in lecto erat, caput Gestu percutere voluit, dicens: tui ego similis esse, pessime Odin, minime vellem. Gestus vero ita affectus dicitur, ut quo loco constitutus erat, in terram se demerserit. Hic rex, qui fuisset, exploratum habens, Deum multiplici laude celebravit, quod impurus ille spiritus, qui sub specie mali illius

Odinis apparuerat, nullum dolum fraudemve adhibuisset, quæ clarissimo splendori sanctæ ejus religionis umbram aut caliginem inducere potuisset.

G¹. *De Ottare post ejus discessum ab Olavo Svionum rege.*

Ottar Niger longo tempore cum rege Svionum versatus fuerat. Poëma amatorium de Astrida, Olavi Svionum regis filia, composuerat, quæ res regi Olavo Haraldii filio displicuit, [nam poëta carmen tanto affectu fecerat, ut res ad jactationem stupri spectaret². Quare rex Olavus Ottarem, in Norvegiam delatum comprehendi et in carcerem conjici jussit. Sigvatus poëta Ottari [propinqua cognatione et³ intima amicitia junctus erat; hic noctu carcerem ingressus, Ottarem convenit et ab eo quæsivit, quomodo rebus suis contentus esset. Ottar se (alio tempore) lætiorem fuisse significavit. Sigvatus rogavit, ut carmen quod de regina Astrida fecisset sibi recitaret. Ottar sic fecit. Tum Sigvatus: multa quidem amoris indicia hoc carmen continet, ut mirum non sit, regi displicere; jam vero strophas carminis, quæ rem proxime tangunt, mutemus, deinde tu aliud carmen de ipso rege composito. Puto regem, ante quam interfectus sis, velle carmen de regina compositum audire. Recitato vero hoc carmine, poëma, quod de rege pepigisti, orditor, et quoad licebit recitato. Ottar consilium, quod Sigvatus dederat, secutus, trinoctio, quo in carcere tenebatur, carmen encomiasticum de rege Olavo composuit. Post hæc rex Olavus Ottarem ad se duci jussit; ille regem salutavit, hic vero non resalu-

¹) Hanc particulam *H, K, S* inserunt capiti 109 *Cod. A*, pag. 250 post verba *beiddist at gánga á hönd Olafi konungi*; *F* eam inserit appendici *Styrmerianæ*. ²) Visus enim ei est poëta justo plus tetigisse, quod regina sibi bene placeret. ³) omitt. *F*.

tâns, Ottari: nunc velim, Ottar, inquit, carmen recites, quod de regina Astrida composuisti, nunc enim ipsa laudes suas audito. Astrida ab altero regis latere sedebat. Ottar ad pedes regis considens, carmen pronuntiavit, rege interea genas rubescente; ut vero carmen recitaverat, cantatione non intermissa statim poëma encomiasticum, quod de rege pepigerat, orsus est; cujus initium tale est:

Virtutibus excellens princeps!
 aures præbe meo carmini, nam
 versus facere didici; te (laude)
 dignum alterumque regem iudico.
 Illustris princeps! fateor me cupere
 res a te gestas celebrare, postquam
 amisisti regem Gothorum,
 negotia lubenter obeuntem¹.

Tum aulici clamaverunt, Ottarem² tacere jubentes. Quibus Sigvatus: omnibus perspicuum est, penes regem esse, utcumque libuerit in Ottarem consulere, tametsi hoc carmen ad finem recitet; nos autem juvat laudem regis nostri audire. Aulici tacuere, Ottar vero carmen recitare perrexit. Rex, dum Ottar carmen recitabat, tacuit; recitatum vero carmen Sigvatus magnopere laudavit. Tum rex: convenientissimum fuerit, Ottar, ut pro hoc carmine caput tuum obtineas. Cui Ottar: præ-

¹) Ordo: *Manngöfugr allvaldr, hlýð myrkbáls a) minni, þviat ek kann yrkja; finnum yör fallium, ok annan konung. Dýr þengill! þat tel ek mik lengi, at dýrka verk döglings, ok b) mistag glað sistanda Gauta c) grams.*

a) vox obscura h. l., forte legendum *myrkbáls*, a *myrkbállr* v. *myrkbaldr*, tenebrarum potens, dominus, i. e. gigas, cujus *minni*, potus, poësis est, sec. Edd. Snorr. pag. 98. b) forte legendum *sizt*, vel *ok* cum emphasi dolentis positum. c) vel rectius forte, *grams, sistanda gauta glað*, regem, equum piratæ (navem bellicam) adornantem.

²) probrosi carminis auctorem, F.

stans, ut mihi videtur munus, etsi caput pulcrum non sit. Rex detractam manu armillam auream Ottari dedit. Astrida [annulum aureum demissum Ottari dedit¹. Tum ei rex: [quousque amica munera dare perges² Ottari? Cui Astrida: haud mihi vitio, puto, vertes, domine, si ego meam laudem, ut tu tuam, remunerem. Rex: [esto, inquit³. Ottar diu cum rege versatus est magno in honore. Carmen, quod de rege Olavo composuerat Ottar, Redemptio capitis appellatum est. [Hac hieme proxime elapsa rex Olavus Svecus obierat⁴.

Quum Sigvatus et Ottar diu apud regem Olavum versati fuerant, non pari atque antea honore habiti sunt. Die quodam rex eis de mensa sua glandes misit. Tum Sigvatus hos versus pepigit:

Celeber ille gentium rex mihi
glandes misit; hic princeps
suorum meminit. Exhinc ero
pigrrior ad facienda carmina.
Sæpe venit finis dictis: excelsi
animi dominus me Ottaremque
(donum) in duas partes dividere
jussit, ut divisuros patrimonium⁵.

Tum Ottar aliud carmen subjecit:

¹) annulo aureo manu in pavementum ad Ottarem demisso, locuta est: accipe poëta hunc igniculum et posside, *F, H.* ²) itane fuit, ut non omnino abstinere potueris, quin amicitiam tuam exhiberes, *F.* ³) sic ad præsens esto, ut te dati hujus muneris non sim incusaturus, id tamen persvasum habeatis velim, me vestram amicitiam ab hoc tempore parum probare, ob istud poëma, quod de te Ottar composuit, *F.* ⁴) omitt. *F.*

⁵) Ordo: *Hinn-mæri þjóðkonungr sendi mér hnetr a): sjá þengill man drengi. Síðan b) mun ek heldr letjast c) at hröðri. Opt enda mál, en manndjarfr drottinn bað okkr Ottar skipta í tvá d), sem mundum föðrarfi.*

a) *hnytr*, id., *H.* b) *malo síð*, c) *ek mun heldr síð letjast*, nunquam defessus ero laudem regis celebrando. c) *snytrast*, inclarescam, *F;* *snytjast* (forte id.), *H.* d) *tvö*, eod. sensu, *H.*

Rex auri munificus mihi
 sua de mensa glandes huc misit;
 fuit, cum meminissem majora
 data mihi ab rege munera.
 Svete procellosum percurrere æquor,
 sunt exigua magnorum principia:
 hinc nobis porro plura commoda
 aliis in rebus respicio¹.

Hos quos luserunt versus rex subridens accepit.
 [Rex Olavus Sigvato poëtæ tantum tribuit,
 ut filiam ejus inter baptismum teneret². Tum
 Sigvatus cecinit:

Tua, Deus, voluntas maximi est
 facienda. Adjuva eum, qui patriam
 ex paganismo extraxit, meæque
 filiolæ nomen Tovæ indidit.
 Sapiens ille animosus Harald

¹) Ordo: [Týr hændleggjar a) branda sendi mér hingat
 hnetr handan; þat b) ár var, er c) ek man jöfri d) mín þing
 meiri. Stjóri markar Islands viðráttu e), mjör er mikils vís-
 ir; sjákk f) oss þar g) meir til fleira i öðru.

a) hranndáðr arm, F,H; lege hrönduðr arm-branda, pro-
 jector auri. b) omitt. F. c) þá, id. F. d) konúngr, H, sub-
 jectum *þú sendi*, ut *týr handl. br.* in vocativo ad Sigvatum re-
 feratur. e) nidrattu, F,H, quod ex altero depravatum esse
 potest. *Islands viðráttu* de ventoso cœli statu accipio, hujus
mörk est pelagus, cujus *stjóri*, rector, rex Olavus h. l. dicitur
 ob expeditiones maritimas in juventute susceptas; sic Egil Skal-
 lagrimides Eirikum Sangvis securim eadem de causa appellat
hængs markar drottinn. f) *sjám*, respicimus, F. g) *þat*, H.

²) Sigvatus poëta tunc apud regem Olavum versabatur, magno
 in honore habitus, ut verissime traditum sit, regem Olavum
 nemine uno homine, non amplioris conditionis, familiarius at-
 que amicus quam illo usum fuisse; quod quidem persæpe usu
 venit, cujus exemplum sequens narratio dabit: accidit, ut Sig-
 vatus poëta infantem feminam ex muliere quadam procrearet,
 et tradunt, regem Olavum ac reginam Astridam tantum Sigvato
 tribuisse, ut filiam ejus aqua lustrandam susceperint, H.

frater infantem meam aqua
lustrandam suscepit. Ejus diei
auroram lætis oculis adspexi¹.

Tradunt Sigvatum poëtam aliquo die regi Olavo narrasse, se in Islandia hospitio usum viri cujusdam, nomine Karlii², minoris notæ coloni, operis rustici segnius administrati incusatum esse. Die quodam, inquit Sigvatus, uxorem Karlii in antrum quoddam abduxi³, unde in agros Karlii prospectus erat. Tum hos versus lusi:

Hinc ex antro, in diluculo,
conspicio fumum, quem casæ
super piscatoribus exhalant;
artes poëtæ sunt ridiculæ.
Jam hodie non ille me segnitiei
incusabit, cum pro albo jentaculo
contentus sim juvenca diva,
poculi latices ministrante⁴.

¹) Ordo: *Drottinn, þinn vilt er dýr. Hjálptu þeim, er hóf heim úr heiðnum dómi, ok gaf nafn Tófu dóttur minni a). Hinn vitri móðrakk Haralds bróðir hélt barni minu und vottr b); ek varð harða c) seginn þeim d) morni.*

a) Sic *Fa, H; vinni, Fb; skýri, F*, quod jungi possit cum *nafn, sktrinafn*, nomen in baptismo datum; utramque lect. male confundit *L*. Vide de hac stropba *J. Olavii Cogn. spir. p. 45, ejusd. Synt. Bapt. p. 90, Eiglam ed. Havn. p. 639*; secutus sum constructionem et explicationem, quæ mihi convenientior visa est. b) malim *vatr s. vatri; vatn, id., H.* c) *harða, id., H.* d) Sic *Fa, Fb, H; þeirra, F*, prave ut videtur pro *þeima*, hoc v. illo.

²) Cui uxor erat juvenis et nitida, add. *H.* ³) ubi considerentes lusimus, add. *H.*

⁴) Ordo: *Héðan or a) helli sé ek reykt b) um c) skærur d), er rönn e) rjúka yfir f) fiskimönnum; skellibrögð skálds g) eru stór. Nú frárat h) mér nenningar i) þenna dag: ek hliti nýrrar hornstraums k) naumu l) fyrir hvítan dögurð m).*

a) Sic *F, H; t, L.* b) *þann*, add. *F, H.* c) Sic *F*; omitt. cet. d) Sic *F, H; skorar* (forte prave pro *sköror, id.*), *L. e)*

Rex subridens Sigvatum allocutus est :

Dicite Karlio
cum huc venerit,
strenuo viro
ad boream maris,
plura opus esse
in itineribus,
quam acuto cultro
balænam exsecare.

Sunt qui dicant, regem Olavum hos versus de Ingibjarga Finni filia lusisse :

Cum intro ad feminas respicio,
est, ut si flamma ex cineribus
evolet. Dic mihi, quæ femina
se tam superbe gerat.

Rex et ardua rupes
me brevissimo temporis
spatio fecit elinguem ;
per solum innessi potatum¹.

H². Post hæc rex Olavus ad montem per-

Sic *H*; *hrönn*, *L.* *f) af*, prave pro *of*, *H.* *g)* Sic *F, H*; *skjaldr* (rect. *skjalds*), *L.* *h) frýrrar*, perp., *H.* *i)* sive *nyunn- ingar*, *L.* *k)* Sic *F*; *hornstraum*, *H*; *harmstraums*, lacrimarum, *L.* minus h. l. commode. *l)* Sic *F, H*; *námu*, *L.* *m)* intelligit lac, quod ab incolis orientalis Islandiæ *hvíta* appellatur.

¹) Ordo: *Nær [ek lit innar [til kvinna a), er sem loga bregði upp úr eisu a)*; *segðu mér, hver snót er láti svá mjök. Gram ok brattir hamrar *) hefir mest á skömmu fresti syknin b) mik máli c): ek gekk um gólf at drekka.*

a) a) omitt. *L.* *) Sic nomen *Ingibjargæ* homonymice describit, derivans nomen *Ingibjörg* ex *Ingi*, rex, et *björg*, *rupes*; figura orationis, etiam grammaticis Alexandrinis nota. *b)* Sic *F*; *sýkum*, *L*; puto hanc vocem esse particip. pass. sine verbo, id. q. *sýktr*, debilitatus, affectus. *c) mála*, *F.*

²) Hanc particulam *L* et *K* interserunt inter cap. 117 et 118 Cod. *A*; eandem *F* primo post cap. 85 Cod. *A* inserit, deinde 6to cap. appendicis *Styrmerianæ* præfigit; *H* eam capiti 119 Cod. *A* præmittit.

rexit, quem cum transcendebat, frigida incidit tempestas. Rex equo vehebatur, plerique vero omnes comitum pedibus iter faciebant. Sigvatus poëta, qui tum apud regem versabatur, prope eum incedebat. Qui cum intelligeret, regem frigescere: domine, inquit, fac equo vehar, non enim ex monte descendere potero, si iter faciam pedibus. Ita esto, poëta, ait rex, et ex equo descendit. Jam velim lacernam meam induas, domine. Rex sic fecit et aliquantisper pedes ibat. Ubi vero sensit Sigvatus, incaluisse regem, locutus est: jam me frigus urere incipit, quare pedibus ire pervehim, tu vero quæso, ut equites et lacernam gestes, hac enim indutus nusquam me movere potero. Rege, uti vellet, ita fore dicente, Sigvatus lacerna indutus, reliquum diei equitabat. [Rex itinere non destitit, priusquam in Thrandheimum Nidarosum usque pervenit, quo comportatis rebus ad hiemandum necessariis, ibi hiemem transiegit¹. [Accidit aliquando, cum Sigvatus de re,

¹) Tradunt, Sigvatum poëtam sapissime cum rege Olavo versatum, dum utriusque vita frui sint. Aliquando rex Olavus cum suis montem Dovricum transcendit, hiberno tempore, tunc comite Sigvato. Hic magna vis nivis decidere cœpit, iterque impeditum reddidit, tanta nivis altitudine, ut jumenta pervadere nequirent; unde homines pedibus iter facientes ex monte evadere conabantur. Accidit, profecta die tenebrisque ingruentibus, ut rex Olavus ac Sigvatus, qui cano pallio indutus erat, duo unâ iter facerent. Qui cum ex monte descenderent terque expeditius esse cœpisset, sensit Sigvatus, regem admodum frigere, ut qui antea vehementer incaluisset. Tum Sigvatus regem allocutus, se pallium gestantem æstu et labore perquam fatigari significavit, neque posse id diutius post se trahere. Rex eum sibi tradere pallium jussit, se enim gestaturum. Sic faciunt; cumque aliquantum temporis processissent, rex pallium gestans incallescere cœpit. Cum ad villam quandam devenissent, Sigvatus: nunc non minus frigéo, quam paulo antea incalui. Itane, poëta, ait rex; haud equidem vestes tuas ad op-

quæ sua plurimi intererat, cum rege agere necessum haberet, ut tanta turba regem circumstaret, ut Sigvatus eum adire colloquio non posset. Tum Sigvatus hos versus pronuntiavit¹:

Honesti viri, arctamini circa
hunc juvenem regem. Turba
adeo obnilitur, ut Olavum
adire colloquio nequeam.
Sed tunc facilis mihi fuit aditus
ad nostrum celebrem dominum,
quum perquam fatigati nivem
in montibus Dovrinis pervasimus².

Quos versus audiens rex, locutus est: atque etiam nunc tibi facilis erit, poëta, mecum si quid velis potestas colloquendi. Quo dicto rex negotium Sigvati ex sententia ejus expedit:

I. *De vestitu Steinis*³.

Stein aliquamdiu apud regem Knutum versatus est, vir armorum et vestium splendore alios præstare studens, quam ob causam dictus est Ele-

pidum portare gravabor; jam enim artes tuas perspicio. Quum in oppidum venissent, tum rex Olavus dixit: tu Sigvate, cum illustribus viris conversari probe calles, *Fa*; quæ a posteriore signo sunt, omitt. *Fb, H*.

¹) Hujus rei mentionem fecit Sigvatus poëta, quum ex Islandia delatus appulerat, quo loco rex Olavus aderat, in celebri quodam conventu constitutus, turbaque circumstante undique circumstipatus. Sigvatus, quum regem quam primum convenire vellet, in concilium ivit, et per confertam turbam penetrare frustra conatus, cum regem omnino adire non posset, carmen tam sublimi voce pronuntiavit, ut audire posset, *Fa*.

²) Ordo: *Itrmenni! èr a) þraungvist um þennan úngan gram; öld bægist, svá at eigi náig máli Olafs. Mèr varð b) auðsött orð at orum frömum drottini, þá er óðum mjök móðir mjöll* d) *Dofra-fjöllum* d).

a) Sic *Fb*; *eir* aut *er*, *L*; *ek*, *Fa, H*. b) *var*, *Fa*. c) *af, Fb*. d) *ffalli*, in sing., *Fa, Fb, H*. Omitt. hanc stropham *K*.

³) Hoc membrum *L* inserit post cap. 134 Cod. *A*.

gans. Testati sunt antiqui historici, Steinem eo insolentiæ processisse, ut equum suum soleis aureis calceaverit¹ unguæque partem superiorem auro ornaverit. Quod autem Knuto regi visus est splendore cultus secum certare velle, Stein ab eo discessit, et postea navigationibus mercatoriis operam dedit, eumque vitæ exitum habuit, ut, navi ad oram Jotiaë fracta, cum solus in litus evassisset, defatigatus atque etiam tum splendide vestitus multumque secum pecuniæ portans, a femina quadam, quæ pulsabulum gestans vestes lavatum ibat, inveniretur, viribus pæne desertus, inter algam jacens. Quæ cum multo auro argentoque ornatum videret, accedens pulsabulo eum ad necem percussit, pecuniæque ergo, ut vulgo dicunt aut opinantur, clam occidit. Quem exitum superbia sua et in regem Olavum contumacia ei attulit.

K. Rex Olavus homines per fluvium transvexit².

Accidit festa quadam die, ut homines rem divinam celebraturi ad templum Christi in emporio situm festinarent, fluvio Nida nullo adhuc ponte juncto. Qui cum ad fluvium pervenissent, quod portitor rem divinam celebratum abierat, reditum ejus præstolabantur. Quumque aliquantum temporis processerat, hominem, nigra indutum lacerna, cucullo ob os demisso, ad se flumen cymba trajicientem conspexerunt; quam ripæ appulsam cum ingressi essent, vir lacernatus quam celerrime trans fluvium remigavit. Dicitur femina quædam, grandis natu, in hoc numero fuisse, pauper quidem, sed prudens. Hæc, navi ad terram appulsa, ad virum lacernatum conversa, sub-

¹) Pro *skipaði* legendum puto *skúaði*. ²) Hoc caput *H* subjungit capiti 134 Cod. *A*; in *F* penultimum efficit caput appendix Styrmærianæ, pressiori rerum expositione; *K* idem inserit post cap. 129 Cod. *A*.

missa voce his eum allocuta est: magnam, domine, modestiam ostendis, qui solus tantum fluvium, quantus Nida est, cymba trajicias in gratiam hominum ignobilium, ipseque nos hoc flumen transvehas. Cui rex: nolui, vetula, committere, ut sacris abessetis, quæ tam benevolo animo celebrare studuistis; sic vero inter nos paciscemur, ut tu, dum vivam, nemini dicas, vos a me fluvium transvectos, ego vero te quinque vaccis donem. Vetula sic fore dicens, regi pro munere gratias egit. Ex his autem, qui fluvium transvecti erant, nemo præter vetulam regem agnovit. Eadem fidem datam præstitit, nec ulli, quoad vixit rex, hæc dixit, eo vero mortuo bonis viris aperuit.

L. *De viro nobili Sigurdo Akii filio*¹.

Sigurdus nomen erat viro, nobili Dano, filio Akii, Vagnis Akidæ filii. Hic æstate quadam, magno hominum numero comitatus in Vinlandiam ad res pretiosas cõmendas profectus est. Quum a borea venissent, mercesque permutare vellent, vir quidam nomine Jon, ex numero eorum, qui in ea regione *brakkarnir*², nobis interpretes (pararii) appellantur, ab iis merces emturum pollicitus est. Qui cum merces commutassent, Jon inquit: jam, Sigurde, inquit, inspice, ut de mercibus tuis curatum sit. Ille accedens inspexit, eique gratias egit; permutandis enim mercibus magnam accessionem sibi fecerant, multasque pretiosas res nacti erant. Sigurdus Jonem ad se invitavit eique amicitiaæ suæ liberam potestatem fecit; qua conditione Jon se usurum ostendit. Huic pellex erat, quæ in sejuncta valle apud patrem versabatur. Huc cum Jon aliquando ve-

¹) Hoc caput L capiti 153 Cod. A subjungit; in F paullo prolixius interseritur capp. 88 et 89. ²) *brokunarmenn*, qui id negotii habent, ut merces hominum pecunia permutent, et hoc modo proxenetæ agant, F.

nisset, cubitumque cum pellice ivisset, clamor terribilis patri matrique familias supervenit, his verbis: solve mihi debitum. In domo binæ erant fores, alteræ montem, alteræ litus spectantes. Aderat femina, rhenone vestita, coma nigra et branchiarum cirrorum instar hispida in humeros demissa; ea poposcit, ut sibi hospitem aut feminam¹ solvat. Jon exsilit, domo se ejicit et in litus decurrit, Sigurdique, qui ibi tetenderat, opem implorat, gigantes se insequi dicens. Sigurdus exsilit, clypeum et gladium corripit. Tum ea advenerat et eum præstolabatur, hominem sibi tradi jubens. Sigurdus eam, ut ejus natura ferret, quantamquantam in manus gigantum abire jussit. Quo dicto, gladio vibrato eam petiit, illa vero objecta, quam manu gerebat, sica eum repetiit, quam ille declinans, altera vice ei gladium intentavit, manumque præcidit, ad quam plagam ingenti edito clamore aufugit, illo insequente; mox illa ad eum conversa loquitur: magna quidem victoria potitus es, sed hoc incommodi accedet, quod ex hoc tempore conspectum humani sanguinis horrebis, neque unquam in fortium virorum numero esse poteris. Hæc dicens mutilum brachium ante oculos ejus concussit, quo viso ille perhorruit. His gestis digrediuntur. Sigurdus multa pecunia potitus, in Daniam rediit, magnæque honore ab rege Knuto Potente habitus est. Cui cum in convivio quodam assideret, Alfiva regem allocuta: magnum splendorem Sigurdus ostentat, quod quidem ei ignoscendum esset, si utilem præstare operam posset, nunc vero ostentatio ejus sordet, cum ipse humani sanguinis conspectum refugiat. Hæc ope antiquæ magiæ ex-

¹) se ipsum, F.

piscata fuerat. Rex se de veritate rei dubitare dixit. Illa: periculum fac, domine, elice tibi sanguinem et necopinanti ob oculos admove. Rex sic fecit, et cum intus considerent, sanguinem insperanti ob oculos admovit. Sigurdus vero, sanguine viso, magno pavore affectus, consilio effecit, ne omnium consensu timiditatis culpam incurreret. Rex vero de fortitudine ejus dubitans, eum minoris quam antea fecit. Postea, cum rex Knutus in aliquam expeditionem proficisceretur, Sigurdus in militum numerum receptus, die quodam cum rege equo vectus excurrerat. Hic aliquis eos insecutus, Sigurdum hasta tanta vi petiit, ut equo delaberetur. Rex ea re in furorem actus hominem occidere voluit, Sigurdus autem, ut ad se redierat, hoc fieri noluit. Vespere, cum domum rediissent, Alfiua regi: amici tui minime certi animi sunt, neque majores hujus tales se praestitissent; jamque regi ea refert, quae inter eum atque feminam gigantem intercesserant, addens: cui tibi usui sunt tales, quanquam nobili loco nati, qui in expeditionibus nullam utilem operam praestare possunt? Hinc rex eum nullo loco numerare. Quod sentiens Sigurdus, ad regem Olavum se contulit, eumque adiens honorifice salutavit. Regi quis esset interroganti, nomen suum edit. Cui rex: haud exspectaveram, inquit, te huc venturum. Sigurdus regi omnia de casu isto, qui ei acciderat, clam exposuit. Rex respondit: magnopere dolendum, ista tali viro accidisse; at miror, regem Knutum te hanc ob causam dimisisse; tu vero huc exoptatus ades. Aliquo die, cum Sigurdus ac rex in balneo essent, rex fatus est: numquod malum putas, quod conspectum non fers sanguinis humani. Ille: nullum, domine, majus malum rebus meis accidit. Tum rex, sumta

novacula, volam manus suæ forma crucis incidit, ut sangvis tantillum manaret, dicens: bono esto animo, Sigurde, ex hoc tempore cum tali malo non amplius conflictabere. Sigurdus testatus est, se nulla re æque lætatum, neque postea unquam, ut ipse fassus est, tantis periculis est implicitus, ex quo sangvinem viderat sancti regis Olavi, ut eum animus deficeret; deindeque apud regem Olavum versatus est, magno honore habitus. Eisdem rex Knutus misso nuntio magnos honores pollicitus est. Sigurdus vero se eum tutorem, quem missum facere nullo modo vellet, consecutum renuntiavit, cujus similem, si quid incidisset periculi, non facile inventurum. Hæc fere fuerunt, quæ rex Knutus regi Olavo crimini dedit.

M. *Rex cum piscatore collocutus est*¹.

Cum rex Knutus principes Norvegiæ pecunia corruerat, venit aliquis ad regem Olavum, piscatoria vectus, cymbamque navis regiæ gubernaculi perticis alligavit. Olavo quis esset quærenti: sum rusticus, inquit, qui (te) nunc primum convenio; causa vero est, quod numerosa mihi familia est, labore meo sustentanda; incolo fundum duodecim unciarum², qui tuus est, jamque tibi mercedem prædii, quam solvere debeo, allatum venio. Rex: quomodo naves nostras, nemine indicante, nosti? Rusticus: hæc unica res est, inquit, qua quid arte valeam ostendere studuerim, quare cum fundum diutius incolere velim, ea de re gloriabor, me quamcunque navem, sive tuam sive tuorum, nosse. Rex Olavus: haud dubie plura exacte nosti, ea vero re tibi gloriandum est, quod te putes novi quid posse de adventu navium referre. Ille contra: vidi homines nave veñi,

¹) Tria sequentia membra *F* interserit inter cap. 157 et 158 Cod. *A.* ²) i. e. duodenum jugerum.

splendidos ac taciturnos; adverti, quibus maxime rebus navem onerassent, inier plura autem quæ vidi memoratu dignissimas existimavi duas peras, auro argentoque plenas; deinde abii; post mensem iidem villam meam læti prætervecti sunt, tumque observavi, ecquid plura rerum novarum quam lætitiâ eorum animadvertere possem: vidi easdem peras tum vacuas, qua re tinceo ne splendida illa pecunia multos malos (perfidios) reddiderit. Haud vero absimile est, ait rex, jam vero pro indicio tuo fundum ac mercedem possideto, sique pecuniæ inopia laborabis, me convenito, sin vero Knutus ejusve filii imperium regni capessent, hos convenias. Hæc vero navis a rege Knuto priore vice missa fuerat ad corrumpendos pecunia præfectos, ex quibus sex, in historia Olavi nominati, pecuniam acceperunt.

Björn pecuniam ab legatis Knuti accipit.

Duodecim legati Knuti regis, qui præfectos pecunia corruerant, apud Kalvum Arnii filium versabantur, regnumque peragrantes, incolas jurejurando adegerunt. Interrogant Kalvum, num pecuniam acceperint, qui regi Knuto maximo esse auxilio possint. Kalvus se id potissimum putare significavit: unus vero, inquit, restat, quem haud facili negotio conciliatum iri credo, est enim regi amicissimus, nemo autem pecuniæ avidior; qui ut maximo pretio conciliandus erit, ita conciliatus maximo erit usui. Legatis quærentibus, quis esset, Kalvus Björnem aulæ-magistrum esse respondit. Paulo post ab Kalvo profecti mox domum Björn's veniunt, qui eos benigne excipit, principemque legationis sibi proximum collocat. Hic Björni: profecti sumus præfectos conventuri, quos jam suos rex Knutus adserit, quam rem alia quam vulgo solitum est ratione confirmat, suam ante ostendens liberalitatem et munificentiam,

quam vestram voluntatem cognoscat; ideo tibi res pulcherrimas dono misit, quod tuam amicitiam maximi aestimavit, tuamque fidem sua plurimi interesse judicavit, hoc remunerationis pro his pretiosis donis poscens, ut sibi fidem vestram jurejurando obstringatis, vos regem Olavum non sine praelio accepturos. His dictis cistellam protulit, ex qua duodecim armillas sustulit, dicens: laudo, non culpo regem vestrum; verum dic age, Björn, quod interrogo: num tibi rex Olavus omni tempore, quo ei apparuisti, tantum dedit pecuniæ, quantum rex Knutus in præsens uno tempore, idque non ante conspecto? Björn respondet: minime Olavum ob data parcius munera incuso, maximis enim me beneficiis ornavit. Hæc dicens armillas certo loco condit, juraturum se promittit, quo facto iis convivium parat. Inter convivium Björn subtristis factus, vultum semper demisit; tandem omnibus insperantibus suos surgere, legatos Knuti regis comprehendere et suspendi jussit. Quo facto Björn: nunc istos in tartarum venientes aliud habituros credo, quo gloriantur, quam quod mereri velim pecunias, ut tam egregium dominum, quam mihi est, prodam; atque has pecunias in manibus et arca regis Olavi, quam perditorum istorum proditorum, qui mihi eas attulere, melius collocatas existimo.

Björn regem Olavum convenit.

Jam Björn itineri se accingit, et equo vectus eo, ubi rex Olavus versabatur, proficiscitur; pervenit ad fores aulæ. Sed redimus ad regem Olavum. Hic mensis accumbens, suos rogavit, ut somnium sibi oblatum interpretarentur. Interrogantibus, quid somniasset, ille: ea mihi objecta species est, inquit, quod mihi visus est ursus ad aulæ fores accedere, janitorem pede percutere, eoque facto aulam ingressus mihi caput suum

dedere, magna tristitiæ specie. Hoc ipso momento Björn admitti ab janitoribus poposcit; qui cum eum aditu prohiberent foresque præoccuparent, Björn dextrato gladio alterum janitorem letali plaga percussit, altero in pedes se conjiciente. Björn ad Olavum accedens, caput gremio ejus admovit, his verbis: dedo tibi, domine, caput meum, de eo ut pro lubitu facias. Rex: qui res tua adeo lapsa est, quæve te fortuna insequitur? Björn: mala exempla, domine, rempublicam invasere, nam incolæ pecunias accipiunt te proditori; rex Knutus duodecim viros cum muneribus huc in Norvegiam ad provinciarum præfectos misit, iisque pecunias dedit, ut tibi adversentur. Iidem venerunt ad me et duodecim armillas mihi tradiderunt, quas huc, domine, attuli, existimans melius in tuis manibus collocatas, quam malorum proditorum, qui fraudulentis dolis et impiis cohortationibus multos deceperunt. Rex pecuniam inspiciens: splendidam sane escam Knutus vobis, Björn, objicit, et vero etiam vos ad pecuniam estis molles et infirmi; sed pauci his temporibus eo consilio ad me adierunt, ut mihi pecunias attulerint; tuum vero caput, Björn, quo loco nunc est, ibi esse convenientissimum duco. Tum Björn regi retulit, se omnes Knuti regis legatos suspendi jussisse. Hic rex Olavus: tu vero mihi egregiam felicitatem et magnanimitatem exhibuisti; jam armillas hasce dono velim accipias. Björn meritis regi gratias egit; dein Sigurdum episcopum adiit, delicta sua confessurus, omnique tempore amicitiam erga regem Olavum constanter coluit, et cum eo Stiklastadis occubuit, ut inferius dicitur.

N¹. *Olavus legatos Knuti comprehendit.*

Id novi accidit, ut rex tres legatos Knuti

¹) Hoc caput F subjungit capiti 161 Cod. A.

regis, qui pecunias inter præfectos divisuri restiterant, comprehendere posset; de his quæstionem habuit: ediderunt, sex præfectos pecuniam Knuti regis accepisse, qui antea nominati sunt. Hos rex Olavus pace donatos, contra morem superioris temporis, inviolatos dimisit. Rögnavaldus dynasta Brusii filius, qui eo tempore apud regem Olavum versabatur, quæsivit, cur sicarios non interfici juberet: horum enim adhortationibus, inquit, multi incolarum fidem fefellerunt, neque tu a cædibus eorum, qui minus deliquerunt, abstinuisti. Olavus reposuit: ego hanc terram rexi secundum leges divinas, legibus enim divinis conveniens est, flagitia punire neque impetu iræ ferri. Meam in judicando severitatem vituperavistis, cum Thorerem occidi jussi. Hoc vero, quod nunc in me peccatum est, ideo remittam, quod liberum mihi est id condonare, sperans hanc indulgentiam mihi a Deo non imputatum iri. Ita legati Knuti incolumes abierunt.

O. *De superbia Knuti regis*¹.

Eo tempore tanta erat regis Knuti Potentis superbia, ut audire nollet quemquam sibi regum septemtrionalium parem poni, quemadmodum ex sequenti narratione apparebit. Accidit in Anglia, ut duo adolescentes, prompti animi, sed pauperes, in prima juventutis flore, quorum alter Danus alter Norvegus erat, ad aulam Knuti regis venirent. Qui cum pauperes essent, in stipula consederunt. Hic cum se collocassent, Danus sermonem orsus: ut verum fatear, inquit, hæc eximia mansio est, ut nusquam venerim, ubi tantam, quantam hic, magnificentiam viderim, et profecto rex Knutus aulicorum et regiarum ædium splendore ceteros reges superat. Alter juvenis

¹) Hoc caput *L* subjungit capiti 177 Cod. *A*; *F* breviori expositione cap. 90; *K* et *H* cap. 127 Cod. *A*.

respondet: eximia quidem hæc mansio est, neque tamen desperandum, alicubi hujus similem esse. Knuti subditus contra: ubi gentium regem, qualem Knutum, nosti? aut ubi terrarum domum, qualem hanc, vidisti? quæ quidem, ut exspectare par est¹, tantum ab aliis differt, quantum ipse rex Knutus nominis celebritate et potentia alios reges præstat. Ille reponit: quod meum iudicium est, existimo regem Olavum Haraldi filium, neque celebritate nominis, neque ædium splendore, posthabendum. Ad hæc Knuti subditus: hoc quidum vero absimile est, hic enim multa sunt multo excellentiora et magnificentiora, quam apud Olavum. Norvagus: at vero mihi rex Olavus, neque nominis claritate, neque magnificentia, Knuto cedere videtur. Qui cum diu de regibus disseruissent, inter eos non convenit, uter utri esset dignitate antefendus. Postero mane rex Knutus juvenes ad se accessitos interrogavit: qua de re heri vesperi, disseruistis? Respondit, qui ab ejus partibus steterat: disseruimus de tua regisque Olavi Haraldi filii præstantia; ego te præstantiorem esse contendi, ille vero a partibus Olavi regis stetit. Knutus respondit: ita rem se habuisse credo; vos vero hodie me mensis accubentem adite, ut præmia disputationis vestræ auferatis. Illi se vocari ad mensam regiam vehementer gavisii sunt; cumque rex accubisset, eum adierunt. Tum rex: hic, inquit, duo sunt galli assati², quos vestrum utrique do; hos nunc vobiscum auferte, ego vero huic adolescenti, qui mihi favit, meam adjungo fortunam, alteri illi Olavi fortuna prospiciat, quod ab ejus partibus stetit. Proximo autem anno me iterum convenite,

¹) lego mutata interpunctione, *sem von er at*, etc. ²) et conditi, add. II.

nam scire cupio, utri vestrum fortuna plus fa-
 rit. Dein cum gallis, utrique ab rege donatis,
 abierunt. Cum urbe egressi erant, Knuti subdi-
 tus sic loqui orsus est: nescio, quam ob causam
 rex Knutus gallos ita inter nos dividerit: gallus
 enim, quem tibi dedit, multo pingvior et melior
 est; at vero ego dignitatem ejus, quantum potui,
 mihi visus sum extulisse, tu autem dictis tuis nul-
 lum ei honorem præstitisti, Olavum omni nomine
 præferens; neque magni interesse puto, quo quis
 modo se erga summos viros gerat. Olavi subdi-
 tus: haud equidem perspicio, quid inter aviculas
 hasce intersit. Knuti subditus: si tibi tuus melior
 non videtur, voles eum meo mutare. Olavi sub-
 ditus: si hicce tibi melius placet, habeas licet.
 Subditus Knuti: ego vero hunc malo, esse enim
 meliorem, multis rebus perspicio. Dein gallis
 permutatis digressi, sub vesperam ad suum uter-
 que hospitium deverterunt. Knuti subditus, con-
 ducto nocturno hospitio, gallum evisceravit, ex-
 imiumque pulpamentum nactus est. Cum autem
 subditus Olavi cibum sumere vellet, gallum suum
 evisceravit, eumque numis Anglicis argenteis¹
 plenum esse animadvertit. Quo viso patrifami-
 lias, cujus hospitio utebatur, de omnibus, quæ
 inter regem Knutum et ipsos intercesserant, ex-
 posuit, et ut interna galli essent instructa, osten-
 dit. Paterfamilias se putare dixit, Knutum [ei,
 qui se laudasset², hoc argentum destinasse: cum
 vero has pecunias bene paraveris, eas tibi jure
 possidere licet. Adolescens his pecuniis permu-
 tandis quæstum facere instituit, bonusque evasit
 mercator, ubicunque versaretur, prudens et gna-
 vus habitus. Knuti vero cliens proximo anno re-
 gem Knutum convenit, tenuiori quam antea re-

¹) aureis, *F.* ²) laudatori suo, *H.*

rum suarum conditione. Hic regem de gallorum permutatione certiore fecit, addens, subditum Olavi, jam opibus valentem, itineribus mercatoribus inclaruisse. Cui Knutus: fortuna perquam dissimili in præsens usi estis, nolo tamen id tuo damno fiat. Quibus dictis ei satis mercium dedit, quibus permutandis quæstum facere jussit. Adolevens regi pro munere et liberalitate gratiis actis discessit, et merces secum ablatas permutare cœpit; ita vero negotiatio ei cessit, ut omnes pecunias amitteret. Hic vir semper postea omnium rerum egenus erat, ita ut ad pecunias nunquam veniret. Ex quibus apparet, Deum semper amicis suis, domi forisque honorem concedere.

P. *De gravi cura, qua rex Olavus affectus est*¹.

Accidit die quadam solis, ut rex Olavus tanta cura affectus esset, ut tempora non observaret. Manu tenebat cultrum et exiguum lignum, a quo aliqua segmenta abrasit. Pincerna, qui coram rege consistens pocula tenebat, animadvertens quid faceret rex, et intelligens eum aliud cogitare, infit: dies lunæ cras est, domine! Quod audiens rex ad eum respexit, et quid fecisset intellexit. Dein inferri lumen candelæ jussit; omniâ quæ abraserat segmenta ligni, in manum collecta, admoto candelæ lumine incendit, et in vola manus suæ igni consumi fecit. Unde concludi potuit, eum leges et præcepta constanter servare, neque, quod rectissimum esse judicaret, negligere voluisse. Hinc apparet, quomodo delicta puniverit, qui tantam hujus negligentiae pœnam sibi ipse irrogaret.

Q. *Congressus regis Olavi, Sigurdi episcopi et Haraldi*².

Cum vero rex Olavus iter ingrederetur, ad

¹) Hoc caput *L* capiti 178, *B, D, F, H, K* cap. 179 Cod. *A* subjungunt. ²) Hoc caput *F* loco capitis 185 Cod. *A* substituit.

eum copiae quadringentorum militum, a rege Svionum datae, venerunt. Quae cum advenissent, rex profectus, primo ad sylvas contendit. Quo loco autem rex primum convivio exceptus est, eo loco lacus occurrebat (Svionibus mare dicitur), aqua dulci, perquam lubrica glacie concreta. Equi non erant calceati. Hic rex suos primum eucharistiae interesse jussit, prima vero carminis eucharistici recitatione rex manus ante oculos opposuit, atque extemplo nix tabida in lacum decidit; nimbo decedente profecti sunt, impedito itinere usi, jam equis, jam navi vecti. Post haec viderunt duodecim viros obviam sibi equis advehi, omnes nigris palliis indutos, quos Sigurdum episcopum ejusque clericos esse agnoverunt. Rex ab episcopo quaesivit, quae esset ejus profectionis ratio. Ille se in Norvegiam non reversurum ostendit. Rex: quare tam cito disjungamur? Episcopus: quia res novae rem publicam perturbant, quod incolae pecunias Knuti acceperunt; quare metuo, ut tribus noctibus diutius in regno manere tibi liceat, quo rerum statu ego praesens adesse nolui, novi enim praefectorum in te voluntatem, qui manum hostilem contra te excitare cogitant, datamque regi Knuto fidem jurejurando obstrinxerunt. Rex: ego meique tuo uti auxilio libenter volumus, eo magis, quo brevior pars vitae reliqua est, propiusque a periculo absumus. Episcopus ita quoque fore pollicitus est. Post haec in montana profecti sunt, Svioniam ab Norvegia disternantia. Tum rex ad duodecim virorum centurias habuit. Devenerunt in provinciam, dictam Jarnberalandum, ubi copiae eis occurrerunt, quae, ut antea dictum est, obviam regi ab Norvegia profectae fuerant. Hic Haraldum fratrem multosque cognatorum et amicorum reperit; quorum congres-

sus exoptatissimus fuit. Hi universi octodecim virorum centurias effecerunt.

R. *Congressus regis Olavi et Kalvi Arnii filii*¹.

Post hæc non ita multo rex quinque homines obviam sibi equis advehi conspexit. Hic aderat Kalvus Arnii filius, qui regem honorifice salutavit. Rex ad eum respiciens, ei Deum propitium precatus est, et quæsivit, quo proficisci cogitaret, qui adeo in superiora montanorum evasisset: putavi te, inquit, rem majoris laboris administrandam habere, hoc tempore, cum promendam habeas dynastiam, quam more venatorum in montana evagari. Kalvus respondet: hoc loco cum te repererim, cursum reflectam; res quidem haud parvi moliminis intra regnum mihi administranda est, quamvis fama majorem in modum aucta, honoris vero titulum ab rege Knuto non exspecto. Sed illud verum est, quod pecunias Knuti regis acceperim, teque non sine prælio intra regni fines admittere promiserim. Confluxit Stiklastados magnus copiarum numerus, in quo multi sunt coloni, injuriarum abs te illatarum dolore irritati; ibidem ego magnam habeo manum, qua tibi auxilium quidem ferre statui, sed primo cum instructa est acies, ego ac mei in exercitu colonorum stabimus, et infesta tela in exercitum vestrum mittemus. Verum ex quo primum sanguis in terram deciderit, nos omnes tuarum partium erimus, tunc enim fidem ac jusjurandum regi Knuto datum exsolvimus. Rex, cum paulisper tacuerat, Thorbergo loquitur: quæ fides verbis Kalvi habenda est? Id nescio, ait Thorbergus; est quidem Kalvus me prudentior, resque nostræ præsentī tempore in summa consilii difficultate versantur, vereor autem ut ejus prudentia et con-

¹) Hoc caput *F* interserit capitibus 189 et 190.

siliis melioribus fruamur. Finnus confirmavit, se non interrogatum fidem Kalvi bene perspectam habere: est enim, inquit, Kalvus vulpis instar subdolos; virgam comæ ejus implicate, ego vero caput ei præcidam, aut collum ejus laqueo induite, ego vero subjectam pedibus trabem excutiam, ut arbore suspensus a proditione et perduellione revocetur. Cui rex: nunc iratus es, Finne, qui fratrem tuum morte multatum velis, neque parcas manibus tuis, quin eum perdas, quod facere te minime decet. Finnus contra: bene quidem me decet, domine! tu enim nuper me docuisti, si quem viderem scelus animo agitantem, hunc a mala ratione retrahendum esse; eo fratrem quam alios homines occidere præstat, quo magis mihi convenit hunc a prava agendi ratione revocare. His dictis Finnus Kalvum adoriri voluit, sed frustra, nam rex eum retineri jussit. Quare Kalvus aliâ deflectens effugit, neque destitit priusquam ad suos revenisset.

S. *Aqua in Vinum versa*¹.

Rex eo die albo equo vehebatur, necopinato autem equi fallente vestigio prolapsi crus diffractum est. Singulis equos suos offerentibus, rex aut se pedibus iter facturum, aut eodem equo usurum asseruit, insolita enim eventa meliori rerum conversioni præcludere. Dein rex crus equi obligavit; eo loco ad reficienda jumenta paulisper morati, equis pascua prospexerunt. Equorum custodes ad eos inspiciendos reversi, equum, quo vectus rex fuerat, revaluisse animadverterunt. Rex, qui hoc die plus justo incaluerat, aquam sibi in vase afferri et ab episcopo consecrari jussit. Quo facto rex acceptam inspiciens: nolo, inquit cerevisiam bibere; puerumque iterum af-

¹) Hoc caput *F* capiti 191, *K* capiti 189 Cod. *A* subjungit.

ferre aquam jussit; puer relatam et ab episcopo consecratam regi tradidit. Qui inspiciens: minus, inquit, volo mulsum tempore jejunii, quam cerevisiam, bibere. Tum rex sacerdotem aulicum aquam petere jussit. It, haurit aquam; Sigurdus episcopus denuo consecrat et regi tradit. Qua accepta, rex fatus est: minus volo vinum, quam mulsum aut cerevisiam bibere. Cui episcopus: hunc potum lætus accipe, dat enim, qui potestatem habet. Tum rex e vase bibit, omnibus, qui aderant, Deum merito celebrantibus.

T. *De rege Olavo*¹.

Acciderat aliquando, quo tempore rex Olavus in regno Gardorum versabatur, ut regina Ingigerda iter e regno susciperet; quam proficiscentem videns rex Olavus, hos versus composuit:

Equus, qui feminam vexit,
in tumulto stabat: ipsa mihi
visa est venusta. Pulcris oculis
mulier voluptatem mihi ademit.
Benigna Diva, manus ornata,
equo propulso Gardos reliquit.
Virum quemcunque, feminasque
omnes error aliquis seducit².

Idem sequentes addidit:

Eximia illa arbor olim
stetit quotannis, tota
frondibus virens, uti
dynastæ norunt principes.

¹) Hoc caput *F* capiti 192 Cod. *A* subjungit, loco eorum quæ capite 87 Cod. *A* continentur pag. 194, lin. 16 usque ad. pag. 196 lin. 14.

²) Ordo: *Blakkr, er bar brúði, stöð á haugi; mér sýndist sprakki fagr; augfögr kona lét oss missa yndis. Göðlát gerðr vala slóðar keyrði eyk a)* or *Görðum; ein glöþ sækir hvern jarl, allar konur.* Vide Vol. 4, cap. 87.

a) Sic scribendum; *eik, F.*

Nunc frons arboris palluit.
 Femina, triclinii decus,
 Gardis versans, caput linigerum
 Mardallæ lacrimis redimivit¹.

Ex quibus apparet, eum Ingigerdam ante plerasque alias feminas dilexisse, et jam perspicuum est, tam hanc feminam, quam ceteros omnes, ei aliquo amicitiae vinculo junctos, inde summam felicitatem percepisse.

U².

Post hæc rex Olavus suos omnes jussit episcopum et clericos confessionis ergo adire, missaque præcini, deinde missam cani et corpus domini sumi. Cum vero ad confessionem auricularem iretur, Gökathorer et Havrafastius cum suis secedebant, aliquo loco consessuri. Rex quæsit, cur non morem aliorum hominum sequerentur. Cui Gökathorer: nihil habemus quod episcopo in aurem dicamus. Haud ita est, ait rex, aliud vero fieri potest, ut huic rei non multum adsveveritis. Dein rex eos formulam confessionis doceri jussit, quo facto se ut alii homines gesserunt.

V³.

Quo loco constiterant, baccae in verruca quadam provenerant, quas decerpens rex cavæ manui immisit. Eo momento videns erecta colono-

¹) Ordo: *En dýra eik a) stöð ár hvat missari harðla græn með blómi, sem hörðar jarlaðóms vissu. Nú hefir trè bliknat brátt (at) laufi; bekkjar lind i Görðum hefir bundit linujörð b) Mardallar gráti c).*

a) Sic conjeci; ok, F. b) Sic conjeci, ex *lina*, velamen lineum, ornatus mulierum; unde *linu-jörð*, solum velaminis, caput; *limuorð*, F, quod ex prava lectione ortum videtur. c) i. e. auro.

²) Sequens membrum F et K inserunt capiti 193, post verba pag. 59, *halda bardaga við Olaf konung.* ³) Hoc membrum F capiti 200 adjicit.

rum signa, locutus est: miseræ baccaë, inquit. Rögnavaldus Brusii filius excepit: nunc verbo lapsus es, rex, copias dicere voluisti. Recte dicis, dynasta, inquit rex, neque tu minus verbo labere, quando brevi eris moriturus. Quod dictum re vera evenit, ut in historiis dynastarum commemoratum est.

X¹. *Rex Kalvum et Thorerem et colonum allocutus est.*

Ubi constiterat utraque acies et milites inter se agnoscerentur, rex locutus est: cur ibi es, Kalve? quove jam pax abiit, quam nobis in monte pollicitus es? Kalvus: dissolvetur ea pax. Rex: quam ob causam? amici enim in Mæria digrediebamur; neque decet te contra nos pugnare aut infesta tela in nos mittere: hic enim adsunt quatuor fratres tui. Kalvus respondet: multa aliter eveniunt, atque optime conveniat: tu proxime ita es a me digressus, ut necesse mihi fuerit cum remanentibus in gratiam redire; itaque cuique, quo loco constitutus est, manendum: tecum vero, si res meo arbitrio gereretur, redirem in gratiam. Finus subiecit: inde Kalvi indolem cognoscas, si speciose loquatur, mali aliquid animo agit. Rex: fieri quidem potest, ut velis mecum in gratiam redire, quæ vero coeptas, pacem non promittunt. Verum quantopere scire cupis sortem quæ te mansura est, si hinc evasero incolumis? Minime cupio, ait Kalvus. Tamen ego tibi dicam, inquit rex: neque te vita neque fortunis spoliabo; potestatem tibi facio Romam proficiscendi; redi cum Deo in gratiam, tum mihi es reconciliatus. Thorer Canis, perrexit rex, visne sortem præscire te mansuram, si vivus Stiklastadis evasero? Non

¹) Hoc caput *F* substituit loco initii cap. 211 Cod. *A* usque ad verba: *Þórir hundr kom með sveit sína.*

refugio, inquit Thorer. Rex: non ego te Romanam proficisci jubebo: talibus enim domi opus est, ut omnia, quæ regi necessaria vidcantur, quæque nemo probus facere vult, peragant. Thorgeir ab Kviststadis sive Kveltris dixit: tu, rex, talem habebis pacem, qualem multi antea abs te obtinuerunt; hoc jam lues. Cui rex: non est, quod mecum congredi tantopere cupias, Thorgeir, tibi enim non dabit fortuna, ut victoriam ex me hodie reportes, nam te ex ortu humili ad honores evexi; an probe meministi, quæ superiori festo Jolensi acciderunt? Thorgeir: multa ego festo Jolensia ita transegi potando, ut memoriæ non mandarim. Itaque tibi in memoriam revocabo, ait rex; eo tempore mecum in aula fuisti, neque vultum tuum magis, quam ego meum, submisisti, ego vero tam minoribus quam majoribus in rebus honori tuo servire studui; quare velim, ut hinc abscedas, te enim præsentem nullam rem dignam geri posse video. Tum Thorleivus Kveikus votum fecit, qui primus regi Olavo plagam intulisset, hunc se interfectorum. Gizur Gulbraë alumnus hæc locutus est: in Islandia moris est, ut operarii pensa habeant, quibus absolutis quiete laboris frui sibi licere putent. Huic rex: adversum te stant in acie duo fratres, alter viribus ferox, alter magiæ peritus; quorum utrumque si humi prostraveris, nemo te imbellem esse dicet. Gizur contra: quo jubes, me convertam; pratum quidem desectu est difficile, tempusque breve, res vero in eo vertitur, quam acutum sit ferrum.

Y. *Colloquium Kalvi cum colonis*¹.

Tum Kalvus Arnii filius locutus est: jam cecidit rex vester; nunc imperium Norvegiæ ad me

¹) Hoc caput F habet loco initii cap. 212, usque ad verba *þá fell fjöldi liðs af böndum.*

jure pervenisse contendo. Cui Dagus: solatium superstitibus præstabitis, si imperium regni nobiscum ex æquo partiamini. Kalvus: quinam adsunt imperio capessendo idonei. Memet ipsum propono, ait Dagus. Coloni responderunt: minime te regem jubere volumus. Dagus: propono itaque Haraldum, fratrem Olavi, quem regem sumatis. Coloni: si Olavum regem recusavimus, multo minus Haraldum, fratrem ejus, optamus. Ille porro: his proximus est Ringus, pater meus, vir sapiens et expertæ prudentiæ. Kalvus ad hæc: Ringus jam senex est, eoque mortuo rege brevi carebimus. Neque eo magis me eligere vultis, reponit Dagus, in quem, quamvis propter imprudentiam custodiendo regno vix idoneum, regni procuratio, amicorum regis Olavi nomine, majori jure competat, quam in regem Knutum ejusve filios. Kalvus contra: adeo omnes mera flagitia hominum erimus, si nos, ut vos objicitis, hunc regem dolis circumvenimus, fidemque regi Knuto datam fallimus. Dagus respondit: si nullam ex his conditionibus accipere vultis, dabimus in vos impetum tam vehementem, ut vulnerum vestigia per totam reliquam ætatem gesturi sitis. Tum pugnam redintegrarunt, dictam impetum Dagicum; quo prælio magnus hominum numerus cecidit; neque Thrandi ullum acriorem experti sunt impetum, quam hunc, post adventum Dagi ab Olavianis factum: hi enim multos homines in amnem per Veradalum defluentem compulerunt et hastis ad necem perfoderunt. Haraldus Sigurdi et Rognvaldus Brusii graves ictus crebro intulerunt. Finnus Arnii filius Kalvum fratrem in pugna obvium sibi factum hasta petivit, quæ femori impacta gravem Kalvo plagam inflixit. Tum hic Finno: non advertis animum, frater, quid facias. Cui Finnus: scio tam quid velim, quam quid fa-

ciam; volui nempe omnes perduelles necare: vos vero grave scelus commisistis, qui dominum vestrum, cujus similem nunquam nanciscemini, prodideritis.

Z. *Colloquium fratrum confecto prælio*¹.

Kalvus Arnii fratres suos, postquam ceciderant, quærebat. Colloquebantur inter se Finnus ac Thorbergus, Arnii filii, inter cæsos strati, Arnio et Kolbjørne juxta eos jacentibus exanimis. Hic Finnus: quam sæpe inter cæsos stratus jacuisti, frater Thorberge? Ille: aliquoties jacui, inquit, et semper malum mihi visum est. Ut vero nunc tibi videtur? ait Finnus. Thorbergus: bene, inquit, hic enim locus est mollis, quo bene acquiesco. Et ego quoque, inquit Finnus, nullus enim dolor vulneribus inest, tu vero an nosti, an vera sit inaudita illa res, quod rex præ nobis sanctus sit. Thorbergus: tu tam temere verba facis, ut quæ loquaris pensi non quidquam habeas, aut omnino non consideres; etenim jam pridem sanctitatem ejus cognovisti. Finnus: audisne, quid istoc rei sit? Thorbergus: nescio, quid loquere. Finnus: audire mihi videor vocem canis, Kalvi fratris mei, quem velle opinor vulnera nostra curare; quare pulcra adest occasio, nunc enim necem regis Olavi ulcisci dabitur. Thorbergus: noli fratri tuo arma intentare. Finnus: noli curare, cujus frater sit; raro quidem prædicare potui, me prudentiorem fuisse, quam regem aut te, ubi vero in monte fuimus, melius perspexi, has infandas res non fuisse eventuras, si, interficiendo Kalvo, meo obtemperatum consilio fuisset. Tum Thorbergus voce tam clara, ut Kalvus audire posset: cave, inquit, ne Kalvo fratri tuo vim inferas. Quo

¹) Hoc membrum *F* habet loco initii capituli 214, usque ad verba *Kálfr gaf ekki at því gaum.*

audito Kalvus tardius accedebat. Ut vero Fin-
 nus eum oculis novit, gladiolum in eum coniecit,
 qui dorsum plantæ pedis perrupit, ut Kalvus ex
 eo tempore vix incessu non claudicaret. Tum
 Kalvus: nunc rex rebus tuis prospicit, qui te in
 malum incidere noluerit, cum poena me dignum
 sciret. Finnus: ne dissimules, inquit, me voluisse,
 telum ita tibi ut accidisset, ut te quamprimum gi-
 gantes raperent; id quod brevi accidet; eum im-
 pium et domini proditorem appellans. Kalvus:
 jam in gratiam redeamus; hanc meam satisfa-
 ctionem accipe: ad hoc usque tempus ego fratrum
 meorum maximus sum appellatus, ab hoc inde
 tempore minimus existimabor. Finnus contra:
 quovis homine minor et pejor existimabere, neque
 ullus vir strenuus satisfactionem tuam accipiet,
 tu omnibus, qui hanc rem cognoscent, invisus eris.
 Aliud Finni responsum alio asperius erat.

AA. *Thorer Canis Knuto miracula Olavi refert*¹.

Multa erat disputatio de sanctitate regis Olavi,
 item de eo, quis regi Knuto hanc rem indicaret.
 Thorer Canis se facturum pollicitus est: miracu-
 lum enim regis Olavi, inquit, quo servatus sum,
 nimium diu celavi: nos duodecim contubernales
 Finnos conduximus ad pelles nobis conficiendas,
 quæ ferro essent inviolabiles: manica pellis, quam
 gestabam, erat brevior; ictus manui meæ inflictus
 pollicem mihi pæne abruperat. Cum vero regi
 letalia vulnera inferremus, atque ille oculos in
 cælum tolleret, animum meum subiit memoria
 commissi sceleris, qua re graviter commotum cum
 visus defecisset, sanguis regis interea per hastile de-
 fluens manum attigit, cumque visum receperam,
 accreverat digitus, circulo fili tenuitate digitum
 ambiente. Hoc miraculum regi Knuto ostendam,

¹) Hoc caput *F* inserit post caput 226 Cod. *A*.

qui quam meruerim bene novit. Thorer Canis in Angliam profectus, regi Knuto omnia, ut acciderant, retulit. Quo audito rex tristior factus est; cujus rei causam interroganti Thoreri, rex respondit: scire mihi videbar, alterutrum nostrum sanctum fore, mihi que id attribueram. Sed nunc ego primus ex inimicis regis Olavi scrinio ejus pecuniam dicabo sanctitati que fidem habebo; cum vero Olavus sanctus sit, in Norvegiam non proficiscar.

BB. *De poëta Sigvato*¹.

Sigvatus poëta cum rege Magno Bono versatus est, assiduo animi mœrore æger ob mortem regis Olavi, ut audire est ex versibus, quos tum composuit:

Recta digressus sum a rege.

Augetur mœror ludo virorum,
dolorque mihi gliscit in pectore:
philyræ in modum palleo.

Sum recordatus, ut alter ille
meus dominus sæpius in avitis
suorum sedibus lusit; quæ res
olim principi gratiam peperit².

¹) Hoc caput *L* inserit post caput 252 Cod. *A*, *F* et *M* in fine historiæ, præter stropharum quasdam. *K* tantum stropham de Alfiva habet, ut suo loco indicabitur.

²) Ordo: *Ek gekk a) um þvert frá þengils; [þýngö vex af b) leiki rekka, en c) mér þróast ekki i brjósti: ek em bleikr sem bast d). [Ek munda e), hve f) hinn g) drottinn minn lèk h) opt-sinnum i) á aðal k)-tóptum l) manna, er m) forðum var n) orðsælt o).*

a) geng, gradior, Hkr. hist Magni Boni cap. 9, ad metrum accommodatus. b) verðungar, satellitum, F, H, Hkr., c) frá leiki verðungar-rekka þengils, ab ludo satellitum regionum, vel frá leiki verðungar (hins) rekka þengils, ab ludo satellitum animosi regis; utrumque observarunt interpr. Hkr. c) omitt. F, G, Hkr., et melius abest. d) böst, G, aut in plur., aut forma feminina. e) minnumst ek, recorder, F, Hkr.; minnumst,

[Vespere quodam cum ea disserendi materia proposita esset¹, ut de arte poëtica disputaretur, quibusdam carmina Sigvati verbis vituperantibus, ac negantibus, eum recta elocutione poëtica uti, hos versus Sigvatus pronuntiavit:

Qui optimam habent sermonis
intelligentiam poëtici,
haud reprehendent facile vitia
in carminibus periti Sigvati.
Suæ sententiæ defensor pertinax,
qui aliorum omnium sententias
confutat, haud dubium est quin
suam ipse vecordiam coarguat².

id., H. f) *hvar*, ubi, Hkr. g) *hins*, F,H, Hkr., refer ad *minnumst*. h) *lét*, gessit se, F,H. i) *sinna*, suorum, Hkr., refer ad *manna*. k) *óðals*, id., F,H, Hkr. l) *tóptir*, H, quod minus placet. m) *ok*, H, Hkr. n) *vær*, H, Hkr., ꝛ: mecum (lusi). o) *orðsælstr*, gratiosissimus, F,H; *orðsæll*, gratiosus, Hkr., referendum ad *drottinn*.

¹) Jam Sigvatus ex austro (Roma) profectus in Daniam venit, et ob severitatem Knuti, qui omnibus Olavi regis amicis immitem se præbuit, clam iter fecit. Hospitio exceptus a potente quodam colono, sese occultavit; cum vero vespere ea proposita esset a præsentibus materia disserendi, F,H.

²) Hanc stropham *F* inserit inter tertiam et quartam stropham cap. 238 Cod. *A*. Explicavit hanc stropham J. Olavius in commentatione de poësi veterum borealium (*Nordens gamle Digtekunst*, pag. 190), susceptis doctissimi G. Magnæi emendationibus.

Ordo: *þeir er kunnar a) [mestar skynjar b) dáins c) mundviggs e), munu siðr f) finna braglöstu á hröðri svinns g) Sigvats. Hverr haldorðr boði skjaldar h) els i), er hnekkir k) þvi er l) allir mæla, vill iflaust gjöra sik at físi m).*

a) *kenna*, id., H. b) *mest um skynja*, H. c) *vigs*, H. d) Sic ego, præeunte J. Olavio, l. c.; *munu*, L; *menn*, H. e) *viggs*, F; *Olafs*, H. f) *sið*, sero, H. g) *sinn*, H; ex quibus lectionibus sensum commodum elicere nequeo. h) Sic F,H; *skorðar*, L, quod quid h. l. valeat, non video, i) Sic F,H; *at*, L, repugnante metro. k) Sic F; *kvikir*, L; *hnykkir*, H.

Hos versus Sigvatus de Alfiva fecit, eo quod Sveine filio ejus Norvegiæ imperante magna erat annonæ difficultas:

Diu vir juvenis seculum
 Alfivæ recordabitur, quando
 domi comedimus pabulum
 boum, uti hirci quisquilias.
 Aliud tempus erat, cum Olavus
 bellicosus huic terræ imperavit:
 tunc quisque vir habuit, qua
 gauderet copia frumenti¹.

Sigvatus mortuum regem Olavum Sanctum carmine laudaturus, poëma ad ductum historiæ de Sigurdo Fabnericida elaborare statuit. Appulsa ad insulam Sulam² dictam navi, cum in terram egressus esset, ita evenerat, ut colonus qui in continenti erat, gravi morbo correptus morti vicinus esset, cui uxor ægro animo adsidebat. Cum vero vires ægrotantis langvescere cœperunt, rex Olavus in somnis uxori ejus apparuit

l) at, id., F, H. m) Nocte vero insequenti Sigvatum somno jam sopitum filia patrisfamilias accessit eumque expergefecit, jubens surgere et abire: nam heri vesperi ex versibus a te pronuntialis cognitus es; rex vero Knutus per totum suum regnum subornavit, qui te data occasione interficiant; quare, nisi hac nocte abeas, cras necaberis, add. F, H.

¹) Hanc stropham infra habet, vide EE.; K eam habet in fine cap. 223 Cod. A.

Ordo: *Ungr drengr mun lengi muna æsi a) Alfivu, þá er átum uxamat inni, [sem hafrar skaf b). Annat var, þá er ógnbráðr c) Olafr um d) reð láði: þá átti hverr hjálmþorn e) hrósa freku f) korni g).*

a) Sic cet.; arfi, L. b) Sic F; skap hafta, L. c) avgnbandaðr, K. d) er, F. e) Sic conjeci; hjálmþorns, F; hjálmr þorn, L; hjálmr þornuðu, K, 3: quodque horreum siccato frumento lætum erat; quod correctionem sapit. f) Sic F; freri, L; omitt. K. g) Sic F, K; borinn, L.

²) Sic F; Suo, L. Rectius Selju, vide sequ. stropham.

eamque his affatus est: operum vices inter nos alternemus, ego maritum tuum curabo, tu vero Sigvatum, poëtam meum, adi, eique dic, me nolle, ut carmen laudatorium, quod de me facit, ad exemplar historiæ de Sigurdo, sed potius ad exemplar historiæ de resurrectione componat. Post hanc visionem materfamilias Sigvatum convenit, eique quæ sibi rex manifestavisset aperuit; quo facto domum rediit. Dum vero domo abfuerat, rex Olavus colono apparuerat eumque sanitati restituerat. Posthæc Sigvatus carmen refinxit et ad exemplar poëmatis de resurrectione concinnavit. Aliquanto post Sigvatus in acutum morbum incidit. Decumbenti apparens rex Olavus, eum se adire jussit, diem præstituens, qua ei obviam venturus esset. Cum dies a rege præstituta adesset, Sigvatus hos versus composuit:

Serius mihi Haraldī filius
 audax videtur ad dictam diem
 venire ab austro; longus vitæ
 dolor est, amisso principe virorum.
 In Selja manens exspecto beatum,
 amice, quæcunque tandem eum
 teneat mora; dominum virorum
 adventurum speravi hodie¹.

Quo dicto Sigvatus animam efflavit. Regem Olavum, quod ei pollicitus sit, præstitisse credimus, cum multis, qui eum invocent, magna beneficia exhibeat.

¹) Ordo: *Mér þikki sökndjarfr arfi Haralds seinn sunnan konungs a) morgin; laung lifs sorg er at lýða þengil. Heiðis hyrtælandi b), hvatki er dvelr sælan, bið ek hans í Selju; hefik vætt gotna drottins nú í dag.*

a) Sic F; þat, L. b) consumens gladium, i. e. vir; vel junge sælan h. hyrtælanda, ut ad regem referatur; heiðis ab heiðr clypeus, gen. heiðs, inserto i, heiðis; vel sequ. gotna muta in gatna, sic heiðis gata, semita accipitris, manus (ab heiðir), ejus hyrr, aurum.

CC. *Miraculum Sancti Olavi*¹.

Alio tempore rex Olavus splendidum et rari exempli miraculum edidit. Rusticus aliquis, liberalis et ab omni maleficio alienus, injuria oppressus est potentium virorum ex eadem provincia, in qua ipse habitavit, qui magis malevolentia quam veritate ducti, eum furti crimine alligatum, temereque damnatum, contra leges divinas et humanas in crucem egerunt, nullam ei purgationem culpæ concedentes. Cum vero miser ille vir nullis precibus a malis istis hominibus impetraret, ut legali excusatione criminis uteretur, nihil auxilii aut solatii ab aliis hominibus exspectans, omnem causam et rem suam in fidem Dei et patrocinium amplissimi domini Olavi Haraldii filii commisit, petens, ut pro se apud Deum omnipotentem ex æquo et bono intercederet, præsertim cum invocatus sæpe clementissime adjuvet etiam eos, qui graviter deliquerunt et justas pœnas meruerunt. Ut rem brevi expediamus, tandem scelesti isti homines eo malitiæ processerunt, ut miserum illum hominem immerentem et præter jus suspenderent. Bonus autem ille rex, sæpius ab eo invocatus, in præsentis vitæ discrimine, ut sibi videbatur, versato opem clementissime tulit. Ut enim primum ex terra sublatus erat, visus ei est optimus Dei amicus, rex Olavus, tabulam pedibus suis subijcere, quo adminiculo totum fere eum diem usus est, usque ad eum finem dum uxor ac filii domo potentis cujusdam viri advenerunt, impetrata tollendi corporis humanique venia. Qui cum ad suspensum corpus venissent, filius arborem, præruptæ rupis fissuræ immissam, ex qua pendeat, conscendens, ægerrime prorepere potuit, ut laqueum disseccaret; quo facto misellum corpus

¹) Hoc caput *F* habet in fine historiæ post c. 260 Cod. *A*.

per abrupta præceps ferebatur, omnibus qui adstabant opinantibus, dejecti singula ossa comminutum iri. Tantum vero ei præsidii dedit tutela domini et sancti divi deprecatio, ut nec patibulum nec laqueus, nec præceps in terram casus, subjective soli asperitas ei necem afferre potuerit. Hinc simul atque in terram delapsus erat, surrexit, utque cœpit advertere animum, visus sibi est nocturna specie delusus fuisse; ubi vero mens et vires redierant, ad abeundum se paravit, locum, ubi sanctus rex Olavus quiescit, petiit, et archiepiscopo omnibusque canonicis rem a principio ad finem retulit, quodque beneficium a Deo omnipotente, augusto Dei amico rege Olavo deprecante, accepisset.

DD¹. Erat in emporio, ubi sanctus rex Olavus requiescit, mulier quædam, quæ morbo caduco diu laboraverat; hæc juveni viro nupsit, et morbum quantum potuit celavit. Aliqua nocte, cum in lecto esset, hoc malo repente oppressa est, quo gravi incommodo maritus expergefactus, cum illa jaceret singultiens, in tergum se retorquens, animi non compos, fortunam suam deploravit et irreparabili illa calamitate magnopere doluit. Qua molestia cum se nullo modo posse liberari intelligeret, exquirat ab ea, quoties calamitas illa eam invadere soleat, aut ecqua medicina esset, quæ eam curare posset. Ea significavit, se gravi illo morbo quot mensibus opprimi, nullamque medicinam ullo sibi auxilio esse. In hoc ingenti dolore, quo maritus et uxor afficiebantur, sanctam virginem Mariam sanctumque regem Olavum invocarunt. Quos cum uxor, ægra doloris-

¹) Quatuor sequentia capp. *L* et *F* fini historiæ subjiciunt; ex his *K* tantum huic proximum habet; *D* sub finem hujus cap. iterum incipit, eique proxime subjungit caput, quod ex his quatuor ultimum est.

que plena, auxilium flens obsecrasset, rem coram sacerdote confessionum ministro exposuit, edocuit fortunam suam, consiliumque ejus depoposcit. Ille statim præcepti evangelici memor, ei indicavit, neminem nisi precibus et jejuniis adhibitis tali morbi genere levari posse. Moniti ad ædem sancti regis Olavi, allato lumine cereo, se utrique contulerunt, ut sacrum festum celebrarent, præcedentique nocte unacum multis ægrotis hominibus jejunabant. Postridie erat festum sancti illius regis, cujus diei mane, finitis sacris antelucanis, solenni ejus festi ritu, quo Divus ille vita functus est, uxor domum rediit, ab eo inde die ad finem vitæ tam eximio beata beneficio, ut mala illa calamitas eam postea nunquam vexaret. Tanta autem fuerat hujus mali vehementia, ut inde a pueritia hæc pestis nullo eam mense deseruisset. Tantus vero fortunæ cumulus illis accessit, ut quovis die anniversario festi Olavi, quo sanitatem uxor receperat, vigiliis et jejunia agentes, eleemosynis et precibus Dei fidei se committerent.

De incendio, quod in emporio erupit.

2. Accidit aliquando Gardis in oriente, ut incendium in emporio, qui Holmgardus dicitur, erumpens, tantum periculum asserret, ut totum oppidum a vastatione prope esset. Hic omnes timore percussi, ad sacerdotem quendam, Stephanum nominatum, qui sacra munia ædis regis Olavi obiit, confugerunt. Qui sacerdos eum in tam gravi tempore auxilium et potentiam sancti Olavi regis tentare, veritatemque effatorum aliorum hominum vellet, cognitis illorum precibus, simulacrum boni illius domini ambobus manibus complexus igni opposuit. Quo facto incendium non amplius, ultra quam processerat, evagatum est; atque maxima oppidi pars hoc modo servata est.

Miraculum regis Olavi.

3. Quæ bonus ille rex Olavus in provincia, dicta Thelamarka, patravit, digna sunt quæ referantur. Accidit die quodam, ut universi coloni ejus provinciæ convenirent, et de rege Olavo inter se collocti, ædem constituerent in gloriam et honorem sancti regis Olavi fabricandam curare. Cum vero quæsita saxorum sectilium copia in tota vicinia deesset, eodem die, quo cæmentarius ad opus faciendum conductus domum redire cogitaverat, Deus fecit, ut ingens mons, qui prope in vicinia erat, sponte dissiliret, unde omnia saxa convecta et ad templum deportata sunt, quo facto provinciales ædem ingenti sumtu faciendam curaverunt.

Miraculum.

4. Puer quidam parvo natu in territorio, quod emporio proximum est, ab cognatis suis, qui eo loci ad conventum aliquem convenerant, aberravit. Itaque hi collectâ manu eum quæsitum iverunt, neque, omnibus locis, in quibus mansurus sperabatur, exploratis, invenerunt. Cum totum sequentem diem in eo quærendo occupassent, neque ullam de eo famam captare possent, sanctum regem Olavum invocarunt, pecunias pro suis quisque facultatibus contulerunt, easque eodem die ad ædem sancti regis Olavi, clementia ejus confisi, miserunt. Quo facto puerum tertio quærentes, ad domum quandam, quem locum antea diligentissime exploraverant, dormientem invenerunt. Qua re læti domum redierunt, Deoque et sancto regi Olavo pro eximiis illis miraculis, quæ quocunque tempore invocatus efficit, gratias egerunt.

EE. *Miraculum augustissimi regis Olavi*¹.

Cum multa exposui de miraculis illis, quæ

¹) duo seqq. capp. F fini historiæ adjicit.

dominus noster sancti regis Olavi gratia patravit, tum mihi sequentia, quæ multorum Dei amicorum animos excitent, in primis eximia videntur. Ut animus quidem cujusque hominis christiani natura est corpore præstantior, ita quoque ejusdem mors periculosior et gravior, et curatio gloriosior; totius autem generis humani hostis nullum intermittit diem, quin idem nobis faciat, quod olim in Paradiso fecit: cujusque hominis mentem et animum corrumpere, quemque hominem fraudulentis astutiis decipere semper cupit: mendaciis, quibus homines lactat, postulat ut fides habeatur, iram vero Dei et præceptorum violationem parvi esse momenti contendit: terrestres honores promittit, qua re multos homines seducit, Dei autem judicium et inferorum cruciatus non opus esse dicit ut a quoquam metuantur. Hac fraude primum hominem deceptit; eadem fraude progeniem ejus quotidie fallit, ut omnium Dei præceptorum obliviscatur. Eodem modo homini cuidam imposuit, quem letali potu, diaboli afflatu venenato, deceptit. Miser autem ille vir in ea provincia nimio fastu plenus erat: adeo enim inimicus eum obcæcaverat, ut præ voluptatibus et mundanis cupiditatibus cruciatus futuræ vitæ nihili haberet, cum potestati diaboli se tradidisset, ut pravis suis optatis potiretur, et omnem convictum sanctorum hominum renuntiasset. Ex quo tempore diei, beato regi Olavo sacræ (non) pepercit. Accidit autem aliquando, cum magna hominum multitudo ad ædem, in qua excelsus ille rex quiescit, ventitaret, beneficia (divina) exspectans, ut infelix ille vir eo quoque se conferret, atque eo solum consilio, ut aliquid videre et audire, loqui et facere posset venereis voluptatibus implicitus, quo se firmiter, quam antea, diaboli amicitia adligaret. Sed dominus noster tam miti est

corde, ut infelicis hominis eo magis misereatur, quo eum videat deceptum miserius, quam alium quempiam hominem christianum. Hoc ipso die, cum corpus sancti illius viri solenni pompa efferretur, infelix ille vir gloriam sancti hujus viri, suam miseriam et æternam calamitatem, quam se ex hac vita degressum mansuram credidit, animo considerare cœpit. Dein sublimis spiritus sancti benignitas, ob præsentem illum Deo carum principem, eum adspexit, atque tanta imbuit pœnitentia, ut vel externa hominis species prodiderit, quam graviter infelix ille vir se deliquisse existimaret. Cum vero scrinium e loco, ubi antea steterat, deportatum est, ille, quo loco sanctum corpus repositum fuerat, auxilium quæsit, sanctumque virum magnis gemitibus et suspiriis invocare cœpit, benignum illum regem miserabili fletu obsecrans, ut divino auxilio se lentis peccatorum vinculis, quibus a diabolo esset implicitus, exsolveret. Jam Deus, propter intercessionem sancti regis Olavi, solenniter ei concessit, ut eum ex potestate diaboli ad se vindicaret, spem ei in posterum faciens veniæ et æternæ felicitatis, si vitiis renuntiasset et hortamina diaboli repudiasset. Ubi vero eo res venit, ut sua peccata et impuras libidines coram sacerdote recitare deberet, non ausus est infelix ea fateri, atque ignovit ea, neque voluit scelestæ vitæ rationem reddere. Tum dominus noster eum gravi et vehementi morbo implicuit, ex quo non antea revaluit, quam omnia a se commissa scelera confessione peccatorum expiasset. Quo facto cum sanitatem animi et corporis receperat, visus sibi est in langvore luculenter animadvertisse, se ob nimiam superbiam et corporeas voluptates a Deo aberrasse et hoc modo animæ suæ jacturam fecisse. Post hæc orthodoxæ fidei eo constantius adhæsit, quo im-

manius se antea vixisse noverat, quoque plura admiserat, Deo omnibusque bonis contraria. Ex hoc tempore per omnem reliquam ætatem, quoad vixit, dominum nostrum et sanctum regem Olavum coluit.

Dicta Einaris Arcipotentis.

Cum rex Svein et Alfiva, mater ejus, Norvegiæ imperabant, incolæ regni, quotquot eorum dominatione tenebantur, miseriam suam iniquo animo tulerunt. Quam dominationem oppressa libertas et difficultas annonæ intolerabilem fecerunt, populus enim magis brutorum pabulo, quam cibo humano vivebat, nam tempore imperii eorum numquam fertilis erat annona, quod ex versibus, quos Sigvatus composuit, intelligi potest:

Diu vir juvenis seculum
 Alfivæ recordabitur, quum
 domi comedimus pabulum
 boum, ut hirci quisquilias.
 Aliud tempus erat, cum Olavus
 bellicosus huic terræ imperavit:¹
 tunc quisque vir habuit frumenti
 qua gloriaretur copiam.

Traditum¹ est, celebrem conventum Nidarosi aliquando fuisse, præsentem rege Sveine matreque Alfiva; in quo cum de oppressione civium multum disputatum esset, nemo erat qui regis aut Alfivæ orationem secunda acclamatione exciperet, propositave probaret aut improbaret. Heic Einar Arcipotens, ut omnes audire possent: mihi quidem nulla cum rege Olavo amicitia erat, tunc vero Thrandi male mercabantur, cum sanctum regem suum vendebant, equam cum pullo reci-

¹) Sequentia hujus cap. *K* inserit cap. 231 Cod. *A* (Text. Isl. pag. 113, lin. 13).

pientes; hic rex verba facere nescit, mater ejus malum tantum cupit, plurimum vero pollet. Quibus dictis omnes, qui audiebant, renidentes adriserunt, ea alii aliis communicarunt, optimeque dicta asseruerunt. Tum Alfiva: cur coloni non consident et orationem regis auribus accipiunt, nihil mussitantes? Hic tacentibus colonis Einar surrexit, et clara voce, ut omnes audirent, locutus est: domum redeamus! malo utique negotiorum exitu, et nunc et antea sæpius, Alfivam audiistis; præstat, injurias vos mansuras domi excipere, quam universos in unum locum convenientes unius feminæ verbis aures præbere, quas præbere nolulistis regi Olavo, cujus vera sanctitas nunc probata est. Atque facinorum maxime nefandum hac in terra admissum est, quo regem Olavum incolæ prodiderunt, idque eventu, ut exspectari poterat, infelicissimo: populus, ex quo hæc invaluit dominatio, nimiam perpesus est servitutem, quam jam jam satis longam Deus brevem esse jubeat. His dictis Einar et unacum eo omnis populi multitudo ex comitiis discessit.

FF¹. *Miraculum.*

Væringorum aliquis in Gardis ad orientem juvenem-servum emerat, qui etsi mutus lingvæque usu destitutus esset, tamen bene cordatus et circa multas res sollers erat. Cum loqui non posset, nemo, qua gente ortus esset, novit; plerique eum Norvegum esse autumabant, eo quod arma, quibus Væringis opus est, fabricavit et ornavit. Hic juvenis multa loca obierat, et persæpe pretio emtus et venundatus fuerat. Tandem mercator aliquis, vir bonus, eum redemit et misericordia ductus libertate donavit. Deinde

¹) Hoc caput *D*-et *L* addunt.

sui juris factus in urbem, Holmgardum dictum, venit; hic ei bona quædam matrona hospitium præbuit, quo multos per dies usus est. Bona illa matrona ædem sancti regis Olavi quaque sacra die frequentare nunquam intermittebat, et benignum illum regem magno amore et religione colebat. Nocte quadam cum obdormivisset, sanctus rex Olavus ei in somnis apparens mandavit, ut vir ille juvenis eam sequenti mane ad sacra antelucana comitaretur. Ea dicto ejus audiens, juvenem jussit ad templum secum ire; quo cum venisset, langvore gravatus decubuit et inter sacra cantata dormivit; mox in somnis vidit eundem virum ad se accedentem, eodem habitu oris et vestitu, quo matronæ præcedenti nocte apparuerat. Rex Olavus muto locutus est: aperi os tuum et implebo illud. Quo dicto prehensam lingvam ejus signo crucis consecravit, et quæsi- vit, an sciret, quis ei apparuisset, jussitque, si loqui posset, eum nominare. Æger respondit: puto te esse regem Olavum sanctum. Quo dicto somno experrectus est et loqui valuit, Deumque omnipotentem et beatum regem Olavum pro recuperata sanitate laudibus celebravit.

GG¹.

Peregrinator quidam religiosus, regem Olavum sanctum aditurus, cum per Upplanda iter faceret, captus, ad necem lapidatus et cumulo saxorum obrutus est. Hic benignus ille Dei amicus, hoc homine in vitam revocando benignitatem suam ostendit. Quod vero viribus erat debilis, visus ei est ipse rex accedere et saxa conjecta remove, atque eo facto se ita alloqui: i nunc, quocunque vis. Ille statim surrexit, et boream versus in Nidarosum profectus, hoc insigne be-

¹) tria seqq. membra *D* addit.

nignitatis exemplum, quod rex Olavus sanctus in eo ediderat, narravit; qui vero scelus commiserant, vehementi pœnitentia affecti sunt, omnesque Deum et sanctum regem Olavum collaudarunt.

Præterea in Gothia accidit, ut femina quædam, quæ regem Olavum sanctum adire constituerat, in furum numero habita, immerito necata esset. Tunc is, qui Dei beneficio tam cogitationes, quam facta hominum novit, adfuit eam in vitam revocaturus et ex eo loco abducturus, tantique fecit ejus propositum, ut eam pro incepto itinere vita donaret. Quam ob rem omnes Deum et sanctum regem Olavum laudant.

Longum præteriit tempus, ex quo sanctus rex Olavus e terra sublatus et debita religione solenniter cultus fuit, donec ædes sacra Stiklastadis ædificata esset, quo loco sacer ejus sanguis ex hac vita decedentis in terram manaverat. Cum vero templum consecrandum erat, adventusque episcopi expectabatur, accidit, ut rex, in ea provincia constitutus, gravi morbo laboraret, altero genu tanto tumore inflato, ut femur et partes superiores correptæ, totumque fere corpus doloribus affectum esset. Quibus doloribus commotus, sacra accedere gloriamque Dei et sancti regis Olavi videre concupivit. Dein ad navem deportatus, amnem cymba transvectus, et ad templum deductus est. (Sequenti) autem die, finitis sacris antelucanis, relatum est regi de lapide, in quo vitam posuit rex Olavus, qui etiam nunc cruore aspersus dicitur; qui lapis ex altari excurrit. Dein rex ad altare se movit, et genu partesque maxime adfectas lapidi adpressit, quo facto confestim ei tam augusta contigit clementia omnipotentis Dei creatoris et patrocini sancti regis Olavi, ut eodem die omnis dolor et tumor evanesceret¹.

¹) Hic explicit *D*, cetera mancus.

HH¹. *De equite Anglo.*

Eques aliquis Anglus dissidium cum fratre agitabat, cum hæreditatem inter se dividere vellet. Quæ dissensio tam infelicem habuit exitum, ut eques fratri graviter iratus, dstricto gladio eum peteret, matremque, quæ ictum aversura intercurret, unacum fratre uno ictu necaret. Ob inauditum hoc scelus divinam vindictam metuens, cum de indulgentia Dei desperaret, salutaria dicta domini nostri recordatus est: nolo mortem hominis peccatoris, malo, ut se convertat et emendet ac vivat. Meminit cum fletu et poenitentia exemplum Petri apostoli aliorumque hominum Deo carorum. Hinc sponte sua ferreis vinculis se includi fecit, et hortatu clericorum sancta loca visum ivit. Cum vero ab nullo sancto homine plura miracula patrata esse, quam ab rege Olavo Haraldi filio, comperisset, quamvis longo interjecto itineris spatio, ejus ædem visere cupivit. Festo Pentecostes in Norvegiam venit; et cum missam cani cœptam gratia sancti spiritus audiret, vinculum ferreum, quo brachium ligatum erat, dissiliit et procul cum magno crepitu evolavit. Ille Deo omnipotenti et sancto regi Olavo pro miraculo, quod obtinuerat, gratias egit, atque eo loco usque ad diem emortualem ejus commorare statuit, quoniam remanebat adhuc vinculum ferreum, quod collum revinxit. Festo autem regis Olavi, cum scrinium ejus exportatum et depositum esset, ut qui vellent accedere possent, vinculum ferreum, quod collum equitis antea memorati revinxerat, scelerum ab eo edita confessione, sponte est dissolutum. Quod miraculum multas per terras ab omnibus celebratum est. Hic finem faciemus hujus libri, ne prolixitate orationis (no-

¹) Hoc caput *L* addit, et cum eo explicat.

stræ¹⁾ auditoribus (tædium¹⁾ afferamus. Neque exspectari par est, posse unum omnia miracula memoriæ prodere, quæ dominus noster Jesus Christus, in gloriam suam, propter merita et preces beati regis Olavi, fieri jubet, qui cum patre et filio et spiritu vivit et regnat, unus Deus in sancta trinitate per omnia secula.

II². Hæ breves particulæ, quæ hic collectæ sunt in ipsa vita sancti regis Olavi Haraldi filii, qualem sacerdos Styrmerus polyhistor composuit, exstant, etsi supra in hoc libro non sint plene expositæ. Neque est quod miretur quisquam, multa, quæ ejus ætate acciderint, jacere memoriæ non prodita, quandoquidem hic augustus radius multis orbis septemtrionalis locis emicuit, quo rei christianæ et ecclesiasticæ major quam antea libertas et securitas accederet.

Accidit, cum rex Olavus in Anglia versatus, arte et consilii sollertia Londinorum urbem expugnaverat, ut mercatores quosdam nuper ex Norvegia eo delatos conveniret. Qui quærenti, quid rerum novarum ex terra afferrent, et inprimis diligenter de matre et vitrico percontanti, cum ad interrogata respondissent, procedente sermone, rex Olavus de femina Norvaga, nomine Steinvara, quæsit; quæ amica Olavi appellata fuerat. Mercatores ajebant, viro nuptam esse. Olavus, cui nupsisset, interrogavit. Illi dicunt, virum cui nupserit, Thorvardum appellari, cognomine Gallium (i. e. Labem). Olavo, cujus conditionis esset, quærenti, dicunt, colonum esse, habitare a borea Stadi Norvegiæ, eoque Steinvaram rei familiaris curandæ causa ad eum concessisse. Tunc Olavus hos versus composuit:

¹⁾ uncis inclusa conjectavi; in cod. lacuna est. ²⁾ Quæ sequuntur ad finem adjecta sunt historiæ Olavi sancti in Cod. Flat.

Dolendum est, quod femina lapillis
ornata auroque insignita, debet
in terra transmariua hunc apud virum
marcentis instar arboris pallescere.
Optarim, hanc ornatu manuum
notabilem puellam, in meas,
dum vivam, sollicitudines natam,
florentis instar arboris virescere¹.

His dictis rex Olavus et mercatores digressi sunt.
Rex Olavus expugnata urbe Londinorum,
hoc poëmatium composuit:

Egrediamur, antequam ingentes
copiæ militares et pugnatores
animadvertant, oppressam esse
infestis signis Anglorum patriam.
Animosi simus, quassemus bellica
contorqueamusque spicula:
Anglorum multitudo, nostros enses
metuens, se conjiciet in fugam².

Multi alacres pugnatores
eo loco, quo nati educatique
sumus, hoc die vilem
vetustamque induunt tunicam.

¹) Ordo: *Þat er böl, er lind landrifs, merkð gulli, skal fölna við grjót-ölnis a) galla i landi fyrir handan ver. Ek munda vilja þann valklifs við b) standa algrænan, meðan ek lifða; bands björk erumk alin at bölvi.*

a) malo ölna, ab öln, ulna; sequens galli allusionem continere videtur ad cognomen Thorvardi. b) cum appellationes ex arboribus desumtæ h. l. cum delectu positæ videantur, minus hic offendit nomen arboris masculinum pro feminino positum.

²) Ordo: *Gaugum upp, áðr miklar ferðir málmregns ok morðs skafar a) fregni ættlönd Engla farin röndu. Verum hugrakkir, hristum hlakkar spjót ok skjótum: Engla gnótt leggr á flóttu fyrir orum eggjum.*

a) malo legere skapar, vel potius stafar.

Nos autem Odinis alitem
 Anglorum sangvine alimus:
 noster poëta indusium
 consutum malleo induet¹.

Vir loquaculus, in crepusculo
 amans sermocinari, qui feminam
 sustentat, sero exhibit domo
 ad rubefaciendum gladium.
 Ille vibrator gladii hoc anno
 non escendet in Angliam,
 clypeum impigre portans, ut
 aurum rutilum lucrifaciat².

Thorkelis milites non visi
 mihi sunt tardare in aciem
 descendere, quod carmine celebros:
 illi non metuebant crepitum ensium.
 Obruti nimbo telorum sumus
 nuper, cum pugnatores acriter
 instructæ aciei instarent; acer

¹) Ordo: *Margr frárl a) oddsennum b) ullr ferr þenna dag i illan fornan serk, þar er vorum fæddir ok bornir. Enn (vèr) ölum c) Hnikars gjöð d) á blöði enskra manna. Várt e) skáld mun skreiða f) i skyrtu seiða g) hamri. Vide Fornm. S. 11, 197, Nord. g. Digtek. 174.*

a) Hanc vocem suscepi ex Knytlinga l. c.; Olavius l. c. *fjarr*, procul, forte ex conjectura; *freyr*, F, sed ita aut *freyr* aut *ullr* absolute pro viro poneretur, cujus exempla nunc non succurrunt. b) Sic dedi sec. Knytl. et Nord. g. *Digtek.*; *odd-senni*, F. c) Sic Knytl.; *aulun*, F. d) Sic id.; *gjöðs*, F. e) ört, statim, mox, Knytl. et Ol., quod præstat. f) *skæðast*, Knytl. et Ol., quod secutus sum. g) *sæða*, iid., quod prætuli.

²) Ordo: *Ræðinn þollr a), gjarn glaums of grimu, sá er fæðir mey b), mun siðarla árna at rjóða randarskóð. Sá svegir sáralauks berr eigi á c) ári reiðr rönd upp á Englandi til rinar glóða.*

a) absolute pro viro ponitur, ut pauculis aliis locis; intelligit Thorvaldum Gallium. b) i. e. Steinvaram. c) malo i, ut infra in stropha penultima hujus poematii, et aliis locis.

impetus in montanis factus est¹.

Is mihi vir videtur elati
animi esse, qui celeriter famem
aquilæ sedat; sapiens virgo
stragem, si qua edita sit, audiet.
Hi vero, qui cæruleum validum
norunt ensem, existimant acrem
fuisse pugnam, quam princeps
in ripa Tamesis commisit².

Ulvkeli destinatum animo
nuper fuit, excipere pugnatores;
ubi crepuere missilia, acer
clypeorum conflictus invaluit.
Et deinde apparuit, qua fortuna
usus sit vir ille bellicosi ingenii;
nos dubio animo dimicavimus
adversus acrem pugnatorem³.

Potentis Knuti jussu factum est,
ut omnes Dani loco manerent.

¹) Ordo: *Liðar Þorkels a) þóttuð mér dvelja at gánga i fólk, er ek þátta; þeir sást eigi sverða saung. Vær hlutum vopna skúrir áðan, er vikingar kniðu harða fylgr liði b); hörð hrið varð á heiði.*

a) intelligit Thorkelum Procerum. b) malo fylgiliði, copias auxiliariibus, hoc sensu: cum pugnatores copias auxiliares in aciem audacter producerent; vel fylgliði, fókliði, quod in versione expressi.

²) Ordo: *Hinn jarl þikki mér hár, er brá snarla föstu ara hlýra; vitr mær spyrr valköst, ef væri. En þekkjondum blás þunn-megin ásar a) þikkir sú hrið hörð, er hilmir gerði á Tens-dr síðu.*

a) Odinis validus contus, i. e. gladius.

³) Ordo: *Ulfkell lét einráðit áðan at biða vikinga; hörð hrið hildargarða óx, þar er spjör gullu. Ok síðan sáttu, hve sliðrhugaðr a) mátti; tveir hugir runnu b) á oss við c) bitran skeggja brunns byggs.*

a) conjeci pro sliðrhugaðr. b) conjeci pro runnum. c) conjeci pro ver.

Strenuus princeps clypeo tectus
processit, milite ad flumen pugnante.
Præliator! quo loco dedimus impetum
galeis loriceisque tecti, perinde
erat ac si quis feram alcem
currentem retinere voluisset¹.

Splendida tela micant vibrata
circa principem, galeæ
svctum. Sæpe femina, domum
incolens lapideam, prospectabit,
quam impigre rex Danorum,
victoriæ inhians, oppugnet
urbis incolas. Gladius
britannicis loriceis insonat².

Femina, poculorum ministra, quovis
mane videt gladios sanguine
rubefactos in ripa Tamesis:
non esuriet ales cadaverum.

Strenuus ille vir, qui
Steinvaram a boreali parte
Stadi custodit, hoc anno
gladium non rubefaciet³.

Eo anno, femina, quo foris

¹) Ordo: *Ríkr Knútr ræð, ok bað alla Dani biða; röskr baug-stalls lundr gekk und randir: herr vá við diki. Sýn-elds kennir! Þar er sóttum með hjálmok brynju, var nær sem sveit heldi ólmum rennanda elg.*

²) Ordo: *Hrein vopn glóa á lopti of hjálmötum hílmi; ekkjan, sú er býr í stoini, mun opt lita út, hve a) snarla sigr-fikinn Dana vísi sækir þorgar karla; blöðis dynr á bretskaum brynjum.*

a) posterior pars strophæ occurrit *Fornm. S. 11, pag. 197.*

³) Ordo: *Horna hlökk sér hvern morgin hjálmskóð roðin blöði á Tamsár bakka: hánga má skalat a) húngra b). Sá svegir gunnborðs, hinn er gætir Grjótvarar fyrir norðan Stað, rýðr eigi sára lauk í ári.*

a) Sic dedi, *Knytlingam secutus; skamt, F. b) prior strophæ pars occurrit Fornm. S. 11, p. 179.*

excubuimus cum principe
 in expeditione, quovis die
 clypeus sanguine rubefactus est.
 Auro conspicua mulier!
 postquam dura prælia nuper
 confecta sunt, in amœna
 urbe Londinorum commoramur¹.

Ex his versibus potest intelligi, regem Olavum sæpe his in terris in corporalia certamina venisse; idem vero sæpius spiritualiter contra diabolum certavit. Et quamvis sæpe adversarios suos corporaliter vicerit, sæpius tamen impurum spiritum devicit spirituali illo certamine, quod cum eo quotidie commisit, non immemor, quid Deus in evangelio præcipiat: estote fortes bello; quod sic intelligendum est: contendite cum antiquo serpente venenato, atque æternum regnum consequemini. Hoc idem præceptum hic Dei athleta, egregius Olavus, servavit, quotidie cum antiquo diabolo pugnans, pro quo eodem certamine æternam regni cœlestis gloriam a domino nostro consecutus est.

Accidit mane festi paschalis, rege Olavo Nidarosi commorante, cum magna hominum multitudo in oppidum convenisset, quidamque eorum, qui advenerant, in Gölardalum deambulassent, ut vir aliquis eos præteriret, vastis humeris, amiculo et albis tibialibus indutus; is solus incedebat. Tunc eorum aliquis: quis es, socie? Ille vero tacuit et ire perrexit. Ita sim salvus! inquit alter, hunc ego contumeliæ nota inquinabo; quo dicto eum cursu assecutus, summum crus admoto calceo perstrinxit; erat autem eo

¹) Ordo: *Ilmr! þat a) ár, er vorum úti l för með hilmí, var þat hvern dag, er hurð Högna nam rjóðast blóði. Fit fyllar dags! sizt hörðum vígum varð nýlökít, knegum vèr sitja i fögrum Lundúnum.*

a) Sic conjeci; þar, F.

loco solum uliginosum et valde lutulentum, unde crus viri multo cœno inquinatum est; atque hoc facto digrediuntur. Sequenti die paschali missi a rege cœnaculum, ubi hi considebant, ingressi, dicunt, velle regem eos convenire. Illi, quamvis minime gnari, quid rex eos vellet, tamen eum adeunt atque salvere jubent. Ille reddita salute: ut comparatum est de pecunia, quam jure societatis nostræ vobis commisi? Illi vultu demisso, negare se meminisse, pecuniam ab eo jure societatis sibi unquam commissam. Immo vero, inquit, vos regios socios professi estis. Quo dicto cum tristiores fierent, rex loquitur: nolite contristari. Hoc vero consilii vobis do: eum tantum contumeliæ nota inquinate, quem noveritis, qui sit. Illi actis regi gratiis discesserunt, persvasum habentes, regem Olavum fuisse, quem hac contumelia affecissent.

Aliquando cum rex Olavus Sanctus, aulicis comitatus, classe præterveheretur oram, ubi Thorvardus Gallius et Steinvara, supra memorata, villas haud procul a mari habuerunt, quæsiverunt aulici, an eo navem appellere, Steinvaramque amicam convenire vellet. Rex his versibus respondit:

Multo, quam olim fuit, est
difficilius, Stado præternavigato
nostram ad insulam appellere;
hanc feminam omnem per vitam desidero.
Hic portus mole saxorum, viro
præliatore, ita nunc obstructus est,
ut nunquam mihi posthac, femina,
eo navem applicare liceat¹.

¹) Ordo: *Miklu vandsærra er fyrir Stað til eyar vorrar, en forðum var; ek þrey var örborðs blikis um aldr. Nú er grjóti geirþorps boða vorpit fyrir þá höfn, er ek má æfa hafna sæfar hlun, gunn hvítunga.*

Jam non appellam navem ad hanc terram, ait rex, magis enim me decet, Dei voluntati parere, quam meæ pravæ cupiditati obsequi. Quibus rebus intelligi potest, quantum Deum omnipotentem amaverit, qui Dei cœlestis voluntatem propriæ cupiditati antetulerit.

Rex Olavus multos secum habuit Islandos, quos eximio honore auxit suosque aulicos fecit. Unus ex his erat Sigvatus poëta, Thordi filius; is educatus fuerat in Islandia, prædio quod Apavatnum dicitur; hic vir quidam habitavit, nomine Thorkel, qui Sigvatum enutrivit et educavit. Sigvatus in prima pueritia tardioris ingenii esse videbatur. Erat in lacu Apavatno hiberno tempore magna piscium copia. Accidit hieme quadam, cum domestici in glacie sederent pisces capturi, ut piscem magnum et pulcrum in aqua viderent, qui aliis piscibus facile dignosci potuit. Hunc piscem capere non potuerunt. Vir quidam Norvegus, qui apud Thorkelem hospitabatur, die quodam Sigvatum allocutus, ut secum in lacum iret et in glacie sederet, hortatus est. Cumque venissent in glaciem, Norvegus instrumenta piscatoria Sigvati apparavit; dein aliquantum diei in glacie sederunt. Tandem Sigvatus pulcrum illum piscem, quem multi capere optaverant, cepit. Quo facto cum domum redissent, Norvegus piscem elixavit, Sigvatumque caput piscis primum edere jussit, in eo cujusque animantis intelligentiam latere dicens. Quare Sigvatus primo caput, deinde totum piscem comedit, quo facto hos versus composuit:

Piscis venenatus nostro
cessit voto, ut studuimus
serpentem marinum
ex erica lacus extrahere.
Reciprocatori funis piscatorii

contigit alium pisciculum
hamo capere. Mihi bene
successit auratam inescare¹.

Ab hoc tempore Sigvatus vir intelligens et bonus
poëta evasit.

Alter erat nomine Bersius, Torfii poëtæ filius,
artis poëticæ bene quoque gnarus. Erant qui
Bersio apud regem obtrectarent, dicentes, eum
non posse versus proferre, nisi ab aliis compositos.
Quo audito rex multos enses capi, vaginis nudari,
nudosque in parvo aliquo cœnaculo deponi jus-
sit. Dein Bersium arcessivit. Qui cum venisset,
rex eum jussit carmen de erectis ensibus facere.
Hic Bersius:

Enses, rubro auro ornati,
hoc loco stant reclines:
laudamus remos sangvinis;
gratia regis mihi opus est.
Cognoscens aurum! acciperem,
si quem horum poëtæ (mihi)
dare volueris. Tecum adhuc
versari, summe princeps, cupio²,

Tum rex Bersio bonum ensem dedit. Tertius
erat Thormodus Kolbrunæ poëta; quartus Björn
Hitdalensium athleta; quintus Thorer³ Nevjulvi

¹) Ordo: *Bitrs fiskr gekk oss at óskum, sem vèr höfum leitaf at teygja leygjar orm or lýngi lýsu vängs. Atrennir lét aungulgripinn annan hánga agn-gálga a). Mèr hefir hagnat vel at egna örriða.*

a) agngálgi, hamus, ex quo esca pendit; hángi agngálga, piscis, qui hamo pendet.

²) Ordo: *Sverð, rauð-búin gulli, standa hér höll: vèr leyfum árar sárs sunda a); ek þarf hylli herstillis. Kennir vika elds! ek tæka viðr, ef þu vildir gefa skáldi eitthvert; ek vil enn b) með þèr, allvaldr. Hæc stropha occurrit Hkr. hist. Ol. Sti. c. 172.*

a) i. e. enses. b) subijce vera.

³) Rectius Thorarin.

filius, insigni prudentia et sagacitate; præter hos duo fratres, quorum alteri nomen erat Thordus, alteri Thorfinnus, qui eximius erat poëta. Aliquando cum Thorfinnus in sella ante regem Olavum sederet, rex cum allocutus: picturam in aulæo expressam versibus, poëta, describe! Thorfinnus inspiciens, cum videret notatum in aulæo Sigurdi cum Fabnere certamen, hos versus fudit:

Radius bellonæ stat trajectus
per ora serpentis: sangvis
per utrumque latus gladii
decidit, rex vero irascitur.
Gladius in pectore tremit angvis,
virides ericas circumplicare
amantis; at rex audax prælio
assum parare adgreditur¹.

Octavus Thorgeir Havardi filius; novus Ottar Nigger, multique alii.

Post cædem Erlingi Skjalgi filii rex Olavus hos versus composuit:

Hac nocte parum lætus erit, credo,
candidus ille vir in Jadare;
fecimus strepitum Beillonæ: corvus
ex dato sibi cadavere edit.
Ita ipsi cessit omnino male,
quod me meo spoliare cogitavit;
iratus per naves processit;
cædes hominum terra sustinet².

¹) Ordo: *Geisli gunnar a) stendr til munna grundar b) jarðar: blöð fell c) ofan á báðar benskeiðr d), en gramr reiðist. Hjör hristist í brjósti hringi grænna lýngva, en fólkþorinn fylkir ferr at leika við steik e).*

a) i. e. gladius. b) malui grindar, septi; jarðar grind enim serpentem poëtice designare potest. c) malui fellr. d) explicavi sec. conjecturam; vox mihi ignota est. e) vide *Fofnis-mál*, 32.

²) Vide supra cap. 169.

Sigvatus vero hos versus pepigit :

Haud lætus comptationi
 Jolensi interfui, quo die
 mihi mors Erlingi, qui Jadari
 præfuit, nuntiata est.
 Hujus, tam egregii, viri cædes
 demittere vultum me docet;
 ea mors acerba fuit; olim
 altius extulimus caput¹.

Thorer Canis post cædem Karlii in gravem regis Olavi offensionem incurrit. Eo tempore Finmarkæ præfuit rex, Möttul dictus, ethnicorum deorum cultor et magiæ perquam peritus. Ad hunc Thorer se contulit, eumque accedens salutavit. Rex salute reddita quæsivit, quid causæ esset, quod eo ad extrema septentrionis profectus esset. Cui Thorer: dura conditio ab altera parte erat, jam enim mihi domi in prædiis meis tuto ab rege Olavo versari non licet. Möttul reposuit: hæc, quæ nunc dicis, haud vera esse puto, imminere tibi periculum ab Olavo rege vestro; scio enim eum tibi diu amicissimum fuisse, et profecto amicitiam cum vobis, quotquot christiani estis, constanter colet, nam vos, christiani, regem vestrum sapientem et bene moratum prædicatis; is vero demum præclare moratus est, qui se amicis constantem et bonum præbet. Thorer respondet: persvasum mihi est, te dissensionem inter me atque regem Olavum ortam audisse, quomodo Thorerem, mihi cognatum, turpissime de medio sustulerit. Quam cædem ulturus aliquot homines interfeci, uno tamen quam optassem

¹) Ordo: *Ek drakk eigi allglæðr drekkju at jólum, þann dag er a) sögðu mér tál Erlings, þess er ræð Jaðri. Hans dráp, dýrmennis, mun kenna mér um-drúpa: þat var hart morð; þárum þá b) forðum höfuð hærra.*

a) subaudi menn. b) malo þó.

pauciores, cum ipsum regem ad terram non dederim. Nunc ea de causa in congressum tuum veni, quod novi te et sapientem esse et cœptis ingentibus idoneum, et multa, quæ alii nesciant, caldere; quare in te omnem fiduciam et spem auxilii reponendam duxi. Cui Möttul: si tibi animus cum dictis convenit, spes tua non frustra erit; hic apud me duodecimus ipse maneat honoremque tuum ita exspectes; haud sane admodum multos ex partibus Olavi regis ad me venturos opinor, qui vero advenerint, hos benigne excipere necesse duco. Itaque Thorer ibi permansit cum ceteris undecim, et magiam ab eo didicit. Insequenti vere Thorer Möttulem adiens, ut sua sibi consilia et fortunam adderet: tua enim sapientia in omnibus rebus plurimum confido. Möttul respondit: meam tibi fortunam adversus regem Olavum lubens adjungam, et præ sagit mihi animus, eum tandem a te victum iri; en duodecim rhenones, quos tibi donare volo, quos ego adeo sacravi et vi magica instruxi, ut nullus eorum ferro sit violabilis. His rhenonibus Thorer ac sui Stiklæstadis induti erant. Hi proceres regem Olavum sanctum pretio vendiderunt et in necem ejus pecunias acceperunt, quos nunc primos recensebo: Erlingus de Solio, Erlendus de Gerdo, Aslaku Finneyensis, Harekus de Thjotta, Kalvus Arnii filius, Thorer Canis, Thorgeir Kviststadensis, Rutas a Viggja. His se associavere Thorstein Naupegus et Olavus, cognatus Kalvi. Harum vero rerum omnium radix et principium erat Knutus Potens. Quem aliquando conveniens rex Olavus interrogavit: cur me tantis dolis et injuria petis, ut regnum et cives per fraudem mihi surripere velis, qui Deo adjuvante urbem Londini in potestatem tuam redegerim, multis fatentibus, te non totius Angliæ regem futurum fuisse, nisi

tibi auxilio venissem. Itaque Deus omnipotens inter nos dijudicet. Rex Knutus respondit: tu me prior injuria affecisti, erepta mihi Norvegia, regno meo, quod Haraldus, avus meus, possedit, quodque hujus nomine administravit Hakon dynasta. Hoc regnum deinde possedit rex Svein, pater meus, eique Eirikum dynastam præfecit; tu Hakonem, meum ex sorore nepotem, e regno a majoribus mihi tradito eiecisti. Hujus regni, quod ego majoresque mei possedimus, tibi per quindecim annos præfecturam concessi, atque ita auxilium in Anglia mihi latum remuneratus sum. Nunc necessitas me cogit, ut hoc regnum aut arte aut vi recuperem. Est tamen una causa, quæ me maxime stimulet, ut tuus adversarius sim, hæc scilicet, quod omnes reges, qui vicinis regnis imperant, manum meam osculantur et me proni adorant, præter te et regem Önundum, affinem tuum; quod si facere velletis, vobis non succenserem. Rex Olavus respondit: neutri nostrum minor est majestas aut dignitas, quam tibi, neque volumus ulla lege tuo nos ministerio obligare, cum pæne archipiratæ potius quam eximii regis nomen merueris.

Rex Olavus multis in rebus ecclesiæ commoda adjuvit, templa in quaque provincia ædificanda curavit, eisque annuos redditus attribuit. Erat Rex Olavus formosus, vultu svavisimo, statura compacta, non procera, latis humeris, facie recta, claris oculis, coma badia et pulcre crispa, barba aliquanto rubriore; facies erat rubicunda, frons lata, oculi patuli, membra concinna, pedes vero parvi, statura recta et perquam crassa; ingenium constans, animus benignus; prudentia omnes superabat, et utilissima consilia, si spatium esset deliberandi, inveniebat: in robus subitis nonnihil vacillabat. Norvegiam singulari

imperio tenebat, quantam Haraldus Pulcricomus, cognatus ejus, possederat, limitibus u septentrione Gandvika (mari albo), a meridie Gothalbi, ob oriente sylvæ Eidensi, ab occidente freto Öngulseyæ¹; huic regno (his limitibus) nullus regum ab Haraldo Pulcricomus ad Olavum Sanctum solus imperavit. Hoc totum regnum rex Olavus christianum reddidit, omnes res numinum loco cultas omniaque deorum simulacra destruxit, ut Thorem, deum Anglorum; Odinem, deum Saxonum; Skjöldum, deum Skaneyensium; Freyum, deum Svionum; Godormum, deum Danorum, multaque alia monstra, divino cultu adorata, rupes, aras, sylvas, lacus, arbores et omnes alias res sacras, tam majores quam minores. Insignes doctores secum habuit, Grimkelem et Sigurdum episcopos, qui christianæ religionis disciplinas tradebant, et homines baptizabant. Rex vanam lætitiâ et gloriam terrestris potentiæ parvi fecit præ cœlestis gaudii dulcedine; dux verborum divinorum jure dici potuit. Ejus egregia vita et admirabilis benevolentia multorum hominum animos ad spernendam terrestrem, ad concupiscendam cœlestem gloriam accendebant. Nemo tam pertinax erat, quin dulci alloquio præstantissimi regis, spirituali sapientia pleno, mitigaretur. Non solum Deum omnipotentem credidit, sed multas afflictiones Dei causa sustinuit. Ejus pectus vehementi ardore sanctæ fidei flagrabat. Rex templa, sacros doctores et omnem rem christianam magni æstimavit; miseris unde viverent suppeditavit, argentes vestivit, orbos, viduas, pe-

¹ Per Öngulseyæ (Mona) fretum auctor cogitasse videtur mare a Mona se extendens, Hiberniam et Scotiam interluens et Hebrudes ab occidente alluens. Confr. Hkr. Tom. 3, pag. 113, not. r., et E. C. Werlauffii Symbolas ad geogr. medii ævi, pag. 12 et 31, not. 13.

regrinos pauperes pecunia donavit, tristes consolatus est, omnes probos utilibus consiliis aliisque solatiis adjuvit; in prædones et paganos durus, in fures asper, injuriis nulla re parcens; proceres et omnem plebem ab omni injustitia retraxit, rapinas punivit; violati juris divini severus ultor, adversus se commissa clementer remisit. Dum in his terris versabatur, de rerum suarum et vitæ ratione varia erat existimatio: multi enim eum appellabant vehementis ingenii et imperiosum, severum et iracundum, tenacem et avarum, ferocem et difficilem, honoris cupidum et superbum, et hujus mundi principem consummatum. Qui vero eum exactius noverunt, eum appellarunt lenem et modestum, placidum et benignum, humanum et mitem, prudentem et amicis indulgentem, celebrem et lentum, fidum et religiosum, prudentem et in promissis constantem, largum et benevolum, bonum et scelerum abstinentem, diligentem imperii et compositum, divinarum legum et bonorum hominum libertatis servantem. Quam sententiam qui foverunt, recte de eo judicarunt, quod nunc multiplici experientia probatum est. Si indole animi sui explorata reperiebat, suam cupiditatem cum Dei voluntate non exacte convenire, sæpe suæ voluntati resistebat, Dei autem voluntati paruit, ejusque gloriæ plus quam suo honori, omnium æquorum judicio, servire semper studuit. Multas res ad commoda rei christianæ promovenda effecit; templum in Islandia fabricandum curavit in campo comitali, quo loco ei nunc ædes consecrata est. Erat bonorum militis defensor, malorum terribilis ultor. Nullus regum Norvegicorum, neque antea neque postea, eum æquavit; Deum enim omnipotentem magnopere diligebat, semitas ejus semper premebat et præcepta servabat. Propterea dominus ei in omni-

bus rebus, quas bene prudenterque gessit, adfuit, ideoque Deus omnipotens facit, ut ejus gloria nunc eo illustrior fiat, quo magis ipsum Deum vita sua coluit seque coram Deo et hominibus submitit. Nulla lingua eloqui, nullus animus cogitare potest, quantum boni rex suis legum constitutione, pauperum consolatione, sacrarum institutionum assiduitate, regni administratione, amore in Deum omnipotentem et ecclesiam catholicam, pia precum observatione et pulcris exemplis sanctæ vivendi rationis præstiterit. Quas ob res nunc eo sublimior in cœlestis regni gloria apud Deum omnipotentem splendet, quo castius his in terris vixit, quam plerique alii reges terrarum borealium; atque ita Deo volente et providente, sublimia et multa miracula patrat, quæ sero aut nunquam poterunt literis explicari. Jam ex composita tota regis Olavi historia id, quod ad verum accedere existimetis, retineatis quæso; nam in antiquis historiis multa confundi solent, quod minime mirum, quod rerum cognitio sola traditione ad nos pervenerit. Hoc autem lectores firmiter sibi persvadeant, quæ in laudem regis Olavi maxime dicta sint, ea omnia verissima esse. Ego quoque spero, sanctum Olavum, quod falsa veris intermixta sint, crimini non daturum; hoc enim magis ad oblectandos lectorum animos, quam obtreccatione aut malo consilio factum est.

PARTICULÆ HISTORICÆ, AD HISTORIAM REGIS OLAVI SANCTI PERTINENTES.

A. HIC INCIPIT MEMBRUM HISTORICUM DE
PRÆLIO STYRBJØRNI SVIONUM ATHLETÆ AD-
VERSUS EIRIKUM SVECIÆ REGEM.

Primum dicendum est, quod Eirikus et Olavus, filii Bjørnis Grandævi, imperio Svecico præfuerunt. Olavus in matrimonio habuit Ingibjargam, filiam dynastæ Thrandi Sulæ; ea fratrem habuit Ulvum; Björn nomen erat filio Olavi et Ingibjargæ. Olavus mensis accubans Uppsalis subita morte veneno periit. Eirikus Bjørnem, patre mortuo, inter aulicos educavit, dato Ulvo nutricio. Ubi Björn duodecim annorum erat, in tumulto patris sui sedit neque mensam regiam accessit; tunc prima vice partem imperii postulavit, similem esse regni, quippe pueriliter administrati, et ætatis suæ rationem dicens. Eadem res secundo, item tertio vere accidit. Eirikus jus imperii aut hæreditatis adeundæ, antequam annum decimum sextum complevisset, ei competere negavit, quo tempore exacto, quantum in se esset, voto ejus satisfacturum pollicitus est. Iis annis dissidia inter Akium, aulicum Eiriki, et Bjørnem orta: Björn syrma capiti Akii injecit, Akius cornu naso Bjørnis illisit, eodem vero die Björn Akium ad fores aulæ obruncavit; quam cædem cum Björn pecunia expiare nollet, rex expiavit, et alio ad convivium proficisci coactus est, Bjørne remanente et comitia opperiente. In comitiis coloni hominem quendam humili loco

natum subornarunt, qui Björnem regno prohiberet; atque idem vir rex creatus est ejus partis, quæ jure ad Björnem pertinebat. Quibus actis Björn et Ulvus ab comitiis equitarunt, concione ita digrediente, ut universa plebs eos cespitibus et saxis impeteret. Post paulo transactum est, ut Björn unacum rege ad aulam se conferret. Aliquanto post rex Björnem ab se ablegavit, traditis sexaginta navibus justo milite instructis et omnibus rebus ornatis, et ut tres hiemes abesset edixit, eum propter præceps ingenium, ferocitatem et motus colonorum retineri tuto posse desperans. Dein Björn discessit, missisque speculatoribus exploravit, quo loco se rex Svionum nuper creatus contineret; quo cognito eum adortus, commisso prælio, prostravit. Björn in regnum orientale (regiones mari Baltico adjacentes) profectus piraticam exercuit, et multis locis incolas ad expeditiones secum faciendas coëgit. Trium annorum spatio castellum Jomense in Vindlandia expugnavit, ibique summæ rerum præfectus est. Dum hic cum militibus commorabatur, id portenti accidit, ut ingentis magnitudinis sphinx e fossa, qua castellum erat circumdatum, emergens hos versus pronuntiaret:

Quovis mane dea prælii
 sub rubro clypeo consistit;
 nunc Danis belli virgines acre
 certamen decreverunt ensium.
 Non omnes, quos in incertam
 stragem eligere statuit
 pater Balduris bellicosus,
 ignavo milite utuntur¹.

¹) Ordo: *Hjaldrs hildir stendr hverjan morgin undir rauðum skildi: sigrmeysjar hafa nú settan Dönum harðan sverðleik. Eigut allir illan víga vegi, sem óðinnharðr a) Baldrs föðr vill a) kjósa óljósan val.*

Antequam regno excesserat Björn, rex Eirikus ei ob fortitudinem et tumultus ab eo motos cognomentum addiderat, Styrbjörnem (Björnem bellicosum) appellans. Is jam occidentem versus in Daniam ad faciendam piraticam profectus, omnia terrore complevit. Pacem cum Danis fecit iis conditionibus, ut Thyriam, Haraldi Gormidæ filiam, uxorem duceret, Dani centum naves ipsi traderent, et ipsi adsociati tria justa prælia committerent. Cumque unam noctem sub tecto quievisset, in Vindlandiam ad castellum Jomense profectus est, quoniam eo ingens auxiliorum numerus ex terris orientalibus advenerat, nisi ipse redisset, expeditionem detrectantes. Cum his omnibus copiis in Daniam reversus, decem centurias navium bellicarum habuit, prædia Danorum se insessurum minatus, nisi duas navium bellicarum centurias, et virum, quem ipse ad expeditionem elegisset, traderent; elegit autem regem Haraldum. Tunc Dani hos versus fecerunt:

Noluerunt Joti stipendium
expediendæ classis reddere,
antequam naves Styrbjörn
ad terram appulsæ starent.
Nunc imperator Daniæ,
exutus regno civibusque,
se partibus juvenum adjunxit;
ille vivit necessitati obnoxius¹.

a) conjeci pro *Odin hörðr et vil*. Ceterum lectiones posterioris semistrophæ, ut et constructio et interpretatio, mihi in incerto sunt.

1) Ordo: *Jótar vildu eigi reiða a) gjald til skeiða, áðr strandar dýr Styrbjarnar stæði á landi. Nú er drottinn Danmarkar, vanr lýða ok landa, genginn í lið drengja; hann lifir ánauðr auðar.*

a) literarum metricarum lex postulat *eiða*.

Posthæc Haraldus ac Styrbjörn cum hac universa classe in Svethiam contenderunt.

*Prælium inter Eirikum et Björnem Svionum
athletam.*

2. Vir erat nomine Thorgnys, filius Thorgnyis; is erat prætor Tiundalandi, ut pater ejus fuerat, omnesque, qui eo tempore in Svionia erant, prudentia superabat, et apud regem Eirikum in magno honore erat, solus enim res difficillimas expedire et ad liquidum perducere valuit. Tempore, quo hæc gesta sunt, ad multam senectutem pervenerat oculisque minus valuit. Rex vero Eirikus cum cognovisset contractum ab Styrbjörne tantum copiarum numerum, persvasum habens, eum imperio se exuere statuisse, indicto conventu consilium a viris sapientissimis exquisivit. Thorgnys prætor id consilii in medium protulit, ut leges magis ad voluntatem civium conformaret, hominumque jura beneficiis augetet, et quo telorum armorumve genere quisque colonus uteretur, constitueret; spatiumque maris, qua vulgo Uppsalos navigaretur, palis destitutis invium navibus faceret. Tres viri cum rege versabantur, quos magno honore habuit, apud populum quidem non gratiosi, sed insignes athletæ, non magis fortium virorum, quam latronum nomine digni; quorum uni nomen Helgius, alteri Thorgils, tertio Thorer. Ubi vero Styrbjörn Sveciam attigit, de apparatu, qui ibi instituebatur, certior factus, quo loco tutissimum arbitrabatur, classem ad terram appulit. Cum cœpissent viam per sylvam, dictam Myrkvidum (opacam), aperire, obviam iis missi sunt, qui eos transeunda sylva prohiberent. His Styrbjörn duas condiciones proposuit, unam, ut sylvam igne absumeret, alteram, ut transitus permitteretur. Rex Eirikus veniam transeundi concedere maluit. Ita Styrbjörn totum exercitum

in campos Fyrenses duxit. Hic omnes naves, quas eo duxerat, incenderat, ratus, suos minus terga versuros, si nulla adesset aufugiendi facultas. Thorgnys prætor regi Eiriko auctor erat, ut omnia jumenta, equos ac tauros, in unum compelli, his juga stimulis et hastis præmunita imponi, eaque a mancipiis et malis hominibus in hostem agi juberet. Huic consilio obtemperatum est: eaque omnia primo die in milites Styrbjörn's propulsa, quæ hosti ingentem cladem attulerunt. Insequenti die, instructa acie, prælium commiserunt, pari utrinque copiarum numero. Hemingus dynasta hoc prælio a Styrbjörne stetit; nox pugnantes diremit. Heic Styrbjörn, Ulvi nutritiæ militumque hortatu, Thor: sacrificavit; eadem nocte vir rubra barba in castris Styrbjörn's visus est, qui hos versus recitavit:

Styrbjörn, annulos consumens,
 qui amat prælia, me quietum
 esse non patitur; iratus
 sum collineanti gladios.
 vulnera obliganda milites;
 cupidos victoriæ, tandem
 docebunt veritatem; clypei
 virorum præclarorum rubuerunt¹.

Eadem nocte Eirikus templum Odinis ingressus, se ipse victoriæ ergo devovit, decem annos moram mortis suæ constituens; idem antea multis rebus deos placare conatus erat, cum res suæ in deterius labi viderentur. Paulo post hominem vidit magnæ staturæ demissum pileum capite gerentem, qui calamum arundineum ei in manum

¹) Ordo: *Styrbjörn, lýtir liðbands, sá er grandar frið, læt mik eigi vera kyrran: ek er reiðr stála stýri. Þat mun um síðir kenna sigrnennum her sað, at binda sár; lindi a) leyfð- ra lofða eru roðin a).*

a) mea conjectura pro *lindis* et *roðinn*.

tradidit, super aciem Styrbjörn's conjicere jubens his verbis: Odin vos omnes possidet. Quem cum conjecisset, pennatæ sagittæ per æra lapsæ super milites Styrbjörn's ferri visæ, qua re statim cæcitas milites Styrbjörn's, atque mox ipsum ducem occupavit. Quo facto tanta acciderunt portenta, ut magna saxorum vis, ex monte cum strepitu avulsa, in aciem Styrbjörn's devoluta omnes milites opprimeret. Quo viso rex Haraldus omnesque Dani in fugam se conjecerunt. Qui cum inde effugissent, quo loco calamus allapsus eos supervolaverat, visum receperunt. Hi in Daniam (salvi) revererunt. Styrbjörn vero suos signa humi defigere jussit, usquam fugere vetans. Eo loco Styrbjörn omnesque sui ceciderunt. Tum Eirikus in clivo Uppsalensi constitutus mandavit, ut quicumque posset carmen faceret, præmiumque pollicitus est. Thorvaldus Hjaltii filius hos versus fudit:

Quotquot esuritis, lupi!
occidentem versus ad campum
Fyrensem tendite prope
aggerem munimenti bellatoris.
Hoc loco Eirikus in strepitu
gladiorum sangvinem lupis
cecidit; ea non vana
gloria prædicatur, feminæ¹!

et præterea hos:

Præliatorum, undosi litoris
accolarum, domo in
Svethiam incursio ipsis
calamitatem tandem attulit.
Quamvis numero prævalentibus,

¹) Ordo: *Hverr kveldriðu hesta, er húngrar! farit vestr til Fýrisvallar at virkis garði fólkatungls varðar a). Þar hefir Eiríkr höggvit hræðöggar a) fyrir úlfa í dyu geira; þat er hóllaust, sólar elfar skins!*

a) mea conjectura pro *verðr* et *hreggdöggar*.

soli supersunt ex iis, qui fuga
sibi consuluerunt. Facile erat,
piratæ milites palantes capere¹.

Thorvaldus pro singulis strophis armillam
quatuor uncias pendentem præmii loco accepit.
Ille, quantum vulgo notum erat, nec versus an-
tea fecerat, nec postea fecit.

B. MEMBRUM HISTORICUM DE RHOIO.

Cap. 1. Vir erat nomine Rhoius, in Dania
educatus, honesti rustici filius, artis naturæque
bonis præstans, robustus ac bene intelligens. As-
sidue itineribus mercatoriis operam dedit et hoc
modo opes sibi comparavit; idem artis fabrili
bene gnarus, ut etiam sic haud raro magnam rem
faceret. Eo tempore Svein Haraldii filius, dictus
Furcobarbus, Daniæ imperavit, rex apud popu-
lum gratosus. Æstate quadam Rhoius ad meri-
dionalia Daniæ litora navi fracta, omnium bono-
rum, quæ in nave erant, jacturam fecit, homini-
bus ægre servatis et in terram evadentibus. Tum
Rhoius artem fabrilem exercere et facultates sibi
parare cœpit, cumque apud sodales suos gratio-
sus, summusque artifex esset, brevi tempore in
hac arte consumpto pecunias inveniebat. Eadem
vero ei adhæsit fortuna in pecunia servanda, nam
cum pecuniæ quantum vellet adquisiverat, in ex-
teras terras profectus totum amisit. Erat autem
Rhoius ad aspectum præ plerisque aliis homini-
bus facile notabilis, nam alter oculus ejus erat

¹) Ordo: *Elsar fjalla bæðjar vikinga sveimr a) heiman til Svíþjóðar varð síðan illr b) auðkveðjundum. Þat eitt lífir þeirra, er rann undan c): þeir höfðu fleira lið. Gott var at handa d) her hundings.*

a) mea conject. pro *seimir*. b) mea conject. pro *ill*. c) con-
jecti pro *unda*. d) malo *henda*.

cæruleus, alter niger; de cetero vir erat maximæ fortitudinis speciei, et, quamvis lacescit, animi bene moderati. Quam diu in terra versabatur, pecuniam semper lucratus est, quam mercatum profectus statim amisit. Cum vero itineribus mercatoriiis ter naufragium fecisset, quanquam intelligere sibi visus est, se huic vitæ generi non esse destinatum, tamen maxime eo inclinavit animus, ut cum mercibus inter terras navigaret. Quem in locum cum res venisset, subit animum cogitatio regis Sveinis conveniendi, et experiendi, quid sibi consilii dare velit: ejus enim salutaria consilia expertus fuerat, novitque ea multis usui fuisse. Itaque sic facit. Regem adiens salutavit. Rex: quis es? Rhoius mihi nomen, inquit. Rex: an tu Rhoius ille es infortunatus? Ille: aliud mihi opus fuerit abs te, quam ista temere dicta accipere; malletm potius consilio et fortuna tua me sublevares, qua accedente rem melius cessuram opinor, spero enim tuam fortunam secundam mea adversa plus valituram. Rex Svein locutus est: si a meo congressu fortunam petere cogitas, factu optimum est, ut, si tibi placet, societatem inter nos faciamus. Aulici regi significarunt, imprudentis esse, societatem cum homine tam infortunato, quam Rhoius erat, facere, hunc enim ex templo pecunias amissurum. Rex respondit: periculum faciam, utrum regia fortuna, an ejus infortunium, plus valeat. Dein rex merces Rhoio tradidit, quæ communes utrique essent. Itaque Rhoius navigationes mercatorias denuo adgreditur, hoc beneficio ab rege auctus, quod amissio pecuniæ ipsius damno non fieret, siquid vero lucri ex ea veniret, hoc sibi haberet, regi autem tantum pecuniæ, quantum sibi ab initio tradidisset, redderet. Jam Rhoius iter continuat, prosperoque successu usus, brevi pecuniam lucratus est, atque autumno magna cum pecunia ad regem

rediit. Brevi interjecto tempore prædives factus, nomen Divitis vel Splendidi nactus est. Atque hoc usus regio beneficio, singulis æstatibus ad varias regiones mercandi gratia navigavit.

De Rhoio.

Cap. 2. Aliquando Rhoius regem allocutus: nunc tuam, domine, partem, inquit, recipias velim, ne tam inprosperè accidat, ut bonorum tuorum jacturam faciam. Cui rex: an tibi magis expedire putas, nostram societatem dissolvi? Quinimo haud inconsultum feceris, si hac in terra meo sub patrocínio manear, et uxore ducta hoc loco mea auctoritate considas; neque enim mihi meliori fortuna usurus videris, iterum te navigationibus committens, cum adversa fortuna te eo magis insecutura videatur, quo magis antea iniquitatem ejus expertus sis. Rhoius dividi pecuniam postulavit; atque ita factum est. Tum rex Svein: hæc tuo, Rhoi, consilio fiunt, non meo; atque equidem optarim, quandoquidem fortuna meo beneficio antea usus es, hanc ut in posterum retineas. Exceperunt adstantes, expertum esse, regis fortunam celeri auxilio necessitati ejus subvenisse. Rex vero ejus officium (societatem) bene sibi placere ostendit, et magnopere dolendum esse, si in calamitatem aliquam incideret. His dictis digrediuntur. Jam Rhoius navigationibus mercatoriis se dedit, magna abundans opum copia. Profectus in Sveciam Lacum (Mælarem) ingreditur et ad campos aliquos navem appellit. Tum solus totum navis onus possedit. Aliqua die solus in terram egressus, cum aliquamdiu processisset, obvium habuit virum aliquem, coma badia, rectis capillis, insigni fortitudinis specie. Qui ab Rhoio de nomine interrogatus, se Helgium vocari, aulicumque regis Eiriki esse professus est. Quæsivit contra, quis mercator esset.

Rhoius nomen suum edidit, Helgius vero eum agnovit, et visum ab se antea significavit, seque mercaturam cum eo contrahere velle ostendit. Quærit Rhoius, quantum mercari velit. Helgius: comperi Danos huc appulisse, quos omnes tuos esse conductores, teque totum navis onus possidere cognovi. Quare, si tibi libet, totum onus abs te mercari volo. Rhoius eum amplum esse mercatorem prædicavit. Helgius se callere tam magnam, quam parvam facere mercaturam dixit. Rhoius quæsit: ubi merces sunt, quas abs te recepturus sum? Helgius eum se sequi jussit, visurumque dixit, non esse quæ offerret offucias. Jamque iverunt, donec ad tabernam quandam pervenerunt, mercibus refertam. Has merces, quæ intus erant, Helgius pro onere navis obtulit; quam conditionem cum Rhoius quæstuosam existimaret, et permutationem sine damno suo fieri posse, seque merces bene emere judicaret, factum est, ut negotium, pactis conventis, transigerent. Quibus actis digrediuntur, Rhoio ad navem recedente.

Consilia Thorgnyis dynastæ, filiæ data.

Cap. 3. Statim proxime sequenti die Helgius multis cum famulis ac jumentis descendens, omnes merces avehendas curavit, ut sub vesperam omnino essent asportatæ; quam ad rem ei neque famuli neque jumenta defuerunt. Paucos post dies Rhoius solus in terram egreditur, devehendarum mercium negotium curaturus, tunc una nocte, ultra quam pactum fuerat, elapsa: ratus, neutrius interesse, una nocte serius, quam ad condictum, venisse; Rhoius enim multa curanda habuit negotia. Rhoius, qui splendidi cultus studiosus esset, bonis vestibus erat indutus, eximiam habens zonam et cultrum, quorum utrumque pretiose erat ornatum, item arma eximia et opti-

mæ notæ tunicam coccinam gestans, superindutus pallio, lamellis (aureis v. argenteis) ornato. Tempestatas erat bona. Cum ad tabernam venit, eam apertam reperit; merces suas nusquam videt; mirum ei videri; circumit tabernam, atque in locum aliquem incidit, ubi Helgius dormiit. Rhoius quærit, ubi merces suæ sint. Helgius se ignorare ait, quæ ei sint merces. Rhoius, qui id fieri possit, interrogavit. Helgius se hora conducta merces taberna extulisse declaravit: ego vero te non vidi venire repetitum; neque enim ullo modo exspectari poterat, me merces in omnium manibus relicturum, quare eas avehendas curavi, jamque mihi totum, tibi nihil, vindico. Rhoius eum cito permutare, neque æque, testatus: neque mirum, tibi cito fieri pecuniæ accessionem, si tales occultos dolos sæpe adhibes. Helgius ita se aliquantum temporis vitam protraxisse, et ad hoc tempus bono successu usum fuisse dixit: regis autem est, inquit, lege in te agere, quod res tuas non conservasti; nostræ enim leges quemque jubent res suas servare, ne quilibet fur surripere queat, alioquin regi actio in eum competit; ita regis est, de hac re sententiam ferre. Rhoius rem non eo magis ad lucrum faciendum spectare dixit, si hujus criminis actionem in se rex intendere vellet. Ab his digrediuntur. Rhoius ad aliam domum se contulit, cumque prope domum esset, vidit duos homines cito gradu se sequi, quorum alter perquam similis erat ei, quocum mercaturam nuper contraxerat. Rhoius zonam in collum rejecerat, ex qua culter splendide ornatus pependit. Ex his qui præcedebat Thor-gils vocabatur, fraterque Helgii erat. Is, cum convenissent, extensa manu zonam rapiens: ita suam quisque rem repetit, inquit, hanc zonam et hunc cultrum mihi in Vallandia eripuisti, ego ve-

ro has res in Anglia fabricandas curavi. Rhoius subridens: necdum res ad lucrum spectare videtur. Deinde ire perrexit, illi vero reversi sunt. Cumque paulum processisset, obviam ei venit vir magnæ staturæ, facie truculenta, uno tantum oculo. Ut congressi sunt, Rhoio quis esset percontanti, ille: deberem te agnoscere, inquit, notam enim in me gero, quod convenerimus. Rhoius quæsit, quid potissimum ejus rei signo esset. Ille: haud est, quod scire te dissimules; tu in Dania, ut nosti, educatus es, atque unoculus eras; et aliquando cum mercatum excurrisses atque aliquot noctes ad Samum stares, ego ibi præsens adfui; adduxeras tecum (Finnos¹), quos mercede conduxisti, ut me Finnicis incantationibus altero oculo spoliarent; etenim quisque sanæ mentis cernere potest, hos oculos in uno ambos capite fuisse, quorum tu nunc alterum habes, ego vero alterum; rex tam hac de re cras sententiam dicet, quam quod Thorgilsem fratrem meum zona et cultro spoliasti. Hæc a me facta esse infitior, ait Rhoius, jam vero mihi res eo spectare videtur, ut hæc dies criminosa futura sit; et in dicto tantulum subrisit. Post hæc digressi sunt. Rhoius ad navem regressus, hanc rem nemini suorum aperuit, neque animadvertere potuit quisquam, ei non omnia optime placere. Postero mane Rhoius ad portam urbis solus ivit; quo cum venisset, in tabernis, qui prope ab eo erant, loquentium voces audivit; quorum aliquis: an Rhoius ille stultus cras comitia adibit? cui alter: hujus hominis res in magno est discrimine, rex enim semper sententiam dicit secundum professionem fratrum, sive sit recta sive falsa. Rhoius hæc se audire dissimulans, ire perrexit; venit eo, ubi

¹) Hanc vocem ex conjectura addidi.

femina juvenis ad aquam ibat, qua pulcriorem nullam ab se visam existimavit; quam cum accessisset, ea ad eum respiciens: quis es, inquit. Ille: Rhoius vocor. Ea: an es Rhoius stultus? Ille: hoc jam nimis vere dictum opinor, quanquam antea honestioribus cognomentis usus sum; tibi vero quod nomen est, inquit? Ea: Sigurbjarga vocor, atque sum filia Thorgnyis prætoris. Rhoius hujus ego sapientiæ fructum aliquem percipere vellem; tu vero ecquam opem mihi ferre vis? Illa: pater meus Danis quidem semper parum favet, neque tamen fratribus amicum se præbet; atque eo agente causas semper perdiderunt. Rhoius interrogavit: numquid consilii mihi suppeditare vis? Illa: nemo antea me consuluit, inquit, neque certum est, me posse tibi consilium dare, quod e re tua sit, etsi vellem aliquid in medium proferre; tu vero vir sane quam desiderabilis es: jam sequere me atque sub cœnaculo meo resistere, probeque memoriæ manda, quæ in rem tuam dicta audies, si quis quid tibi consilii dederit. Ille se ita facturum pollicetur. Abiit illa, Rhoius vero sub cœnaculo restitit. Thorgnys vocem filiæ, cœnaculum intrantis, animadvertens, quæsivit: qualis cœli status est, filia? Illa: læta tempestas est, inquit. Thorgnys: an Rhoium stultum hodie comitia aditurum putas? Ea se nescire dixit. Thorgnys porro: qui tam graviter suspiras, gnata? an Rhoium stultum convenisti? numquid tibi videtur pulcritudine præstans, et dignus, cui jungaris? an ei nunc open et consilium præstare vis? Cui illa: ergo dic, age, si tam iniquo loco res tua esset, quam illius, nemoque mercede conduci posset, ut patrocinium tuum susciperet, quid consilii capiendum putares. Thorgnys: hæc res mihi minime difficilis videtur; dolum dolo oppositurus forem, quod

Rhoius adversus Helgium facere sciet. Hoc quilibet intelligere potest, si quis rem alterius astutiis ac dolo surripuerit, neque ei ulla re satisfecerit, hunc hominem, modo æquitas vincet, regis iudicio esse obnoxium, pro fure habendum, omnique possessione atque honore exuendum. Mendacium autem mendacio compensare facile Rhoius poterit, atque hoc eum jam antea perspexisse autumo. Illa respondit: nomen stulti in eum iure non caderet, si te prudentia æquaret; quomodo vero rem institueres, si quis oculum tuum sibi vindicaret, aut quid ad eam rem responderes? Thorgnys: facerem, ut absurda absurdis occurrerent, inquit. Deinde ei exponit, quæ cuique postulationi oppositurus foret, de quibus infra mentio fiet.

De lite Rhoii et Helgii.

Cap. 4. Post hæc Sigurbjarga discessit, Rhoiumque conveniens interrogavit, quomodo data consilia memoriæ mandasset; ille vero se opinari dixit ea probe recordaturum. Illa: cohorti patris ad comitia equitantis te immisce, reprehensiones ejus nihil curans, etsi voces acerbas in te jaciatur, sibi enim persvasit, me convenisse te atque animum ad te applicuisse; spero autem eum in re dubia benevole tibi opem laturum, idque eo magis, quo plus mea interesse noverit; tibi vero consilium dare nequeo, si hæc tibi non proderunt. Quibus dictis digrediuntur. Thorgnys, ut paratus erat, ad comitia equitavit, cui Rhoius ad portam urbis occurrit, eumque honorifice salutavit. Cui Thorgnys: quis es? Rhoius nomen suum edit. Thorgnys quæsivit: quid Rhoius stultus cohorti meæ se immiscere vult? alia semita ito, nolo nobiscum iter facias. Rhoius respondet: opinor te mihi terram¹, qua incedam,

¹) pro *l orð* legendum est *jörð*.

non invisurum, neque qua velim iter ut faciam, nisi tibi molestus sim; mihi vero ignota sunt itinera, quare tuo comitatu uti velim; me quoque gravis necessitas ad hoc iter compulit, ut causam meam agam. Exceperunt quidam, hæc vera esse. Pergunt, donec in comitia venerunt. Thorgnys magnum adduxerat hominum numerum. Advenerat magna quoque incolarum multitudo. Cum in comitia ventum est, Thorgnys locutus est: an huc advenere fratres, Helgius ac Thorgils. Illi se adesse fatebantur. Thorgnys: convenit itaque, regi de commercio inter vos et Rhoium stultum exponere. Helgius loquitur: dico, sic inter nos convenisse, ut omnes merces, quæ in taberna erant, Rhoii essent, ego vero merces exportarem ac tabernam vacuefacerem, constituto tempore, quo adesset Rhoius merces repetiturus, pro quibus ego totum onus navis ejus reciperem et aveherem; jam vero, domine, inquit, rem ex conducto confeci; atque cum tabernam vacuefeceram mercesque exportaveram, non aderat Rhoius, qua re merces avehendas curavi, quod eas nolui a furibus surripi. Nunc merces meas esse vindico, tibi vero, rex, actio in eum competit, quod res suas non servavit, atque voluit, ut aliis fraudi essent. Hac de re tibi, o rex, dicenda sententia est. Rex locutus est: hoc dolo factum est, fieri tamen potest, ut mercibus potiarius, si hæc ita acta sunt; verum num ita pactum erat, Rhoi? Ille se non posse infitari fassus est: est tamen, domine, quod hac in re observari debeat: convenit inter me et Helgium, quando commercium agitabamus, ut omnia quæ in taberna erant, mea essent, itaque mea esse contendo omnia reptilia tineasque ac vermiculos, omniaque noxia insecta, quæ in taberna erant, quæ cum omnibus, quæ intus erant, eum amovere debere contendo, quod

cum fecisse non puto. Præterea ipsum quoque Helgium meum esse assero, erat enim intus in taberna, ut et egomet, quando rem transigebamus; quanquam autem malus sit, tamen aut meus servus esse, aut ego eum in servitutem vendere poterō. Jam tibi, domine rex, hac de re dicenda sententia est. Hic rex: cum astutis, Helgi, neque imprudentibus nunc tibi res est. Tum Thorgnys: bene causam dicis, Rhoi, neque hæc facilia sunt ad refellendum; quid autem dicendum habes, Thorgils, de tuo atque ejus negotio? Thorgils respondit: contendo, Rhoium mihi cultrum et zonam eripuisse, magni pretii res. Thorgnys: Rhoius aut aliquid ad ista respondere debet, aut ea fateri, si vera esse putat. Rhoius: sunt, quæ ad ista respondeam; heic in Dania adolevi, fratremque habui nomine Sigurdum, qui melioris quam ego indolis, meque aliquanto junior erat. Hic aliquando mecum in Vallandiam mercatum profectus est, tunc annorum duodecim; et die quodam in mercatu adolescens in virum incidit, magna statura rectisque capillis, qui statim cum eo agere commercium cœpit. Reliquum fuit in crumena, quæ adolescenti erat, multum pecuniæ, quod quo emeret alter ille nihil habuit. Cum vero hic, qui adolescenti occurrerat, pecuniæ avidus esset, et nihil non lucri causa facere sustineret, factum est, ut adolescentem interficeret cædemque occultare vellet. Erant autem, qui rem animadverterent mihi que significarent. Ubi vero eo veni, quo loco frater mortuus jacebat, hic vir cultro et zona relictis, cum omni pecunia aufugerat. Hoc modo hæc res in possessionem meam venerunt; suspicor autem pecuniam ab Thorgilse furto ablatam, fratremque meum occisum esse. Jam tibi, domine, hac de re dicenda sententia est. Hic Thorgnys:

tales homines, quales hi fratres, vere mortis poena digni sunt.

De conditione Thoreri ab Rhoio oblata.

Cap. 5. Post hæc Thorer, frater Helgii ac Thorgilsis, progressus, ita loquitur: mea causa difficillima ad iudicandum fuerit. Dein docuit, quo pacto oculum amisisset, ut supra scriptum est. Jam spero, domine, inquit, ut mihi causam adjudices, rem enim esse, ut dico, iste infitias ire non potest. Tu autem, domine, exteros homines non pluris facere debes, quam me fratresque, qui diu tibi utilem operam præstitimus, nihilque eorum, quæ nobis injunxisti, facere negleximus. Rex ad hæc: hæc mira res est rarique exempli; tu tamen, Rhoi, aliquid ad hæc respondeto. Rhoius respondet: hæc a me facta esse infitior, et æquum sane est, ut me purgem, falsa esse quæ in me dicta sint; verum tamen tua causa, domine, conditionem vicissim offeram. Age, fac audiamus, ait rex. Rhoius: Thoreri eam conditionem offero, ut alter oculus utrique nostrum eruat, et utrique oculi lancibus imponantur; quod si utrique ex eodem capite sunt, pari gravitate erunt, tumque ex tuo arbitrio Thoreri satisfaciendum erit; sin vero aut dispari sint gravitate, aut Thorer hanc conditionem recuset, plura poterit quam hoc solum mentiri. Thorer se hanc conditionem accepturum negavit. Tum Thorgnys: id inde est, quod mentiris, tuque ac fratres tui nunc, ut semper, vos malos et scelestos præbuisistis. Nunc quoque fieri potest, ut diuturnum et multiplex mendacium in capita vestra recidat, qui diu regis auctoritate freti, ab eo meliores, quam revera estis, immerito existimati sitis. Neque amplius est quod quisquam verum dissimulet, cum omnibus perspicuum sit, nullam aliam sententiam justam esse, quam ut Rhoius in vitam facultatesque

horum fratrum jus habeat. Rhoius addidit: sententiam meam sine mora dicam, neque enim posthac prudentior ero: censeo fratres, Thorerem ac Thorgilsem de medio tollendos; tu, rex, eorum prædia possideas, ego vero pecunias; Helgius ex hoc regno extorris esto, ut potestatem hac in terra manendi ex hoc tempore nunquam habeat, si in Svecia fuerit deprehensus, jure capiendus et occidendus; mihi autem omnes ejus facultates adjudico. Deinde Thorgils ac Thorer comprehensi, erectaque cruce furum instar ex legum præscripto suspensi. Quo facto dimissa concione, suas quique domos ex comitiis redierunt. Rhoius, qui nunc dictus est Sapiens, Thorgnyi prætori pro lato sibi auxilio gratias egit, fassus, nisi ejus consiliis ac prudentia sublevatus esset, salvum non fuisse evasurum: jam vero (addidit) fieri potest, ut tibi videar flagitando molestus, si filiam tuam peto uxorem. Cui Thorgnys: optimum factu mihi videtur, hac de re facile responsum dare, jam pridem enim gnata mea significavit, te sibi bene probari, seque te cupere maritum. Dein hæ nuptiæ honeste ac liberaliter conciliatæ, et splendidissimæ epulæ instauratæ. Quibus rebus confectis Rhoius itineri se accinxit, et in Daniam profectus regem Sveinem convenit, eique omnia de itinere suo exposuit, quoque successu usus fuisset, nulli homini se plura (quam ei) debere beneficia fatens; eique multas res pretiosas ex Svecia muneri dedit. Rex eum bono successu usum fortunamque adspirantem expertum, et tamen rem in anceps discrimen deductam esse testatus est. Post hæc Rhoius ac rex digressi sunt, et quoad vixerunt inter se amicissimi erant. Rhoius in Sveciam reversus est, Thorgnye prætore interea mortuo. Cujus filius Thorgnys in locum mortui prætor suffectus est, vir sapientia præstantissimus.

Hic atque Rhoius hereditatem secundum leges civiles inter se diviserunt, ita ut bene inter eos conveniret. Rhoius vir optimus habitus est, uxor vero ejus insigni prudentia excellebat. Ex quibus multi in Svecia nobiles viri originem ducunt.

C. HIC INCIPIT MEMBRUM HISTORICUM DE EYMUNDO ET REGE OLAVO.

Rex fuit nomine Ringus, qui Upplandis Norvegiæ imperavit; provincia, cui rex præfuit, dicta est Ringarikum. Erat prudens, graciosus, benevolus et prædives. Prognatus erat Dago, filio Ringi, filii Haraldi Pulericomi: ad quem qui Norvegorum genus referrent, ii optimo et illustrissimo loco nati putabantur. Erant Ringo tres filii, omnes regio nomine clari, unus Rærekus, natu maximus, alter Eymundus, tertius Dagus. Hi omnes strenuitate insignes erant, et vice patris expeditiones bellicas administrabant piraticamque faciebant, qua re honorem consecuti sunt. Ea tempestate rex Sigurdus Porcus Upplandis imperavit, is in matrimonio habuit Astam Gudbrandi filiam, matrem regis Olavi sancti. Hujus (Astæ) soror erat Thornya, mater Halvardi sancti, item Isrida, avia Thoreris Steigensis. Olavus Haraldi filius et Eymundus Ringi filius in adolescentia una educati et ætate ferme pares erant. Hi omnibus artibus, quæ viros honestarent, adsvecti sunt, et jam apud regem Sigurdum, jam apud regem Ringum, patrem Eymundi, versabantur. Regem Olavum in Angliam proficiscentem Eymundus comitatus est; cum his una fuit Ragnar, filius Agnaris, filii Ragnaris Rykkilis, filii Haraldi Pulericomi, multique alii viri, auctoritate conspicui.

Hi quo plura loca adierunt, eo magis fama et ce-
lebritate nominis inclaruerunt, quod de rege Olavo
eventus probavit, cujus nomen per totum orbem
septemtrionalem innotuit. Qui cum Norvegia po-
titus esset, omnes regni provincias sibi subjecit
et provinciarum regulos variis modis de medio
sustulit, ut viri rerum periti memoriae prodide-
runt, teste ipsius historia. Constat enim, eum
unius diei mane quinque regulos imperiis exuisse,
in universum autem novem¹ regibus indigenis po-
testatem ademisse, teste Styrmere Polyhistore;
quos partim occidit, partim mutilavit, partim regno
expulit. Hac ruina oppressi sunt Ringus, Rære-
kus et Dagus; Eymundus autem et dynasta Ra-
gnar Agnaris filius tempore, quo hæc gesta sunt,
in piratica versabantur. Ringus ac Dagus regno
excesserunt et longo tempore in bellicis expedi-
tionibus consumpto, orientem versus in Gothiam
profecti sunt, ibique diu provinciis imperarunt.
Rex vero Rærekus, oculis spoliatus, cum rege
Olavo versabatur, donec ipsum dolo aggressus
est, et inter aulicos ejus odii semina sparsit, ut se
mutuo interficerent; ipsum autem regem Olavum
festo ascensionis Christi, in adyto ædis Christo
sacræ, ferro aggressus est, ut vestes byssinæ,
quibus indutus erat rex, secarentur; Deo vero
juvante rex non vulneratus est. Quo facto rex
Olavus iratus, eum Thorarini Nevjulvi filio com-
mendavit, in Grænlandiam, vento secundo adspi-
rante, deportandum; sed navi in Islandiam ap-
pulsæ, Rærekus apud Gudmundum Pótentem,
Mödruvallis in Eyafjördo habitantem, versatus
est, atque Kalvskinni diem supremum obiit.

De Eymundo ac Ragnare.

Cap. 2. Jam primo referemus, quod Ey-

¹) malo undecim, ut pro IX legendum sit XI, confr. supra
pag. 170 (text. Isl.).

mundus ac Ragnar paulo post multis cum navibus in Norvegiam redierunt, rege Olavo in remotis regni partibus se continente. Qui cum res supra memoratas cognovissent, Eymundus, evocatis ad conventum incolis, sic verba fecit: ingentes res hac in terra post discessum nostrum acciderunt; cognatos nostros amisimus, quorum nonnulli misere affecti regno ejecti sunt; inclytis et ingentibus genere consanguineis spoliati, ignominia et damno affecti sumus; nunc unus rex Norvegiæ imperat, quam plures antea tenuere; quamquam regnum, cui rex Olavus, coalumnus meus, præsit, ad bonum principem pervenisse arbitròr, etsi in imperio quædam insolentius facere videatur; quem, excepto nomine regio, multa honori meo tributurum spero. Hic utrorumque amici hortati sunt, ut regem Olavum adiens experiretur, an regium nomen sibi concedere vellet. Quibus Eymundus: equidem adversus regem Olavum infesta signa non feram, neque ab adversariis ejus stabo, sed propter gravia illa negotia, quæ nos nunc intercesserunt, inducere in animum non possum, ut deposito dignitatis titulo ejus fidei me committam. Quid vero reliquum esse putatis, si neque in gratiam cum eo redire, neque in congressum ejus venire volumus? Scio quidem si convenerimus, eum magno me honore affecturum, ut qui imperium ejus non sim invasurus; illud vero mihi incertius videtur, an vos, qui mea signa sequimini, conspectum cognatorum vestrorum, ignominiose tractatorum, ferre possitis; sin vero me instigatis, tentamen patientiæ subiturus videor, cum nos antea jurejurando, quod cum fide servare debemus, obstrictos esse oporteat. Tum milites Eymundi: quid facere cogitas, si nec in gratiam redeundum, nec rex conveniendus, et relictis possessionibus in exilium discedendum, ne-

que tamen in partes adversariorum transeundum putas. Ragnar locutus est: Eymundns admodum ex animi mei sententia verba fecit, non enim fortunam nostram cum regia committendam censeo; verum providendum nobis esse puto, si prædiis relictis aufugiemus, ut¹ aliis mercatoribus præstare videamur. Eymundus: si consilium, quod animo agito, sequi velitis, propositum meum, si vultis, vobis aperiã: fama accepi, Valdamarem, regem Gardorum imperii in oriente, decessisse; quod regnum nunc ad tres filios ejus, viros præstantissimos, transiit; regnum autem inter filios vix ex æquo divisit, unus enim plus regni, quam reliqui duo, obtinuit; nomen uni est Burisleivus, qui ex hereditate plurimum accepit, natu maximus: alteri Jarisleivus, tertio Varnlavus. Burisleivus Kænugardum tenet, quæ totius Gardorum imperii pars optima est, Jarisleivus Holmgardum, tertius Palteskjã cum omnibus adjacentibus provinciis. Nunc vero inter hos de imperio non convenit, jam enim is, qui maximam et optimam partem nactus est, suo non est contentus, imperii dignitatem accisam ratus, quod patre suo minus habeat, ideoque se majoribus suis inferiorem putat. Nunc animo succurrit, si vobis ita videtur, huc proficisci, et hos reges adire, et cum utrislibet facere, potius vero cum iis, qui suum regnum retinere intactum volunt, et eo sunt contenti, quod pater inter eos divisit. Hæc res nobis viam et ad opes parandas et ad gloriam aperiet. Hoc itaque consilium inter nos ratum firmumque esto. In hanc sententiam omnes iverunt; multi enim eo convenerant, qui opum parandarum cupidi injurias in Norvegia vindicandas habebant; qui regno excedere, quam remanentes cogi ab rege ini-

¹) pro *ef* ego *at*.

micisque ultima pati, maluerunt. Itaque se Eymundo et Ragnari adsociantes, cum magnis copiis, fortitudine ac strenuitate eximiis, relicta Norvegia in mare orientale contenderunt. Quod cum rex Olavus non cognovisset, priusquam abiissent, questus male accidisse, quod ipse et Eymundus non convenissent: facturum enim fuissem, inquit, ut amiciores digressi essemus; et naturale quidem est, ut in me infesto animo sit, ibi vero is vir regno excessit, cui summos in Norvegia honores, excepto nomine regio, tributurus fuissem. Idem, cum quæ in conventu ab Eymundo dicta fuerant ei aliquis retulisset, ejus ingenii fuisse, utile in re subita consilium capere, testatus est. De quibus cum plura dicere non habeamus, ad Eymundum et Ragnarem dynastam revertimur.

Eymundus in regnum Gardorum venit.

Cap. 3. Eymundus ac sui non prius itinere destiterunt, quam Holmgardum ad regem Jarisleivum pervenissent; Ragnareque hortante, primum regem Jarisleivum adierunt. Rex Jarisleivus Olavo, regi Svionum, affinitate junctus erat, Ingigerdam filiam ejus in matrimonio habens. Quorum adventu cognito, rex misit, qui eis tutum intra regni fines refugium offerrent eosque ad congressum regis et splendidas epulas invitarent. Quam conditionem grati acceperunt. Cum in convivio accubuissent, rex ac regina de rebus Olavi Haraldi filii, Norvegiæ regis, diligentissime ab iis exquisiverunt. Eymundus multa esse dixit, quæ in ejus laudem morumque ipsius prædicari possent; se et illum diu coalumnos et commilitones fuisse; de rebus autem, quæ ipsi displicebant, quarum antea facta mentio est, nihil loqui voluit. Omnia, quæ in rege animadverterunt, Eymundo ac Ragnari bene probabantur, nec minus ea, quæ ad reginam attinebant: erat enim ad

res gerendas promptissima et liberalis, rex vero, etsi munificus vulgo non habebatur, tamen erat imperii diligens et ingentis spiritus.

Pactum conventum inter Eymundum ac regem Jarisleivum.

Cap. 4. Regi quærenti, quo iter intendissent, ita respondent: accepimus, domine, necesse tibi esse, insolentia fratrum coacto, imperium tuum minuere. Nos vero, patria expulsi, huc orientem versus in regnum Gardorum ad te ceterosque fratres conveniendos profecti sumus, eo consilio, ut qui vestrum auctoritatem nostram dignitate et honore maxime amplificare velit, huic studia nostra deferamus; volumus enim opes et gloriam nobis comparare, a vobis autem dignitatem et honorem accipere. Putavimus autem, te cupere viros strenuos tibi adjungere, si consanguinei tui, qui iidem nunc hostes tui facti sunt, honori tuo insidiarentur. Nunc itaque pollicemur, stipulata mercede, hujus regni defensionem suscipere, et a vobis aurum, argentum et bona vestimenta accipere. Quam conditionem si statim accipere detrectas, nostramque operam repudias, hæc eadem bona ab alio rege obtinebimus. Rex Jarisleivus respondit: magnopere mihi vestro auxilio et consiliis opus est, vos enim Norvegi et prudentes et strenui estis; quid autem ex nostris bonis pro opera vestra postuletis, ignoro. Eymundus respondit: primo, ut nobis omnibusque militibus nostris domum prospicias, curesque, ut nihil earum rerum, quæ nobis opus sunt, ex optimis copiis tuis nobis desit. Hanc conditionem accipio, ait rex. Eymundus: hac lege manus nostra tuo imperio parata erit, ut vicem antesignanorum præstet teque et regnum tuum defendat. Præter hæc singulis nostris militibus unciam pondo argenti, singulis vero navium gubernatoribus in-

super semunciam pendito. Rex: hoc facere non possum. Eymundus: potes utique, domine, nam pro hac pecunia pelles fibrinas et mustelinas, aliasque res, quæ in tuo regno facile parari possunt, accipiemus; hasque res nosmetipsi, non milites nostri, æstimabimus; atque si prædæ potestas dabitur, pecuniam nobis solvere poteris; si in otio sedebimus, stipendii ratio minuetur. Rex se ita facturum spondit; quod pactum per duodecim menses durare debuit.

Eymundus victoria potitus est.

Cap. 5. His constitutis Eymundiani naves subdlexerunt et in tuto collocarunt. Rex Jarisleivus lapideam aulam iis extrui auleisque ex bysso purpurea velari jussit; omniaque quæ opus erant exquisitissime prospecta. Quotidie cum rege et regina versantes magna lætitia et delectatione fruebantur. Cum vero hic non multum temporis, magno habiti honore, egerant, literæ Burisleivi regis ad regem Jarisleivum allatæ sunt, hujus argumenti: se aliquot pagos et emporia, quæ finibus suis proxima faciles sibi reditus funderent, ab eo petere. Rex Jarisleivus Eymundo regi, quæ frater a se peteret, significavit. Ille respondet: parum ea de re decernere possum, tibi vero, si armis cernere libet, auxilium nostrum patet. At necessitas poscit, fratri parcere, moderate se gerenti; sin vero, quod fore suspicor, his concessis plura postulaverit, tui ipsius erit optio, utrum imperium cedere malis, an non, an potius illud fortiter retinere, et cum fratre acie decernere, si fines postea tueri posse confidas. Minoris quidem periculi est, quæcunque postulaverit, concedere, hoc autem multis et abjecti animi, nec regium videbitur, si eam rationem præferes. Neque sane scio, cui rei exteras copias hic retineas, si nobis non confidis. Cujus rei optio jam tuo ar-

bitrio relinquitur. Rex se negavit animum inducere posse, ut re inexperta imperium cederet. Eymundus: itaque legatis fratris tui renuntia, te velle regnum tuum defendere; neque ei longum spatium dato exercitum contrahendi, nam sapientes viri docuerunt, melioris fortunæ spem in sua quam aliena terra pugnanti esse. Reversi legati regi suo omnia, quæ acta erant, renuntiarunt, Jarisleivum regem nihil de regno suo cum fratre communicare velle, paratumque esse dimicare, si in regnum suum involaturus esset. Rex locutus est: auxilium, credo, alicunde exspectat, si nobiscum certare statuit; an vero aliqui exteri homines ad eum venerant, qui ei consilia dederint regni confirmandi? Legati dixerunt se audisse, regem Norvegorum cum sex centuriis popularium ibi præsto adesse. Rex Burisleivus ait: hi profecto ei istud consilii dederunt. Posthæc copias contrahit. Rex Jarisleivus sagittam belli nuntiam per totum regnum mittit. Sic reges utrique copias evocant. Evenit quod Eymundus suspicatus fuerat, ut rex Burisleivus e regno suo adversus fratrem duceret. Quo loco inter se occurrerunt, magna erat sylva, in ripa fluvii cujusdam sita; hic sua utrique castra ita posuerunt, ut fluvius intercederet, numero copiarum inter se non multum differentes. Rex Eymundus omnesque Norvegi sibi soli tabernacula habuerunt. Ita utrique per quatuor noctes quieti manserunt, ut ad prælium non procederent. Tum Ragnar: quid hoc loco exspectamus? quid sibi vult ista sessio? Rex Eymundus respondit: rex noster copias hostium nimis exiguas putat; cujus consilia parvi momenti videntur. Post hæc regem Jarisleivum adeunt; interrogant, an prælium non committere statuerit. Rex: nos lectum habere exercitum videmur, magnumque copiarum numerum, cui con-

fidere possimus. Rex Eymundus: sententia alio spectat, domine; primo tempore, cum huc venimus, pauci tantum mihi milites in singulis tabernaculis (hostium) esse videbantur, castraque magis ad speciem dilatata, quam pro numero multitudinis facta; nunc vero rem se aliter habere puto, aut enim numerum tabernaculorum augere aut extra tentoria excubare coguntur; a te vero magnus militum numerus domum in pagos aufugit, unde fidem exercitui haberi non posse apparet. Regi, quid consilii capiendum esset, rogitanti Eymundus respondit: jam omnia nobis, quam antea, iniquiora sunt; sedendo victoriam e manibus dimisimus. Interea vero ego ac Norvegi non otiosi fuimus: omnes naves nostras, armis onustas, adverso flumine subveximus; huc nos cum copiis nostris conferemus, vacuis tabernaculis relictis, hostemque a tergo aggrediemur; vos vero quam celerrime copias vestras in aciem educite. Sic factum; utrique bellicum cecinerunt, signa erexerunt, milites ad prælium ordinarunt. Dein concurrunt acies, prælium acerrimum committitur, moxque magna strages editur. Rex Eymundus ac Ragnar, in regem Burisleivum acrem impetum dederunt, in aversos clypeos ejus invadentes (improviso supervenientes); hic acerrima pugna facta magnaque edita strage, acies Burisleivi rupta, initiumque fugæ factum; Eymundus vero aciem ejus perrupit, totque hostes dejecit, ut omnium nomina recensere longum foret. Fusi fugatique hostes, nullo jam amplius resistente, quibus fortuna in prælio pepercerat, in campos et sylvas fugientes salutem consuluerunt. In hoc vero tumultu fama exstitit, cecidisse regem Burisleivum. Quo commisso prælio, rex Jarisleivus ingenti præda potitus est. Plerique partam victoriam Eymundo ac Norvegis attribuerunt,

ex quo magnam gloriam sibi pepererunt. Quæ res ex causæ bonitate evenit, nam Deus dominus Jesus Christus hanc rem, ut ceteras omnes, juste decrevit. His gestis, utrique in regna sua redierunt, Jarisleivus vero et regnum suum et prædam, qua hoc prælio potitus erat, retinuit.

Consilium Eymundi.

Cap. 6. Reliqua æstas insequensque hiems quieta, nec ulla re gesta memorabilis. Rex Jarisleivus utrumque regnum consilio et cura regis Eymundi administravit. Jam Norvegi magna auctoritate et honore florebant, cum tutum regi præsidium, tam consiliis dandis, quam hostibus superandis¹, præstarent. Rex vero, fratre dejecto, se auxilio minus indigere ratus, omniaque toti regno pacem committere putans, stipendium solvere neglexit. Cum vero dicta dies solvendi stipendii adesset, Eymundus Jarisleivum convenit et sic locutus est: nos in regno tuo, domine, aliquanto tempore fuimus; nunc elige, utrum pactum inter nos diutius stare debeat, an societatem nostram dissolvi, nosque ad alium principem concedere velis, pecunia enim cum cunctatione soluta est. Rex respondet: vestro auxilio non æque ac antea opus esse arbitror; magnum vero pecuniæ dispendium est, quantum postulatis, stipendium pendere. Recte, domine, rex Eymundus inquit, nunc enim singulis militibus uncia auri, singulis vero navium gubernatoribus triens pondo auri pendendus. Cui rex: itaque pactum abrogatum volo. Fiat, ut vis, ait rex Eymundus, verum num certo nosti, mortuum esse Burisleivum. Rex: puto verum esse. Eymundus: haud dubie tumulus ejus splendide ornatus est; aut ubi sepulcrum ejus? Rex: hoc haud exacte novimus.

¹) ad verbum prædis agendis (solito significata).

Eymundus: at vero tuæ, rex, majestati scire convenit, quo loco sepulcrum tam inclyti fratris sit; illud autem suspicor, milites voluntati tuæ assensus hæc jactasse, te vero adhuc verum ignorare. Rex: quid verius afferre habes, cui potius fidem habeam? Eymundus: fama accepi, regem Burisleivum hac hieme in Bjarmorum terra vivum versari; certoque cognovi, in exercitu adversus te adornando occupatum esse, quam rem veriolem esse autumo. Rex: quando regni nostri fines ingressurum putas? Eymundus: dicunt, intra trium hebdomadarum spatium adfuturum. Quo cognito rex Jarisleivus Norvegorum auxilio destitui noluit; quare pactum in duodecim menses renovant. Tum rex: quid porro cœptandum? an collecto exercitu cum illis dimicandum? Eymundus: hoc ego auctor sum, si modo velis regnum Gardorum a rege Burisleivo defendere. Jarisleivus quæsit: utrum huc convocandus exercitus est, an adversus eos mittendus? Eymundus respondet: omnes copiæ, quæ moveri possint, in urbem convocandæ; ubi vero copiæ convenient, consilia, quæ ad rem perficiendam utilissima censeamus, in medium proferemus.

Prælium inter fratres.

Cap. 7. Secundum hæc rex Jarisleivus copiarum evocandarum nuntium per totum regnum misit, magna ad eum confluyente rusticorum multitudine. Quo facto rex Eymundus suos in sylvam missos arbores cædere, ad urbem deportare et in muris urbis constituere jubet; curat ramos cujusque arboris extra murum extendi, ne mitti tela in urbem possent. Ingentem quoque fossam circa muros duci, terraque egesta aqua compleri jubet, deinde lignis superinjectis rem ita curat, ut conspici operis vestigia non possent terraque intacta videretur. Quibus rebus confectis, cogno-

verunt, regem Burisleivum fines regni Gardorum ingressum, ad urbem, in qua reges se continebant, tendere. Rex Eymundus et rex Jarisleivus duas quoque urbis portas firmiter muniendas curaverant, hoc enim loco hostem excipere, eademque, si opus posceret, exire statuerant. Vespere, præcedente eam diem, cujus mane adventus hostium expectabatur, rex Eymundus feminas jussit in muros procedere, allatis omnibus quas haberent rebus pretiosis, ornatumque quantum possent maximum ostentare, crassasque armillas aureas longuriis efferre, ut hostium admirationem in se converterent. Puto enim, inquit, Bjarmos rerum pretiosarum cupidos, auro intextisque auro vestibus purpureis ad solem resplendentibus, præcipiti cursu et incaute urbi adequituros. Ut præceperat, factum. Burisleivus, cum copiis e sylva progressus, urbi appropinquat. Splendorem urbis eminus conspicati, lætitia exsultant, se famam adventus sui præcucurrisse rati. Adequitant præcipiti cursu ac militari ostentatione, nihil prospicientes, unde magnus hominum numerus in fossam delapsus periit. Rex Burisleivus, qui pone sequebatur, perniciem suorum videns: fieri potest, inquit, ut oppugnatio majorem, quam speraveramus, difficultatem pariat; scilicet Norvegi isti multum consilio valent. Ubi observat, qua facillimus sit ad urbem aditus, animadvertit, splendorem ostentatum evanuisse; omnes portas clausas videt, præter duas, magno apparatu et propugnatorum multitudine aditu difficiles. Mox clamor belli sublatus, oppidanis in procinctu versantibus. Reges, Jarisleivus et Eymundus, suæ uterque portæ adstitit. Acris pugna oritur; ex utrisque multi militum cadunt. Quo loco rex Jarisleivus erat, eo loco tanta facta oppugnatio est, ut in defensam ab eo portam irruptio fieret,

ipseque rex pede graviter vulneraretur, magna edita strage, antequam hæc porta expugnata esset. Tum rex Eymundus: res in iniquum locum deducta est, quod rex vulneratus, multique nostrorum interfecti sunt, aditusque in urbem hostibus patet. Jam fac utrumvis, Ragnar, inquit, aut hanc portam defende, aut regi nostro subsidio veni. Ragnar: ego hic manebo, tu vero ad regem te confer, ea enim parte opus consilio est. Quare Eymundus eo magna cum manu concessit, Bjarmosque in urbem irrupisse animadvertit. Quos statim gravi foedoque prælio afflixit, multosque ex militibus regis Burisleivi concidit. Rex Eymundus suos magnopere hortatus, hostes fortiter magnaque contentione impugnabat. Qua oppugnatione haud facile ulla pari temporis spatio acrior fuit. Jam Bjarmorum quotquot superstites erant ex urbe aufugerunt, fugit rex Burisleivus magna clade affectus. Rex Eymundus ac sui fugientes in sylvam pepulerunt, et signiferum regis interfece-
 runt. Et nunc quoque fama tulit, regem cecidisse. Ingens victoria parta; rex Eymundus in hoc prælio insignem sibi gloriam comparavit. Ab his res ad tempus quietæ. Illi apud regem magno habiti honore versantur, cuiusvis indigenarum bene probati. Stipendium vero etiam nunc et tarde et difficile ab rege obtinebatur, ut secundum pacta conventa non penderetur.

De Eymundo.

Cap. 8. Accidit aliquo tempore, ut rex Eymundus regem allocutus rogaret, ut solveret stipendium, quemadmodum regem potentem deceret; arbitrari enim, ipsos parta victoria plus pecuniæ, quam stipendium esse deberet, fisco regio intulisse: te hac in re errare contendimus, forte tibi nunc videris nostro præsidio et auxilio non egere. Rex ad hæc: forte nunc res satis bene se

dabunt, etsi vestrum non accedat auxilium. Tamen insignem operam nobis præstitistis; verum allatum mihi est, milites vestros omnium rerum fastidiosos esse. Eymundus respondet: quid hoc sibi vult, domine, quod tu solus totam hanc rem æstimes? multi ex nostris magna perdidisse sibi videntur, alii pedes aut manus aut membra quædam amisisse, alii jacturam armorum fecisse; et ingentes utique sumtus faciendi nobis sunt: tibi vero adhuc licet conditionem nostram sublevare; nunc alterutrum fac, ut nos aut recipias aut repudies. Rex respondit: vos repudiare quidem nolo, tantundem autem pecuniæ, nulla belli suspitione, non promitto. Eymundus: pecunia nobis opus est, neque nostri solo cibo merere volunt; potius ad alios reges concedentes, gloriam nobis comparare studebimus. Scilicet veri simile est, hoc regnum ab omni invasione vacuum fore! an certo scis, regem esse interfectum. Verum esse putamus, rex ait, quod vexillum ejus in potestate habemus. Eymundus: nunc ergo sepulcrum ejus nosti? Rex negavit. Eymundus: imprudentis est, hoc nescire. Rex: qui tu hoc melius noveris quam alii homines, qui hujus rei certam intelligentiam habent. Eymundus: maluit vexillum, quam vitam amittere; atque arbitror eum evasisse incolumem et hiemem in Turcia transe-gisse; bellum tibi iterum inferre statuit, invictumque adducere exercitum, in quo sunt Turcæ, Blökumanni multæque aliæ feræ nationes. Audivi quoque vero esse similius, eum christianam religionem repudiare statuisse, regnoque Gardorum tibi erepto, utraque regna barbaris illis nationibus frequentare. Quod propositum si perficere poterit, vix dubium est, quin te cum omnibus consanguineis ignominiose in exilium acturus sit. Rex interrogavit: quam cito

hic cum fera illa natione aderit? Eymundus respondit: intra mensem dimidium. Quid nunc capiendum consilii? rex inquit, non enim tuo patrocinio carere possumus. Ragnar ut abirent, hortatus, regem suis consiliis uti jussit. Cui Eymundus: vituperationem subibimus, si regem in tanto periculo deserimus; nam, cum ad eum venimus, pace fruebatur. Quare sic ab eo discedere nolo, ut post discessum nostrum pace non fruatur, potius pactum in proximos duodecim menses restauremus, ea conditione, ut nova stipendii accessione, ex pacta lege, augeamur. Nunc de consilii ratione cogitandum, utrum copiae contrahendae sint, an velis, domine, ut nos Norvegi regnum soli defendamus, tu vero interea quietus sedeas, et tum primum copiis tuis utaris, cum devicti simus. Sic fieri volo, ait rex. Eymundus loquitur: ne rem tam cito contempleris, domine; adest alia ratio, ut copias collectas habeas, quod honestius mihi videtur; nos Norvegi haud primi fugam capessemus; scio quidem multos eorum, qui spiculis hostium objiciuntur, ad hoc paratos fore, nescio autem, ut se in ipso discrimine praebituri sint, qui nunc hanc rem maxime svadent. Quid vero faciendum, domine, si copiam regis nacti fuerimus? utrum eum interficiemus; an non? nunquam enim finis erit harum barbararum, dum utrique vivetis. Rex respondet: non utrumque faciam, ut et alios ad pugnam adversus regem Burisleivum horter, et eosdem incusem, si interfectus fuerit. Dein utrique ad aulam se conferunt, nullis copiis contrahi, nullis belli apparatus fieri jussis; quae res omnibus mira visa est, nunc minime bellum apparari, cum maximum immineat periculum. Atque paulo post cognoscunt, regem Burisleivum in regnum Gardorum magno cum exercitu multis-

que barbaris gentibus ingressum. Rex Eymundus, quid rei esset, se nescire, nullumque famam accepisse simulavit. Fuere multi, qui eum non audere adversus Burisleivum dimicare dictitarent.

Eymundus regem Burisleivum necavit.

Cap. 9. Die quodam, primo mane, Ragnarem cognatum, decemque alios viros advocavit. His equos sterni jussit. Quo facto duodecim una ex urbe equitant, non pluribus adscitis, reliquisque omnibus remanentibus. In hoc numero erat vir quidam Islandus, nomine Björn, Ketil Gardensis, aliquis nomine Askel, et duo Thordi. Abduxere secum equum vacuum, armis et cibariis onustum. Jam omnes mercatoris habitu induti, equis avehuntur, nesciis omnibus, quæ causa profectionis esset, quosve dolos machinari cogitassent. Sylvam quandam ingressi, totum diem iter faciunt, donec nocte superveniente e sylva egressi ad magnam aliquam arborem perveniunt; erat circa campus amœnus, multisque locis planus. Tum rex Eymundus locutus est: hoc loco resistamus; cognovi regem Burisleivum hoc loco proxima nocte pernoctaturum et tentoria positurum. Arborem locumque sylva vacuum circumeuntes, animum attendunt, qui locus maxime ad tendendum idoneus sit. Hic rex Eymundus: hoc loco rex Burisleivus castra ponet; audio, eum solere juxta sylvam, si facultas sit, tendere, ut, si usus poscat, habeat quo confugiat. Tum rex Eymundus funem sive rudentem cepit, eosque ad arborem eo ipso loco stantem accedere jussit. Præcepit, ut aliquis in ramos eniteretur eosque fune circumligaret. Sic factum. Deinde arborem flexerunt, donec rami ad solum pertinuissent, atque sic arborem ad radices usque contorserunt. Tum rex Eymundus: hoc mihi bene

placet; hæc enim res magnam nobis utilitatem præstare poterit. Dein funem explicant et extremitates destinant. Quod cum ad sextam horam post meridiem confecissent, audientes regis copias advenire, in sylvam ad equos se recipiunt. Jam conspiciunt magnum militum numerum, splendidumque currum, magna caterva circumdatum, cui signum præferebatur. Hi ad sylvam se convertunt, locumque sylva vacuum intrant, locoque ad tendendum maxime idoneo, ut rex Eymundus suspicatus fuerat, tabernaculum statuunt, omnibus militibus ab utroque latere secundum sylvam tendentibus. His ad tenebras usque immorantur. Tabernaculum regis erat magnopere splendidum et affabre factum, quatuor disjunctis membris, insigne sublimi pertica, globulo aureo et aplustri conspicua. Omnia quæ in exercitu agebantur e sylva conspexerunt, immotique silentium tenuerunt. Obductis tenebris, lumina in tentoriis accepta; unde collegerunt, epulas in tabernaculis instrui. Tunc rex Eymundus: parum cibi habemus, quod minime convenit; unde ad alimenta comparanda exibo et castra eorum intrabo. Inde sumto mendici habitu, alligataque sibi barba caprina, duobus baculis nixus, tentorium regis intrat, cibum emendicat, unumquemque hominem accedens; ad proxima quoque tentoria accessit, largamque copiam nactus, gratis pro dato cibo actis, ab tentoriis abscessit, larga jam suppetente cibariorum copia. Ubi pro lubitu potaverant et comederant, silentium factum. Jam rex Eymundus suos bifariam divisit, sex viros in sylva reliquit, qui equos custodirent et usu subito poscente paratos haberent. Ipse cum reliquis in campum ad castra procedit, ut si nihil impedimenti esset. Hic Eymundus: Rögvaldus¹, Björn et Islandi

¹) idem qui alias Ragnar.

ad arborem a nobis deflexam concedant. Tradita singulis securi lignaria, pergit: vos periti estis graves ictus inferre, quod nunc, cum poscat usus, probatum date. Cum procederent ad locum, ubi rami deflexi fuerant, rex Eymundus locutus est: hoc loco in tramite ad campum ferente vir tertius consistat, qui nihil aliud quam funem manu teneat, quem remittat, prout eum attrahimus, alteram funis extremitatem tenentes; cumque rem, prout nobis visum erit, instituerimus, is, cui hoc negotii demandavi, manubrio securis funem pulsato; qui vero funem tenet, scire debet, utrum a nobis commotus, an ictu tactus contremiscat. Cumque hoc signum dederimus, quod dari necesse est, quodque ad prosperum rei exitum multum conferet, tum is, qui funem tenet, indicato, tumque rami arboris excinduntur, quo facto impetuose et subito resiliet. Faciunt, ut præceptum erat. Rex Eymundus ac Ragnar, comite Björne, ad tabernaculum accedunt, in fune nexum adstrictorium faciunt, qui adhibitis hastilibus aplustri, quod ex pertica regii tabernaculi exstabat, indutus globulo adhæsit. Hæc silentio facta; omnes vero per omnia tabernacula arcte dormiebant, quod et de via lassus et hesternis mero saucii erant. Hoc confecto, cum reductis extremitatibus funem contraxissent, porro quid agant, deliberant. Dein rex Eymundus proprius ad tabernaculum regium accedit, quando revellatur, procul abesse nolens. Jam pulsatur funis; quem is, qui tenuit, contremiscere sentiens, indicat his, qui cæderent. Mox cæsa arbor, quæ impetuose atque in sublime resiliens, totum regium tabernaculum solo revulsum longe in sylvam abjicit, omnibus quæ intus erant luminibus extinctis. Rex Eymundus præcedenti vespere diligenter notaverat, quo loco tabernaculi rex quiesceret. Huc se

convertit, regi subitam necem infert, multisque aliis; ablatoque capite regis Burisleivi ipse ac sui in sylvam cursu se recipiunt, neque deprehendi possunt. Quo insolito casu, qui ex militibus Burisleivi supererant, timore perculsi sunt. Rex Eymundus ac sui equis vecti se abriperunt, et primo mane in urbem venerunt; ille regem Jarisleivum convenit, relatoque vero de morte Burisleivi regis nuntio: en, domine, caput, inquit, si cognoscere potes. Rex, viso capite, rubuit. Eymundus locutus est: hoc insignis fortitudinis specimen ego ac Norvegi edidimus, domine; tu vero sepulturam corporis fratris tui magnifice et honeste appara. Rex Jarisleivus respondit: hanc rem, quæ me tam prope tangit, nimis propere executi estis; vos ipsi sepulturam ejus curate; quid autem consilii milites ejus nunc capturos putas? Eymundus: auguror, eos conventus habere, et inter se super hac re suspectos esse; non enim adventum nostrum animadverterunt; hinc inter se dissidentes diffidentesque, in factiones distracti, digredientur. Unde paucos credo sepulturam regis sui curaturos. Dein Norvegi ex urbe profecti, eodem itinere per sylvam equitarunt, donec ad castra pervenerunt. Res, ut rex Eymundus fuerat opinatus, exierat: omnes enim milites Burisleivi abscesserant, dissensione in diversa digressi. Rex Eymundus locum sylvæ vacuum ingressus est; hic corpus regis jacuit ab omnibus desertum. Funus curant, caput trunco applicant, corpusque domum revehunt. Ita sepultura multis innotuit. Mox omnis populus regi Jarisleivo fidem suam jurejurando obstrinxit, quo facto imperium, quod antea utrique tenuerant, solus regia potestate tenuit.

*Eymundus ab Jarisleivo discedens ad fratrem
ejus se confert.*

Cap. 10. Interea exiit æstas et hiems, nulla gesta re memorabili, necdum soluto stipendio. Erant quoque, qui regi demonstrarent, quam gravis esset fraternæ cædis memoria, Norvegos se jam rege præstantiores existimare dicentes. Cum adesset dies, quo stipendium penderetur, Norvegi ad cubicula regia se conferunt. Rex eos benevole accipit, et quærit, quid tam multo mane velint. Rex Eymundus respondit: forsitan nostro auxilio, domine, non amplius indiges; itaque nunc stipendium nobis debitum cum fide solve. Rex locutus est: vester huc adventus magnarum rerum causa fuit. Eymundus reposuit: hoc verum est, domine, nam nisi nostra opera adjutus esses, regno spoliatus fuisses; verum de cæde fratris tui nunc ita est comparatum, uti tunc, cum eam permisisti. Rex: quid nunc consilii agitis? Eymundus: quid minime cuperes? Nescio id quidem, ait rex. Eymundus: at ego probe scio; minime velles, nos ad Varnlavum, fratrem tuum, proficisci; ad eum tamen proficiscemur, eique omnem quam possumus operam præstabimus; jamque salvus sedeas, domine. His dictis confestim exeunt, ad naves descendunt, tunc omnino paratas. Rex Jarisleivus infit: nunc celeriter neque me volente abierunt. Cui regina: sic res exhibit, si tibi cum Eymundo contendendum consilio erit, ut futurus tibi sit difficilis obluctatu. Rex: bene res gereretur, si de medio tolli possent. Regina: illud prius usu veniet, ut aliquam ab iis contumeliam accepturus sis. His dictis regina et dynasta Rögvaldus Ulvi filius, paucis comitati, ad naves Eymundi ac Norvegorum, quæ ad terram stabant, profecti sunt. Venit nuncius, velle reginam cum

Eymundo colloqui. Eymundus: ne ei fidem habeamus, est enim rege prudentior, nolo autem eam colloquio prohibere. Itaque tibi comes esse volo, Ragnar inquit. Nolo, ait Eymundus, hæc enim non periculosa profectio est, neque advenérunt copiæ viribus nostris superiores. Eymundus pallio tæniis instructo indutus erat, gladiumque manu gestavit. Considerunt in crepidine quadam, cui subjecta erat argillosa planities; regina et Rognvaldus dynasta tam prope eum adsidebant, ut vestibus ejus ferme insiderent. Regina locuta est: male accidit, quod tu et rex ita digressi estis; libenter meam operam interponerem, ut potius bene, quam male inter vos conveniat. Tum neque Eymundus neque regina manus immotas tenere: ille tænias pallii solvere, hæc manicam detrahere et supra caput tollere. Ille nempe rem dolis non carere intellexit; et re vera illa homines subornaverat, qui eum occiderent, sublatamque ab illa manicam pro signo haberent. Hi subito procucurrerunt. Quos ante quam advenissent conspicatus Eymundus, opinione citius subito surrexit, relicto pallio; quare eum comprehendere non potuerunt. Quo viso, Ragnar suique alius post alium ex navibus in terram excurrerunt, et immissos a regina interficere voluerunt; quod fieri Eymundus vetuit. Quos cum injectis manibus ex crepidine argillosa detrusissent, Ragnar inquit: nunc a te, Eymunde, consilia non petemus; hos nunc nobiscum avehemus. Eymundus: hæc facere non oportet; remittendi sunt liberi; hoc enim modo dissolvi meam cum regina amicitiam nolo. Sic ea domum redit, exitu rei minime læta. Illi vero navibus avecti, cursu non intermisso, in regnum Varnlavi regis pervenerunt eumque adierunt. Rex benigne eos excipiens, quid novi afferant, quæ-

rit. Eymundus omnia, ut gesta erant, exposuit, tam de rei initiis, quam de suo discessu ab rege Jarisleivo. Rex quæsit: quid nunc facere instituistis? Eymundus respondit: regi Jarisleivo denuntiavi, nos ad te concessuros, eum enim regnum tuum minuere velle suspicor, quemadmodum frater ipsi fecit. Jam deliberes, domine, utrum nos recipere, an rejicere velis, an te nostro auxilio indigere existimes. Rex: vestram sane operam optarem; quid vero postulatis? Eymundus: eadem conditione uti volumus, qua apud fratrem tuum usi sumus. Rex: tempus quæso concede, ut hac de re cum subditis meis communicem, hi enim reddunt pecunias, etsi eas tradam. Hoc concesso rex Varnlavus, concilio cum suis habito, significat, quæ fama de fratre, rege Jarisleivo, allata sit, eum regno suo insidiari; adesse regem Eymundum, opem suam ac præsidium eis pollicentem. Illi regem, ut Norvegos reciperet, magnopere hortati sunt; unde factum est, ut pactum inter eos conveniret. Rex, ut Eymundus se consilio adjuvaret, pactus, causam addidit: consiliis enim, inquit, minus valeo, quam frater, rex Jarisleivus; et tamen calumniatores odii semina inter vos sparserunt; nos vero sæpe vobiscum colloquia facere, omniaque ex pacto solvere volumus. Sic magno in honore et dignatione apud regem versabantur.

Pax inter Jarisleivum ac Varnlavum.

Cap. 11. Accidit, ut legati ab rege Jarisleivo venirent, qui oppida et urbes, quæ ad fines regni sita erant, ab Varnlavo postularent. Quare ad regem Eymundum relata, hic ita respondit: hæc res in vestra potestate est, domine. Rex: nunc eo res venit, ut postulandum sit, ut ex pacto consilia in medium proferas. Eymundus respondit: sic mihi videtur, domine, impetum ab

avido lupo esse metuendum; si hæc concedentur, majora postulabuntur. Redeant legati incolumes; rex ac regina consilia nostra perspicient, puto, tibi vero quanto tempore ad contrahendas copias opus est? Dimidio mense, ait rex. Eymundus: locum constitue, domine, quo acie congregiamini, legatosque hæc regi suo referre jube. Sic factum; legati rediere. Utriusque copiarum se ad pugnam parant, et loco constituto ad fines regnorum conveniunt; castra ponunt, eoque loco aliquot noctes morantur. Heic Varnlavus rex: quid hic frustra desidemus? ne victoriam e manibus dimittamus! Cui Eymundus: fac rem curem, dilatio enim mali optima; nondum adest regina Ingigerda, quæ illis consiliorum princeps est, etsi rex sit imperator copiarum. Quare egomet excubias agere constitui, domine. Rex: fiat, uti vis. Sic septem noctes exercitum eo loco tenent. Nocte quadam erat turbulenta tempestas spissæque tenebræ. Tunc rex Eymundus ac Ragnar a copiis nemine sciente abscesserunt. Iverunt in sylvam pone castra Jarisleivi regis, ibique prope semitam aliquam consederunt. Tum rex Eymundus: hac semita milites Jarisleivi regis equitare puto, et si delitescere vellem, hac irem; quare hic primum commoremur. Cum aliquantisper consedissent, rex Eymundus: hæc stolidissima sessio est. Mox audiunt strepitum equitantium, et in his vocem feminæ; animadvertunt, unum virum feminam præcedere, alterum sequi. Heic rex Eymundus: hic reginam iter facere puto, quare ab utraque parte semitæ consistamus, cumque ad nos appropinquant, equum, quo regina vehitur, vulnerato, tu vero, Ragnar, eam rape. Qui cum præterveherentur, nullo præseiente, equus collapsus est exanimis, regina vero e conspectu ablata. Alter (comitum) se speciem ho-

minis semitam transilientis vidisse confirmavit; regem vero adire non ausi sunt, quod nesciebant, hominesne an gigantes hujus rei auctores essent; quare domum clam se recipiebant et in occulto vivebant. Regina coalumnos allocuta: sero me vos Nordmanni afficere contumelia desistitis. Cui Eymundus: bene te, regina, habebimus, an vero in praesenti regem osculeris, nescio. His gestis, in castra regis Varnlavi redeunt, reginamque adesse nuntiant; ille ea re gavisus, ipse eam custodivit. Insequenti mane regina regem Eymundum arcessivit; qui cum venisset, locuta est: optimum factu fuerit, ut pacem faciamus; arbitrum inter vos agere polliceor, in antecessum declarans, Jarisleivum regem plurimi aestimaturam. Rex Eymundus respondit; hujus rei arbitrium penes regem est. Regina: tuæ vero auctoritati plurimum tribuetur. Post hæc Eymundus regem Varnlavum conveniens, quærit, an reginam arbitrum inter eos agere velit. Haud e re nostra fore puto, praesertim cum meam partem minuere minata sit. Eymundus: an contentus eris, id, quod antea habuisti, retinerè. Imo, ait rex. Eymundus: non æquum arbitrium fieri duco, si tua pars non augebitur, nam æqua tibi venit a fratre hereditas, atque illi. Rex: cum tu ejus arbitrium præoptes, ita esto. Jam rex Eymundus reginam certiores facit, placere, eam arbitrum pacis inter reges agere. Hoc itaque te auctore factum, ait illa, perspicias enim haud dubie, quid minimum ferat incommodi, quodque arbitrium fieri debeat. Rex Eymundus: haud dehortatus sum, ne tibi honor præstaretur. Dein conventus tuba indictus; proclamatum, reginam Ingigerdam velle cum regibus et militibus eorum colloqui. Cum milites convenissent, regina Ingigerda in cohorte regis Eymundi ac Norvegorum

conspecta. Pax, arbitrio reginæ constituenda, nomine regis Varnlavi proponitur. Ea regi Jarisleivo primariam regni Gardorum partem, nempe Holmgardum, decrevit; Varnlavo partem regni, huic bonitate proximam, nempe Kænugardum cum tributis et vectigalibus, quæ pars duplo major erat, quam ea, quam ante habuerat. Palteskjam vero et provincias adjacentes Eymundo regi, qui ibi rex esset, omnesque prædiorum mercedes, ei regno proprias, integras haberet, decrevit: nolumus enim (inquit), eum ab regno Gardorum ablegari. Si rex Eymundus hæredes reliquerit, hi hanc regni partem eo mortuo hæreditate accipiant; sin vero moriens nullum reliquerit filium, ad fratres ea pars redeat. Rex Eymundus defensionem totius Gardorum regni, fratrum nomine, administrato, illi vero eum copiis et auctoritate sua adjuvanto. Rex Jarisleivus regno Gardorum imperato. Røgnvaldus dynasta Aldegioborgam, quemadmodum antea tenuit, teneto. Hæc pax et partitio regni a toto populo sancita et confirmata est. Rex Eymundus ac regina Ingigerda omnes difficiles causas suo arbitrio deciderent. His actis in suum quique regnum profecti sunt. Rex Varnlavus (post hæc) non amplius tribus annis vixit; in morbum incidit, quo mortuus est; is civium gratia inprimis floruerat. Eo mortuo rex Jarisleivus imperium capessivit, et utrumque regnum solus administravit. Rex autem Eymundus suo regno imperavit, neque ad multam ætatem pervenit. Hic sine hærede morbo mortuus est. Cujus mors toti populo acerbissima fuit; nam ex alienigenis nemo in regno Gardorum fuit rege Eymundo sapientior; neque regnum Gardorum hostilibus incursionibus vexatum est, dum regis Jarisleivi nomine defensione regniungebatur. Dum morbo tenebatur rex Eymundus, Ra-

gnari coalumno suo regnum suum dedit, hunc enim, qui eo frueretur, dignissimum iudicavit; id quod venia regis Jarisleivi ac reginæ Ingigerdæ factum est. Rögnavaldus Ulvi filius dynasta erat Aldegioborgæ; idem ac regina Ingigerda sobriini erant. Idem excellens erat princeps, regique Jarisleivo tributum pependit, et seram senectutem attigit. Cumque rex Olavus sanctus Haraldi filius in regno Gardorum erat, cum Rögnavaldo Ulvi filio versabatur; inter quos intima erat amicitia: nam omnes quidem excellentes viri regem Olavum, quamdiu ibi versatus est, magni fecerunt, nemo autem pluris, quam Rögnavaldus dynasta et regina Ingigerda. Hæc enim atque rex Olavus clandestino amore inter se diligebant.

D. MEMBRUM HISTORICUM DE TOKIO TOKII FILIO¹.

Quo tempore rex Olavus Sarpborgæ se continebat, accidit aliquando, ut vir ignotus, magnæ staturæ, ad regem accederet eumque salutaret. Quem rex benigne exceptum cum de nomine interrogasset, ille se Tokium nominavit, filium esse Tokii, Tokio Prisco nati, dixit. Petivit a rege veniam paulum temporis inter aulicos versandi, qua concessa, rex ei sedem decentem designavit. Tokius paucis se rebus admiscebat, ut plurimum parum potabat, erat officiosus, comis, et omnibus acceptus. Sensit rex Tokium et esse peritum et percontandi cupidum: idem ad omnes quæstiones recte et prudenter re-

¹) *F* talem inscriptionem habet: hic incipit nonum membrum historię Olavi Haraldi filii.

spondebat; quare rex summam voluptatem ex sermone ejus capiebat. Perspicuum erat omnibus, Tokium esse ætate provecta, apparebat tamen, eum staturæ magnitudine et corporis pulcritudine alios multum præstitisse. Die quodam rex, cum Tokio colloquens, quæsivit ex eo, quot annorum esset. Ille se haud exacte scire fassus: hoc autem novi, inquit, quod vitæ spatium mihi prædestinatum fuit, ut duas hominum ætates viverem, quas jam propediem exituras spero, ut nunc plerorumque hominum ætas est. Rex: itaque recordaris regem Halvum ejusque commilitones, aut Rolvum Krakium hujusque athletas. Tokius: utrumque horum recordor, fui enim cum utrisque. Rex: uter ex his tibi visus est excellentior? Tokius: id ipse judices, domine, quod quo facilius possis, ex his, quæ mihi usu venerunt, unum exemplum afferam. Eo tempore in flore ætatis fui, et ex una terra in alteram iter feci. Viros delectos mihi comites adsciveram, prouti meæ dignitati virtutisque convenire visum est, nam strenuitate fortiorum virorum vestigiis insistere visus sum, et fateor, mihi tum pauca visa esse viribus superiora. Ego tum multa loca adii, principum liberalitatem, horumque athletarum virtutem tentare cupidus; ceterum, præter ætatis spatium, fato mihi constitutum erat, ne quo loco amplius duodecim mensibus acquiescerem, quod ratum fore pro certo habui. Fama celebrari audivi Rolvi Krakii liberalitatem et benignitatem, athletarum ejus virtutem, rerum gestarum gloriam ac strenuitatem, quos viribus omniumque rerum præstantia omnes alios superare cognovi. Hinc me cupido incessit hunc regem ejusque athletas conveniendi. Quare cum commilitonibus meis profectus, in Daniam ad regem Rolvum perveni. Regem adiens salutavi; ille me benigne accepit, et quis es-

sem quæsivit. Ego quis essem aperui. Ille me de causa adventus interrogavit. Dixi me velle hiberno hospitio ab eo excipi. Ille se neque solere cuiquam cibum invidere, neque mihi primo commilitonibusve meis invisurum ostendit. Tum quæsivi, ubi sederem. Ille me sedere jussit, ubi mihi locum vacuare hominemque e sede submovere possem. Ego vero gratias agere, et quod viribus eo tempore fidebam, eo me statim convertere, ubi Bödvar Bjarkius sedebat. Caverat rex, ne obniterentur. Tum manus Bödvaris prensavi, pedes scabello opposui, humeros demisi, lacertos contendi, cunctisque nervis incubui. Ille quidem immotus sedit, ut eum nusquam dimovere possem, sed facies ejus jam sanguinis instar rubuit, jam ad modum philyræ palluit, jam facta est instar Helæ livida, jam funeris instar lurida; tantopere commotus est, ut facies ejus hos colores alternis referret. Deinde manus Hjaltii Animosi prehendi; uterque nostrum quantum potuit vires intendebat; hunc in anteriorem scamni partem protrahere potui, tum vero semper rem restituere sedemque rursus occupare me invito valuit. Quæ contentio aliquamdiu tenuit, donec defessus essem. Dein Hvitserkum Velocem apprehendi, viribusque quantis maximis potui adhibitis, eum protrahere potui, et denique ex ceteris unum post alterum; me ita aulam circumevante, reliquorum quisque e sede sua surrexit, quo facto, quo placuit loco ego meique censedimus, sedesque decentissimas nacti sumus. Hic omnium rerum summa erat magnificentia, hicque sic fui, ut mihi singula optime placuerint. Æstate appetente, regem Rolvum adiens, pro hiberno hospitio gratias egi, meque abiturum significavi. Ille mihi mansionem secum obtulit, ego vero eo loco non amplius acquievi. Dein variis locis per-

agratis, fama regis Halvi ejusque athletarum ad aures meas pervenit, quorum virtus summis laudibus celebrata est. Perrexi itaque, donec huc in Norvegiam perveni ad regem Halvum, quem adiens salvere jussi, perquam benigne ab eo exceptus. Hospitium hiemale ab eo petivi, quod ille mihi paratum, liberumque, quamdiu liberet ibi commorari, significavit. Quærentem, quo loco ego meique sederemus, ibi me sedere jussit, ubi hominem possem e vestigio suo extrahere, idem quod Rolvus Krakius præcipiens. Accessi eo, quo loco dynasta Utstein ab altero regis latere sedebat, cujus manus complexus, eum ex sede proripere conatus sum, sed omnes vires intendens nihil potui efficere. Hinc ad Innsteinem, inde ad Rokum Nigrum, inde ad Björnøm, denique ad Bardum accessi, quorum neminem proripere valui. Sic totam aulam circumivi, ut neminem e sede sua submovere possem. Et ut verum tibi dicam, domine, ex his neque vir extremus neque infimus plus movebantur, quam Bödvar Bjarkius. Deinde ad regem rediens quæsivi, ubi sederem, quod nusquam mihi potuissem locum vacuefacere. Ille mihi necesse esse dixit, uno quam suos gradu inferius sedere. Tum ego ac mei ad sedes nobis designatas concessimus. Hic nullus convivii apparatus, quo quidem opus erat, defuit, nihilque erat quod mihi displiceret, præter hoc solum, quod mihi in alios suspiciendum erat, cum alii ad me despicerent; alioquin hic locus mihi optime placuisset. Nunc, utri præstantiores fuerint, judices, domine. Perspicuum est, ait rex, commilitones Halvi regis multo fuisse robustiores, nullum autem regem, illis temporibus æqualem, liberaliorem naturæque bonis instructionem Rolvo Krakio fuisse existimo; tu vero baptizatus es, an non? Tokius respondit: prima si-

gnatione initiatus, non baptizatus sum, eo quod jam cum paganis, jam cum Christianis versatus sum; tamen Album Christum esse credo. Atque ea quoque causa ad te veni, ut baptizer, et religionem quam jubeas acceptem, mihi enim incertum est, an hoc a præstantiore homine impetrare queam. Rex lætatus est, quod baptismum suscipere Deumque colere voluit. Dein Tokius ab episcopo aulico regis Olavi baptizatus et in albis mortuus est.

E. MEMBRUM HISTORICUM DE EINDRIDIO ET ERLINGO.

*Eindridius Einaris filius Sigridam Erlingi
filiam secum devexit.*

Erlingus Skjalgi filius in Jadare habitavit; habuit in matrimonio Ingibjargam Tryggvii filiam; his multi erant liberi: filii, Skjalgus, Lodin, Thorer; filia, Sigrida, quæ Ögvaldsnesi in Karmta educata fuit. Rex Olavus ei, qui Sigridam Erlingi filiam educavit, regiæ villæ procuratione alio translata, habitationem in insula Folkrina in regno boreali prospexit. Cum hoc Sigrida boream versus profecta est, invita tamen, ægreque ferens, quod se a cognatis vi distractam existimabat. Eo tempore Eindridius apud patrem Einarum Gimsis versabatur, juvenum Norvegorum artis naturæque bonis instructissimus. Hic navem suam paravit, in australes regni partes navigaturus. Die quodam Sigrida Erlingi filia, foris constituta, navem splendidam, assulis frontalibus ac rostris inauratis ornatam, supra mare passim coloratam, virisque eximie lectis instructam, ad insulam appulisse animadvertit. Huc descendens

quæsiuit, quis navi præesset. Eindridius suum patrisque nomen edidit. Probe novi, inquit ea, qui sis; an mihi vecturam in australes regni partes ad patrem profecturæ concedere vis? Ille quæsiuit: quis pater tuus? Erlingus Skjalgi filius, inquit. Eindridius Einaris filius, vehementer in nave secus quam antea oneranda occupatus, parum ad ea, quæ dixit, attendit. Cum parati erant, ab insula extemplo solvunt. Interea vero Sigrida navem conscenderat, cui nautæ se haud molestos exhibuerunt. Cum vero insulam præternavigassent, et suum quisque locum occupasset, Eindridius locutus est: quo loco te natam profiteris, virgo? Ea respondit: sum filia Erlingi Skjalgi filii. Eindridius: hæc nimis sero animadverti, aut cur hæc tam sero dixisti? Illa: si invitus me recipis, eo minus hoc officii mihi præstiturus fuisses, quo prius tibi dixissem. Eindridius: haud nullius periculi rem esse puto deducere te; nunc vero rem, quo loco est, esse patiar. Cursum non diu continuaverant, cum adversa tempestate incidente nihil reliqui erat, quam ut altum peterent. Ad insulam quandam dejecti, ægre in terram evaserunt, sic ut navem et homines servarent. In insulam egressi, tabernulam piscatoriam repererunt, ubi locum mansioni præpararunt. Cum cubitum iretur, Sigrida Eindridio interrogante: quem ea nocte proxime se accumbere vellet, respondit: volo ad parietem cubare, ab altero vero latere te mihi proximum accubare velim. Illo concedente, ea nocte concubuerunt, tempestas vero per tres noctes tenuit. Remittente dein violentia tempestatis, ad navem descenderunt; tum Eindridius: haud utique facili navigatione utimur; atque puto, te, Sigrida, melius domi in insula Folkrina remansisse, quam nobiscum hoc mari jactari. Ea respondit: parum adhuc de fortuna quæsta sum.

Cum vero tempestate prohiberentur in partes orientales navigare, in Thrandheimum revecti sunt. Einar eos alieniori animo excipiens, Eindridio dixit: haud sine delectu concubinas tibi, fili, concilias, qui filiam Erlingi concubinam adduxeris. Cui Eindridius: talia de me dici abs te, pater, haud exspectavi, cum vellem eam ad patrem deducere; impeditam autem tempestate navigationem in me non recipio. Einar: nihil tibi nocebit, fili, si solus hoc loquor, opinor vero, Erlingum patrem ejus ceterosque cognatos ita de hac re existimare; quare eam hic commorari nolo. Eindridius: itaque tibi hoc oneris non imponetur, tu vero hac re facis, ut hospites domi nostræ, Gimsis, recipere dediscam; tot vero homines mecum domo discedent, ut haud exiguum tuæ rei familiari levamentum inde profecturum sit. His dictis Eindridius navem (cyprinum), quæ ei erat, deducendam curavit, quam cum ipse et sui conscendissent, Einar loquitur: quo nunc proficiscendum, Eindridi? Ille: Sigridam ad patrem reducere volo. Einar: hæc quoque res tibi maximo erit incommodo. Eindridius: non omnia jam caveri poterunt. Post hæc litora austrum versus prætervecti, ventis parum secundis usi, non prius cursum intermiserunt, quam in Jadarem pervenissent. Egressi sunt ad villam Solium; nulli homines foris; intrant, domesticis compotantibus; apponuntur eis cibaria, paucis tantum verbis compellantur. In cubiculo Erlingi nulla erant aulæa, sed loricae annulis consertæ, galea et ensis super quoque viro pependerunt. Cum cubitum iretur, Eindridius in coenaculum aliquod eximie instructum, ubi lectus erat, splendide ornatus, deductus est. Accedens ad lectum, feminam ibi cubantem animadvertit, quam Sigridam esse agnovit. Ea illum cito abire jussit, non enim eo

loco sine periculo dormiturum. Ille se sic facturum ostendit. Mox ingentem strepitum audit. Aderat paterfamilias Erlingus, multique cum eo domestici. Hic Erlingus: cur in lecto non decumbis, Eindridi? id nunc facere non minus honestum est, quam cum filia mea in tabernulis piscatorum accubare. Cui Eindridius: ita demum eo loco cum ea accubui, ut neque ipsi, neque cognatis ejus, ulli dedecori esset; scilicet id feci magis precibus ejus ductus, quam quo tibi contumeliam asserrem. Erlingus respondit: hoc solis verbis excusare non poteris, licebit vero tibi gestando ferro te purgare. Cui Eindridius: benignum comitandi officium meliori remuneratione dignum esset; etsi autem hæc durior conditio sit, tamen eo descendendum, ut et feminam et me ipsum vituperatione liberem. Heic sequentes versus fudit:

Pauca sunt, quæ homines
vere loquantur. Ego nullam
partem corporis virginei,
præter labia, tetigi in insula.
Is vero, qui graviolem culpam
in me vult conjicere (quod illi
infeliciter vertat), hunc ego male
putarim posse lingvæ moderari¹.

Tum Erlingus: contenti essemus, si res non longius, quam nunc dicis, excessisset.

*Eindridius Sigridam Erlingi filiam
gestando ferro purgavit.*

Cap. 2. Jam præterit nox. Sequenti vero mane Eindridius ad ferrum gestandum se jejuni præparavit, ut mos est eis, qui gestare ferrum

¹) Ordo: *Freyr mundar fura segir fátt hit rétta; mér kom allt meyjar hold fjarri i eyju, nema varrar. En sá er vill kenna oss fleira af því, segi hann allvesall; sjá atgeirs Baldr mun þegja til sjaldan.*

debent. Cumque ferrum ei gestandum erat, dicitur rem plus quam solita fortitudine perfecisse. Tribus noctibus elapsis, cum ligamenta manus soluta essent, magna præsentem hominum frequentia, omnesque Erlingum rogarent, ut suam de purgatione sententiam aperiret, Erlingus locutus est: tu, ut qui optime, purus es, Eindridi, hocque crimen, uti fortem virum decuit, amolitus es; quare velim, ut digna a me munera accipias. Eindridius respondit: jam factum est, quod gravissimi momenti erat, ut filiam tuam et me ipsum vituperatione liberarim, sed in præsentem non diu Solii commorabor. Hæc dicens abiit, quem magna animo agitare vehementerque iratum esse omnes senserunt. Tum Skjalgus, Erlingi filius, patri allocutus: an tu et Eindridius sic digrediamini? Erlingus: quid mihi amplius facere licet? Skjalgus: opinor, pater, hanc rationem non expedire, cum ei ac patri tantum sit contentionis studium tantaque potentia, cumque talis vir, qualis Eindridius, tanta affectus sit contumelia. Erlingus: quid jam amplius facere possum, quam bonas condiciones ei offerre, verum quamvis ille ac pater multum possint, haudquaquam adeo sumus infirmi, ut victas eis manus dare cogamur. Skjalgus: hoc quidem verum est, sed tamen multorum hominum vita stabit, quare auctor sum, ut ei honestæ condiciones offerantur. Erlingus: quid ei offerendum est? Skjalgus ducenda Sigrida, filia tua. Erlingus: pro rem inauditam, ego ut cuiquam filiam meam ultro nuptum offeram! audirem sane, si eam peteret, tumque illi eam nuptum darem. Skjalgus: minime, pater; haud ita res est: hæc nulla satisfactio est, ut ei liceat filiam tuam ducere uxorem, non enim artibus liberalibus minus instructus est, quam ea; ita vero demum ei pro contumelia satisfiet,

si id ei tribues, ut filiam tuam ei ultro offeras pro ea afflictione et miseria, cui se fortiter subjecit, neque mediocris honor est, talem habere affinem, qualem Eindridium; nam quod modo loquebare, hoc ultra quam verum est extulisse mihi videris. Erlingus: itaque eam offer, si vis. Skjalgus: si annuis et coram ipso fateberis, periculum faciam. Erlingus: res tuo, fili, arbitrio geratur, bene enim te velle video. Dein Skjalgus Eindridium conveniens infit: domum te redire pater jubet; bene enim te excipere, et ad gratiam reconciliandam pecunia donare vult. Eindridius: non opus est, ut pecuniam a patre tuo accipiam; tanta enim pecuniæ mihi copia est, quanta mihi meisque satis erit. Skjalgus: ad pecuniam accedere potest res, quæ tibi honori esse poterit; si enim reconciliari vis, potestatem habebis ducendæ Sigridæ, sororis meæ. Eindridius: haud dissimulandum est, hanc mihi ex virginibus Norvegis maxime uxorem placere, neque tamen eam in præsentî petere animus est. Skjalgus: tu vero gravi ira, incensus esse debes, qui optimam conditionem rejicias; verum potestatem ducendæ Sigridæ habebis, etsi eam nuptiis non ambias, pater enim tibi eam ultro offerre vult. Eindridius: hoc permagni momenti est, nemo enim judicare poterit, quanti æstimet, filiam suam cuiquam ultro offerre uxorem; quare nunc nihil cunctatus eum conveniam. Recedunt domum ad villam. Erlingus cum multis hominibus ante fores stabat, et Eindridium exoptatum adesse jussit. Tum Eindridius: an tua verba sunt, Erlinge, quod mihi offeras filiam tuam? Verissime, ait Erlingus. Eindridius: optimo omine hæc verba feceris! hanc conditionem lubens accipio, et omnia, quæ mihi antea displicuerunt, tibi condono. Deinde

sponsalia peraguntur. Neque tamen eo minus Eindrídus domum suam reverti voluit.

Colloquium Einaris et Eindridii.

Cap. 3. Jam Eindridius ire perrexit, donec ad insulam quandam appulit. Hic viderunt naves non pauciores quam triginta, in quibus ingens Draco erat. Heic Eindridius: hos pacati esse animi magnopere optarim. Draconem conspiciens, agnovit patrem celsa puppi sedentem, quem comiter salutavit. Einar ad eum respiciens: cur, inquit, tonsura comæ circulari (tonsura Petri) uteris, ut clerici? haud ego te virum sacri ordinis esse putavi; tu meus filius non es. Cui Eindridius: nosti, pater, eis, qui ferro gestando se præparent et sacro ritu se purgare debeant, comam esse circumcidendam; te vero cognationis necessitudinem renuntiare non fas est. Quid autem sibi volunt ingentes istæ copiæ? Einar: tibi dicam, inquit; etsi illatam tibi ignominiam ulcisci non audeas, tamen induci non possum, ut quietus domi hæream; quandoquidem tu candens ferrum gestavisti et carnem tuam ussisti, facere velim, ut aliqui ex Jadaris incolis, qui quidem nostri inimici sint, frigidum ferrum corpore recipiant: tu vero dissimilis factus es Hakoni, avo tuo materno, et nonnullis ex tuis paternis cognatis, Ketili Hængo et Kveldulvo. Eindridius: nunc iratus es, pater; ego vero et Erlingus in gratiam rediimus, mihi enim pecunia satisfacit. Einar: quid huic rei simile inaudi? corpore suo quæstum facere, ut meretrices, et pecuniam accipere, ut inopes! quod vero ad gestandum ferrum jejuno te præparasti et pecunia corruptrice tibi satisfieri passus es, hoc me ab itinere instituto minime retrahit. Eindridius: itaque plura afferre opus est; potest ad pecuniam accessisse res, quæ mihi majoris momenti esse visa sit: accessit

ad pecuniam Sigrida filia ejus, quam uxorem ducturus sum. Einar: id sane aliquantum habet solatii¹; verum magno eam emisse mihi videris, cum eam ferro gestando tibi conciliaveris; quare hæc reconciliatio nullius pretii mihi videtur, neque ea causa ab instituto itinere revocor. Eindridius: adeo majora opus sunt, atque nescio an aliquid honoris et dignitatis afferre videatur, quod Erlingus filiam suam ultro mihi obtulit. Einar: hoc si verum est, magno tibi honori est, quem non minorem existimo ea contumelia, quam gestando ferro accepisti; tum enim Erlingus in metu fuit, cum filiam suam tibi ultro obtulit; quare his contentus ero. Age, eamus nunc cum his universis copiis; eisque opes nostras ostendamus, ut videant, quantum viribus valeamus. Eindridius: eamus vero. Dein austrum versus secundum litora navigarunt. Skjalgus visis navibus, patrem allocutus: vide, pater, quam præstet, his viris, qui huc navigant, amicis, quam inimicis uti: nunc auctor sum, ut splendido et magnifico apparato convivio eos excipiamus, non enim tibi ad eam rem facultates desunt. Quo probato, obviam Einari ac filio iverunt eosque quam benignissime acceperunt. Dein splendidissimum convivium actum, Eindridio nuptias celebrante. Quo peracto, convivæ cum muneribus dimissi. Einar et Erlingus mutuam depacti amicitiam, digressi sunt. Eindridius uxorem suam domum reduxit, et sorte sua bene contentus vixit.

F. DE THORARINE NEVJULVI FILIO.

Thorarin Nevjulvi filius et vir, nomine Thorstein, Ragnildæ filius, per unam hiemem apud

¹) Legendum putavi *friðindi* pro *fröindi*.

regem Knutum Potentem (una) versati, amici facti erant, mutuamque pacti amicitiam constituerant, ut si eadem in terra essent, uno loco habitarent. Aliquanto post Thorstein navem in Eyafjörðum appulit; ab Gudmundo Potente Mödravallos hospitio iuventus, quid inter se ac Thorarinem convenisset, ostendit; mox ab Einare, fratre Gudmundi, Thveraam cum tribus vectoribus invitatus, iisdem verbis respondit, multis dicentibus, eum, quod ad hospitium attineret, lanam inter capras quærere: Thorarini enim, qui prope ultimos scopulos maritimos in Tjörnesø habitavit, res familiaris annuis sumtibus raro suppeditavit. Thorarin, cognito adventu Thorsteinis, magnum equorum numerum in Eyafjörðum profectus adduxit; erat apud multos homines graciosus. Thorsteinem cum omnibus navis vectoribus, numero octodecim, hospitio invitavit; isque domum cum eo profectus est. Tum Thorarin omnes pecudes, quæ ei erant, mactari iussit, unde factum est provida cura matrisfamilias, ut per hiemem nulla res deesset. Insequenti vere Thorstein ex villico Thorarinis quæsivit, quanto sumtu tot homines, qui ibi hiemem egissent, sustentavisset; ille se putare magno constitisse dixit, et liberalitatem Thorarinis laudavit. Deinde Thorstein tot pecudes, quot mactatæ fuerant, coëmit, ac Thorarini reddidit; matrisfamilias suppellectilem, dimidiam navem Thorarini dedit, rogans, ut secum peregre proficisceretur. Thorarin ei pro muneribus gratias egit. Proxima æstate in Norvegiam trajecerunt. Rex Olavus, ut primum Thorarinem convenit, eum hospitio invitavit; quo se usum Thorarin ostendens, rogavit, ut Thorsteini eodem uti hospitio liceret. Rex significavit, se ac Knutum Potentem nullos quidem interea homines inter se commutasse, audire vero, Thor-

steinem bonum esse virum: putare, e re sua fore, si Thorstein sibi eandem atque Knuto regi fidem præstaret; remque Thorarinis arbitrio permisit. Thorstein Thorarini, oblatum utrisque aulicum hospitium renuntianti: credo, inquit, tibi oblatum fuisse, te vero mihi idem petiisse: præstat, oblato regis Olavi uti hospitio, quam ab aliis regibus petere. Dein rex iis sedem designavit. Helgius ac Thorer nomina erant viris, qui proximi infra Thorarinem sederunt; qui sedibus suis moti, contumelia sibi affecti videbantur. Primo vespere Thorarin exire jussus; jubenti exire nomen erat Bjarnio, qui se nepotem ex sorore Thorarinis professus est, et advenisse facto ad Halogiam naufragio; idem opem Thorarinis imploravit. Huic se Thorarin hospitium apud colonum aliquem conducturum pollicitus est; Bjarnius vero pro necessitudinis ratione conveniens esse existimavit, se atque illum eodem uti hospitio. Thorarin se nullo indicio scire dixit, utrum sibi esset cognatus, an non. Accedentem ad regem protinus sequens Bjarnius vestigiis ejus inhærebat. Thorarin regem de hoc homine certiolem fecit. Rex se putare dixit, hunc ipsi cognatum esse: tu vero (addit) præsta eum non pertinacem futurum. Rex eum in altero scamno sedere jussit, quæ sedes honorifica erat. Bjarnius infra Thorsteinem, pæne ad humeros Helgii consedit. Thorarin significavit, difficilem ei fore in aula mansionem, si se pertinaciter gereret, monuitque, ne quos rumores inter aulicos regios excitaret. Thorstein pauca loquebatur et cum rege adsiduus erat, et item Bjarnius. Procedente hieme cum Bjarnius vespere quadam obdormivisset, omnesque ex aula ad sacra vespertina celebranda exiissent, expectatus somno exsiliit, egressusque per plateam descendit, tenebris jam obortis: vidit [Helgium

et Loptum in tabernula quadam¹ cum sodalibus, lumenque accensum; Helgius se rem tristissimam habere quam nuntiaret, ostendit: proditum esse regem: regem Knutum, insidias ei molitum, Thorsteinem eo consilio in Islandiam misisse, ut Thorarinem ingentibus muneribus datis ad regem decipiendum perduceret, Thorsteinem vero subornatum, ut eum telo conficeret; Thorarinem ad hoc facinus perductum esse accepta ab Knuto armilla, quam sinistro brachio occulte gerat, datam vero ab rege Olave dextro brachio palam gerere, omnibus conspicuam. Bjarnius ad sacra vespertina concessit, rem celans. Helgius ac Thorer vespere cibum non² sumebant; quærente rege, an morbo laborarent, Helgius ipsos acriori quam morbi dolore pungi, neque rem nisi postredie in consilio aperturos dixit; atque tunc hæc omnia regi aperuerunt: ille se crediturum negavit, antequam de armilla ab Knuto data explorasset. Rex Olavus cum lavatum ivisset, manicam Thorarinis contrectans, sensit auream armillam, uti dixerat Helgius, sub manica indusii latere, iratusque quæsivit, unde ea armilla venisset. Thorarin, ut res erat, fassus est, Knuti regis fuisse, eumque sibi dono dedisse. Rex quæsivit: cur eam tam occulte geris, alioque modo, quam illam, quam tibi dedi? Thorarin respondit: ideo hanc occulte et sinistro brachio gero, domine, quod dator³ muneris præsens non adest, hanc vero auream armillam, quam mihi dedit rex illustrissimus, cui nunc apparemus,

¹) *Helga ok Lopt í skemmu einni*, puto legendum: *Helga ok Þóri í Loptskemmu einni*, Helgium ac Thorerem in aliqua taberna, in qua cœnaculum erat. ²) *ekla*, mihi h. l. vox dubia; malo *ekki*. ³) *munurinn*] verti ex conjectura, cum scriptio sit suspecta; malle *maðrinn* vel *vinrinn*; debuerat saltem esse *munrinn*.

dextro brachio gerò. Rex iis, quæ Thorarin dixit præbere aures noluit, eosque omnes, Thorarinem, Thorsteinem ac Bjarnium, comprehendi et in carcerem conjici jussit, perduelles eos appellans. Hæc res multis hominibus magnum dolorem attulit. Episcopus cum eos adisset, peccata confitentes auditurus, regi confirmavit, proditionis innocentes esse, petens, ut hujus rei causa ferri gestandi experimentum fieret, Dei enim esse, utri vera dicerent judicare. Impetratum, ut ratio ferri gestandi episcopo committeretur. Bjarnius ferrum fortiter et ut vir gestavit; cum vero vis experimenti spectaretur, pustula in manu Bjarnii deprehensa est: rex eum ustum declaravit; episcopo vero nihil certi definiente, Thorarin inspicere jussus: quamvis Bjarnium crimine non purum declares, inquit, eorum, quæ nobis imputas, haudquaquam rei sumus. Thorstein, ab rege jussus inspicere, cum manum spectaret: sic quoque ibi est, inquit. Rex excipiens: cur ita dicis? Thorsteine, suspendium causis afferendis nimis diu differri, causante, rex tantillum interponi moræ permisit.

Narratio Thorsteinis.

Thorstein ab his principiis rem orsus est: patri meo nomen erat Rigardus, matri Ragnilda, amplo genere ortis; cum pater me puero obiisset, mater viro, cui nomen Thrandus, nupsit. Horum filii, Björne ac Thrandus, non multo me ætate inferiores. Björne haud multo post mortuo, Ragnilda in Svethiam ad suos concessit. Thrandus vero relictum a patre prædium incoluit. Ego navigationibus operam dedi, regiones orientales accessi et Jorsalos usque profectus sum. Hic cum baptizatus essem, boream versus in Svethiam reversus, matrem meam vera religione imbuere studui, quod cum recusaret, quæstus gnati sui

jacturam fecisse, quod novam religionem accepissem, ea tandem lege gratiam inter nos reconciliavimus, ut qui potentiores deos haberet, hunc alter imitaretur ad hujusque voluntatem se conformaret. Dein dii matris sub dio in orbem positi, splendideque ornati: horum potentissimi generibus ferrum candens injectum: quo facto alii ex aliis flamma hausti et in frigidos cineres versi. Mox idem ferrum igni injectum candensque factum: quod novem pedes, more christianorum hominum, gestavi, idque non consecratum, nullisque presentibus clericis. Tribus noctibus elapsis manus detecta; tertia vero nocte per quietem vidi hominem, lucida facie, qui ad me accedens, meam quidem audaciam castigavit, prædixit vero, me fructum pietatis percepturum, quod matrem vera religione imbuissem, manum enim detectam altera integra pulcriorem futuram: me jubens hanc manum chirotheca tectam habere, neque suam gloriam celebrare (miracula edendi virtutem ostentare); fore, ut pœnas hac in vita darem, apud regem aliquem delatus, quo facto, si vita mea ageretur, manum ostenderem. Ubi vero manus detecta est, pars volæ, ubi ferrum jacuerat, aureo numulo similis erat, rubro orbe circumdata, carne quam aliis partibus eminentiore. Quo miraculo perducti, mater omnesque amici christianam religionem amplexi sunt. Ego vero nondum manum meam ostendi. Quo dicto, detracta chirotheca manum ostendit, se opinari dicens, Bjarnium eandem ferme, quam se, pœnam temere suscepti experimenti luiturum fuisse, nisi hoc miraculum in eo editum esset. Hinc sedata regis ira, cum rex episcopusque ex Bjarnio exquirerent, cujus delicti pœnam daturus fuisset, exposuit, quos dolos audivisset et celasset, addens Thorarinem vetuisse, ne quam rem moveret rumoreve

in aula regis spargeret. His cognitis Helgius ac Thorer comprehensi, vincti et ad verum expromendum torti, de calumnia fassi sunt. Placuit regi, ut Thorarin pœnam iis decerneret, illique capite plecterentur; Thorarin vero eos exilio omnibusque fere bonis multavit, cognitionem veri regiae fortunæ adscribens. Omni reliquo tempore Thorarin apud regem Olavum versatus est, atque cum eo occubuit.

G. MEMBRUM HISTORICUM DE EGILE HALLI ET TOVIO VALGÖTI FILIIS.

De Valgöto dynasta.

Valgötus nomen erat dynastæ potenti, qui Gothiæ imperavit; ei filius erat, nomine Tovius, pulchra forma et indole heroica, qui ad regem Olavum Tryggvii filium profectus suscepto baptismo apud eum versatus est. Quare Valgötus magnam sibi factam contumeliam arbitratus, nunquam exinde oculis eum adspicere voluit. Tovius, qui navigationibus mercatoriis diu operam dedit, æstate quadam navi in Hornafjörðum appulsa, Hovum ad hiemandum concessit. Hic Egil Halli filius habitavit, cujus uxor erat Thorlöga, filia Thorgerda. Egil ex Thorlöga quæsivit, qui esset rei suæ familiaris status. Ea se non dubitare dixit, quin rem domesticam et familiarem tueri et conservare possent. Cui Egil: vulgaris sermo est, nos utrosque tuendarum facultatum minus peritos esse; quare cum rem familiarem conservari posse desperem, proximo vere statui peregre cum Tovio proficisci. Sic fecerunt et prospera navigatione usi sunt. Tovius et Egil extemplo regem

convenerunt, qui utrumque hospitio aulico invitavit, Thorlögæ vero, quod Thorgerda adhuc parva natu erat, domum conduxit.

De Egile Halli filio.

Cap. 2. Ea hieme¹ Egil Halli filius apud Olavum regem versabatur, magno honore habitus; exigua vero parte hiemis elapsa, eum tristitia cepit. Tovius ex rege quæsit, an tristitiam ejus animadverteret, causam afferens, quod uxor et filia ejus alio loco essent: quare velim huc concederent. Quod rex permisit. Egil omnibus aulicis bene probatus est. Filiam ejus Thorgerdam tum octavum annum agentem Tovius ad regem duxit, et ab eo petivit, ut aliqua memorabilia verba de ea eloqueretur, quo pluris eam facerent aulici. Hæc rex: bonis eam verbis compellere juvat, nam ex ea ejusque prole magnos et diuturnos fructus Islandi ferent. Quod effatum regis eventus comprobavit, nam Thorgerda Egilis filia fuit mater episcopi Jonis Sancti. Tovius regi significavit, se atque Egilem consortium inter se fecisse et in Angliam mercatum proficisci statuisse. Quod non permittens rex, eos sibi comites esse jussit, si in Daniam proficisceretur. Cui regis jusso parendum erat. Ita hæc hiems exiit.

Vincti ab Egile et Tovio dimissi.

Cap. 3. Cum rex Olavus, eo loco² moratus, colloquia et conventus cum suis haberet, accidit una nocte, qua Egil Halli filius et Tovius Valgöti, supra memorati, excubias in nave regia agerent, ut excubantes audirent lamentationem et ejulatum captivorum, qui noctu in terra vincti tenebantur: quorum maxima pars erant pueri duodecim annorum et anniculi infantes ætateque

¹) nempe 1025—26, vide supra Vol. 4. cap. 126. ²) vide l. c. cap. 152 et 153.

intermedia, aliique hostium consanguinei et intimi amici; quod eo consilio factum fuerat, ut ab suis pecunia redimerentur. Tovius victorum clamore se pertæsum testatus, Egilem hortatus est, ut secum iret, vinctos solveret, et quo velent dimitteret. Egil se opinari dixit, jussum regis haud impune violaturos. Iverunt tamen et captivorum vincula dissecuerunt, omnesque dimiserunt. Quod factum gravem offensionem apud milites habuit, rex vero tanta ira est incensus, ut res periculo non careret; is fatus est: et hi sibi magni videntur, et sunt, qui mea consilia pro nihilo habeant; neque scio, quando tantundem pecuniæ nobis accedere faciant, quantum decedere fecerunt; jam extemplo nos hinc auferamus. Mane sequenti, cum parati erant, pontibus in navem retractis, homo aliquis ex terra clamavit, vecturam poscens, quem, cum minus notabilis ipsis videretur, neglexerunt. Homo petivit, ut præaltam quandam rupem præterlegentes reciperent se, atque ipse eo se contulit; sed receptus non est. Tunc ille prunas, pulverem emittentes, in regiam navem coniecit, quo facto morbus, dolor cordis, milites invasit, in quo duos dies (cum noctibus) aut unum cubuere. Hoc morbo Egil correptus est; qui Tovio, quo morbo laboraret, quærenti, se quo ceteri omnes tentarentur morbo correptum dixit. Tovius significavit, morbum ejus magnum habere incommodum. Habet sane, inquit Egil, vereor enim, ne Dei regisque ira inter se conspirent, hoc vero me maxime angit, quod in offensionem regis incurri: petiitque, ut se cum rege conciliare tentaret. Etsi neque meæ facultatis res est, inquit Tovius, neque idoneus sum, qui regem conveniam, cum eodem quo tu crimine tenear, tamen ibo. Cum vero causam Egilis apud regem ora-

ret, rex eum ne adspicere quidem dignatus est. Qua de re cum Egilem certiozem fecisset, hic: si iterum, inquit, regem adis, rem gravioris momenti visum iri arbitror. Tovius rediit et de langvove Egilis mentionem fecit. Rex eum vultu minarum pleno intuitus est, ut adstantes intercurrerent. Tovius rem Egili exposuit. Cui Egil respondit ac dixit, se quodque negotium cum fide curatum arbitrari, si ter tentatum esset. At ego tentasse mihi videor, ait Tovius. Id quidem verum est, ait Egil sed ægroti cujusque animus minus attentus est. Tum ad Finnum Arnii filium misit, ut negotium suum apud regem ageret. Ille extemplo regem adiit, et quæsit, an infirmitatem Egilis cognovisset. Rex se cognovisse dixit. Finnus: an audisti, eum fortius quam alios homines morbum ferre? non ingemit, ut alii homines, qui eadem vi morbi tentati exclamant. Ita est, ait rex. Finnus: male te habet, credo, valetudo Egilis. Male sane, ait rex, idque tantopere, ut eum revalescere optem, ut causam, quæ nos intercedit, in Norvegia peragere possimus. Finnus: nunc iratus es, domine, idque maxime eo consilio, ne quid contra voluntatem tuam faciamus; hæc autem serio non dixi, nobis enim præcipis, ut iram celeriter deponamus, quod tibi placere confirmas: quare speramus, fore ut iram in nos celeriter deponas, sæpe enim tua causa caput periculis offerimus, pro quo multiplicia abs te præmia exspectamus. Finnus regem prehensa dextra secum ad Egilem duxit, invitum tamen. Rex ab Egile quæsit, an nuntium ad se misisset. Egil verum esse confirmavit. Rex: quid me vis? Egil: me tecum, domine, in gratiam reducere, et Tovium Valgöti filium, qui invitus contra tuam voluntatem fecit. Rex: lingvæ usus tibi officit, quare pauca de hac re

loqui præstat, neque enim te, neque illum in gratiam reducere poteris. Egil: peto abs te, ut Thorlögæ, uxori meæ, si moriar, prospicias. Rex: feminis ægre facere non soleo; si vero rem majoris momenti non habes, de qua mecum agas, abibo. Egil regem oravit, ut sedem doloris contrectaret, se enim, si id extremo vitæ suæ tempore faceret, memoria facilius retenturum. Rex se nec medicum esse, nec quemquam ei impatientiam objicere dixit. Tum Finnus: Egil honorificentissimam tui mentionem fecit, dixit enim se opinari, tuam voluntatem cum Dei conspirare; memento, cujus Egilem accuses, qui præcedenti nocte ter surgens, madido sudario oculos tibi abstergeris, paratus ad dimittendos captivos, quos dimisisses, si minus odii inter te ac regem Knutum intercessisset: atque vestra causa multis multa mala ferenda sunt. Egil te benevolentia æquavit, animi fortitudine omnes alios homines superavit. His dictis rex latus Egilis contrectavit, quo facto omnis dolor extemplo extinctus est. Ex hoc evento de Egile ac rege in gratiam reconciliandis amplius tentatum est. Postea nunquam morbus vi magica effectus copias Olavi invasit. Sunt qui dicant, hominem aliquem Finnicæ gentis ab rege Knuto mercede conductum, ut exercitum Norvegorum arte magica perderet. Cum rex Olavus, a Knuto pulsus, iter in Norvegiam pararet, Egil ac Finnus apud regem pro Tovio intercesserunt, ei pacem petierunt, pecuniamque ad gratiam reconciliandam obtulerunt. Rex tandem exoratus infit: mittere vos decrevi, ut Valgötum ad me reducat, quod nisi ipso volente perficere non poteritis. Egil spatium trium noctium, quo quiesceret a morbo, expetivit; quo tempore ei opus esse rex judicavit. Deinde iter ingressi sunt, et vesperascente die ad Valgötum, quo tempore

mensæ removebantur, venerunt. Valgötus Tovium humaniter excepit, eique se totam Gothiam et dynastæ dignitatem daturum, et ubi pecunias gentilitias terra oculuisset, indicaturum, pollicitus est, si religionem, qua accepta omnes consangvineos dehonestasset, repudiaret. Tovius ad hæc: non ita res comparata est; ego enim ac Egil in offensionem regis Olavi incurrimus, mihi vero ita demum regis gratia reconciliari potest, si in congressum ejus venis, utcunque negotium inter te et illum cedit. Sin vero eum adire non velis, honoris et pacis expers ero; majoris enim momenti est, ira et fortuna regis, quam Gothia tuæque omnes fortunæ. Valgötus, qui se jacturam filii fecisse existimaret, eum a vero multum aberrare dixit, si putaret, se in congressum ejus hominis venturum, qui hoc effecisset: nihil sibi esse negotii, de quo aut apud eum aut regem ageret, neque adeo esse, cur quisquam metueret fortitudinem suam, senis decrepiti. Quo dicto cum Egil multa de moribus regis Olavi disseruisset, Valgötus se nugas istas audire posse negavit, atque eos ad tabernam aliquam, sejunctam ab ædibus, duci jussit. Solis una dormire et cibum capere, pergratum erat. Valgötus, somno interrupto, ex uxore quæsivit, an sibi proficiscendum putaret. Ea rem ipsius arbitrio permisit. Ille se quoque, quicquid ea diceret, pro nihilo habiturum declaravit; proficisci statuisse; ægre ferre, Tovium nihil ad gloriam proficere; nescire, quid regis moribus inesset, tota Gothia præstantius. Videor mihi, inquit ea, ad voluntatem Tovii verba facere, quando regem Olavum ejusque mores et religionem laudo. Valgötus se nulla nova instituta adsciturum, etsi proficisceretur, declarans, annulum aureum ei dedit, qui signo esset, si ipse baptismum subiret, ei sic quoque faciendum esse,

omnibusque, quos auctoritate sua permovere posset, modo hoc insigne ad eam perlatum esset; si vero se interfectum fama cognovisset, primo parentalia celebraret, deinde, rogo exstructo, quod posset omnium rerum mobilium cremaret, denique ipsa rogam conscenderet. Mane sequentis diei Valgötus ad tabernam, in qua Tovius et Egil quieverant, accessit, eosque morari vetuit, si vellent se atque regem uno loco conspiciere. Dein ad regem profecti, eum mensis accumbentem adierunt. Rex Valgötum prior salutavit; ille tardius respondens interrogavit, an nuntium sibi misisset, item an suus ad eum adventus Tovium ei foret reconciliaturus, aut an hoc præstare vellet. Rex sibi moris esse, fidem præstare, dixit. Tum Valgötus, rege salvere jusso, abire voluit. Rex eum retineri jussit, eumque religionem docere cœpit. Valgötus se talia sæpe audisse significavit, neque quicquam profutura, se domos ac mobilia comburi jussisse, prædia vero nec deuri posse, nec subverti. Rex Tovio mandavit, ut eum educeret. Exierunt et in locum aliquem sylva vacuum venerunt. Hic Valgötus obdormivit, somno vero experrectus Tovium misit, ut regem arcesseret; qui continuo adfuit. Valgötus se morbo correptum ait, audisse vero regem ac deum, in quem credat, homines morbo liberare, morbosque, si vellent, hominibus immittere; hinc se, sive convalesceret sive moreretur, ei imputaturum. Velle, si regi placeret, baptismum suscipere (eam enim rem haudquaquam sibi magnæ molis videri), novamque religionem exinde observare, ea tamen solum conditione, ut rex se eo loco sepelire vellet, quo loco maxime vetuisset; adtributurum pecunias, ut eo loco templum et magnifica villa exstrueretur, nulli enim sibi honori es-

se eo loco defodi, quo loco multi alii ignobiles homines humati fuerint; satis sibi virium superesse, ut domum contenderet, si rex ad hanc conditionem descendere nollet. Rex conditionem lubens accepit. Dein, rege et Valgöto curantibus, templum et magnifica villa eo loco exstructa, ibique Valgötus, quoad vixit, degebat. Qui cum mortem obiisset, ad templum, quod ipse faciendum curaverat, humatus est. Tovius anulum aureum recepit, et in Gothiam profectus est, virosque prædiis suis, dum cum rege versabatur, præfecit. Mater ejus omnesque, ad quos Valgötus miserat, se baptizari passi sunt. Tovius plurimum apud regem Olavum versabatur, et cum eo Stiklastadis occubuit. Egil in Islandiam reversus est, et vir illustrissimus erat; filio suo nomen Tovii indidit, qui pater Thordisæ fuit.

H. MEMBRUM HISTORICUM DE RÖDULVO ET FILIIS EJUS.

Rödulvus¹ nomen erat viro, in ista valle² habitanti: uxori ejus nomen erat Ragnilda, filiis Dagus et Sigurdus, qui optimæ spei juvenes erant. His demandatum fuerat, ut nomine incolarum Vallium Orientalium criminibus istis responderent, culpamque ab eis amoverent. Björn, cui suspicione non carere visi sunt, quod et splendore armorum et jactantia verborum se insolentius efferrent, orationem adversus eos convertit,

¹) Rödus, *B, H, K, S*; Ulvus, *D, F*. ²) Vallibus Orientalibus, *D, H*.

eosque ista fecisse, haud vero esse absimile significavit. Ille factum ab se infitias iverunt; atque sic concio discessit. Paulo post rex Olavus cum suis ad Björnem procuratorem venit ibique convivio exceptus est; tum crimina, antea in eos jactata, ad regem delata sunt, profitente Björne, vero sibi simillimum videri, Rödi filios hujus facinoris auctores esse. Mox Rödi filii arcessiti. Qui ut regem convenerunt, hic eos furum haud similes esse dixit, de criminibus eos excusavit, seque putare eos hac culpa vacare professus est. Rödus¹ alio nomine Thorolvus² nominatus est; ei villa erat magnifica; idem in his vallibus summæ erat auctoritatis; ipse ac filii omnes villæ domos, quæ quidem maximo artificio exstructæ essent, ædificaverant. Postea Rödulvus filios ad regem Olavum misit, atque eum ad se invitavit ad convivium. Vesperascente jam die, rex duabus hominum centuriis stipatus ad Rödum venit; hic alta beneque juncta septa vidit; ubi ad portam ventum, aperta quidem erat, bene tamen adornata, janua ferreis cardinibus se movente, qua clausa locus intrari haud facile potuit. Ut rex equo per portam invehebatur, præsens ibi adstitit Rödus cum filiis magnaue hominum multitudine, qui regem comitesque honorifice salutavit. Ubi equis descensum erat, rex patremfamilias interrogavit: an pulcra hæcce domus, quam in area ista video, templum est. Herus respondit: hæc et taberna mea dormitoria, hac æstate exstructa, nunc primum absoluta. Summa pars hujus ædis scandulis erat tecta: scandulæ recens erant impositæ, tectumque recens picatum. Inde ad triclinium se contulerunt, quam ædem satis magnam, tabulis tectam et picatam rex animadvertit.

¹) Ulvus, D. ²) Rödus, D.

In hac area rex multas domos, magnas parvasque, conspexit, quæ omnes erant scite fabricatæ. Interroganti, an templum in area esset; herus respondit: nullus huc ante episcopus venit, quam nunc tecum. Dein episcopus, tabernaculo in area ante triclinium poni jusso, sacra vespertina peragit. Quibus, cum in exitu dies esset, peractis, rex ad triclinium accessit, luminibus ipsi prælatis. Ingressi, singula bene præparata repererunt. Rex in celsa sede consedit, episcopus juxta eum a dextra, regina a sinistra, inde proxime ab ea matronæ honoratiores ordine sederunt. Björn aulæmagister in scamno inferiori adversus regem sedebat, aulicis ab utroque latere collocatis. Proximus ad episcopum sedit Finus Arnii, dein Kalvus¹ frater ejus, dein Thorbergus² Arnii, dein Arnbjörn Arnii, dein Kolbjörn Arnii, dein Arnus Arnii: qui omnes fratres præfecti erant regis Olavi. Ceterisque omnibus regis comitibus per sedilia dispositis, totum triclinium proxime ad ipsos parietes convivis erat frequentatum, domestici vero et convivæ antea invitati sellas et sedilia anteriora³ occupabant; paterfamilias Rödulvus in sella sedebat, quæ ante præfectos stabat. Convivium erat splendidissimum, vario genere positionis lautisque dapibus apparatus: Rödi filii cibos ministrabant et omnia quam decentissime adornabant. Rex hilarem se præbuit, mirifice delectatus ea solertia et elegantia, qua omnia erant parata, eaque liberalitate, qua instructum erat convivium, et magnificentia, qua singula peragebantur⁴. Colloquium cum Rödö serens, brevi intellexit, in loquendo cordatum⁵ et exi-

¹) Thorbergus, H. ²) Kalvus, H. ³) *forsæti*] *flota*, ceteri; obscure. ⁴) Hic inserunt B, D, H, quæ de genere Rödi ad finem hujus membri referuntur. ⁵) disertum, F.

mia intelligentia esse. Unde per totum triclinium magna exstitit hilaritas. Ulvus¹ de multis rebus vulgo ignotis ab rege interrogatus, habuit, quod ad singula responderet. Quorum quædam ipsi regi ante notum erat, ita se habere, quædam ignota, ita ut nesciret; de omnibus vero, quæ ipsi nota erant, Ulvus verissime judicavit; unde factum est, ut rex dictis ejus fidem adhiberet; Ulvus autem nullam ad rem respondebat ultra quam rex quærebat. De futuris, quomodo evenitura forent, ab rege interrogatus, pleraque aliquatenus expedit. Hic rex: an vates es, Ulve? Ille: ego vero minime, domine. Rex: cur itaque ea nosti, quæ nondum evenerunt? Ulvus: ne fidem adhibeas multa tecum nuganti, quippe qui ad quæstiones tuas tacere nolim, etsi talia non certe sciam. Rex; animum nonnihil attendens, intelligo, te nullam rem, ultra quam scire videaris, explicare; dic age, cur futura præscias, cum vates non sis: novi enim te bene christianum esse, ut vero simile non sit, te artem magicam ad talia adhibere. Cui Ulvus: alia ex ventis², alia ex sideribus, sole, luna aut stellis, alia ex somniis observo. De horum quolibet rege interrogante, Ulvus omnes quæstiones ejus ita explicabat, ut responsis bene contentus esset; plurimum vero ac diligentissime de ratione somniorum disserebant: ecquid consilii dare potes, ait rex, ut, quæ maxime scire cupiam, per quietem mihi aliquantum innotescant? Ulvus: nihil te docere possum, domine, omnia enim antea nosti, multoque melius calles, quam ego: facio autem interdum, cum veritatem magnarum rerum scire per somnum cupio, ut novis stragulis sumtis, novum lectum, novo loco positum, conscendam, quo loco, quibus stragulis, quo lecto, quaque domo ne-

¹) Rödus, *cet.* ²) Hoc loco incipit *E.*

mo antea dormiverit. Ea, quæ tunc somnio, pro veris habeo, eademque ita puto eventura, ut tunc somnia interpretari potuero.

Rex Olavus Ulvum de artibus, quas callet, interrogavit.

Cap. 2. Rex quæsivit: quam artem optime calles, Ulve? inquit; video te multarum rerum esse bene peritum. Ulvus, se nihil quidem artium peritia valere fatens: tamen, inquit, si quid profitendum est, potissimum opinor me posse somnia, prout eventura sint, interpretari. Rex: an filios omnes quas calles artes docuisti? Ulvus: hoc ipsos interroga. Mox accitis filiis, rex: Ulvus, pater vester, mihi vir prudens et multarum rerum sciens videtur; vosne omnes, quas callet, artes didicistis? Sigurdus, natu major, respondit: tantum abest, ut omnes artes ejus calleam, ut unam illam, quam me ex multis, quas callet, artibus edocuit, non æque calleam atque ille. Rex: quænam hæc est? Sigurdus: cursum siderum, solis ac lunæ dignoscere, omnium, quæ videam, siderum cursum nosse, stellasque, quæ horas definiant, internoscere, item diei noctisque longitudinem omniumque horarum rationem, quamvis nulla sidera conspiciam, scire. Rex: hæc magni momenti ars est. Dagus inquit: unam ego artem didici, quæ mentione digna videtur, et tamen hanc pater multo melius callet. Rex, quænam ea esset, quæsivit. Dagus: si cujus oculos diligenter intuitus fuero, omnesque ejus gestus et vultum notavero, hujus mores qui sint intelligam, virtutesque ac vitia novero. Rex: hoc subtile oculorum judicium est; si ita est, ut dicis, quod mox experiri potero. His dictis rex episcopo: mea quidem sententia ad eum columnam nunc venimus, cui parem scientiis et artibus, quas ipse filiive callent, haud facile inven-

turos opinor, quamvis viros adeo lectos habere mihi videar, ut in Norvegia non reperiantur, qui his, qui nunc mecum sunt, artium peritia præstent, et tamen nos existimo plurimis in rebus huic colono filiisque inferiores esse; quam autem artem profiteri vis, domine episcope, cui te maxime parem existimes? Episcopus respondit: si quid profitendum erit, hanc artem profitebor, quod per totos duodecim menses omnès sacras formulas, quæ quidem opus sunt, nullo adhibito libro, recitabo. Hæc ars, ait rex, in suo genere eximia est¹. Tum episcopus: nunc audire libet, quam tu, rex, artem profitearis. Cui rex: hanc in primis artem profiteor, quod si quem semel videro atque diligenter notare voluero, hunc ego postea, quantovis elapso temporis spatio, agnoscam. Episcopus: hæc ars magnæ est intelligentiæ. Rex: hæc oblectatio, quam incepimus, latius per triclinium procedat; dic age, Kalve Arnii fili, qua in arte præstare tibi videare. Ille: iram, quantumvis temporis ea gerenda mihi sit, non concoquam. Rex porro: Finne, inquit, tibi quoque tuæ artes edendæ. Finnus respondet²: hanc artem profiteor, quod dominum meum in quantovis periculo constitutus non deseram, dum se tueri velit et superstes sit. Rex: credibile est, te hoc fideliter præstiturum. Idem porro: audire libet, quid tu Thorberge, hac in re sentias. Ille: puto me neque fidem domino datam, neque jusjurandum violaturum. Rex: hæc magni momenti res est, et tamen perquam credibile est, talem virum, qualem te, hoc fideliter præstiturum; sed fidem mihi datam nunc fallunt, quos paulo antea id facturos non spera-

¹) tibi que decens, domine, add. *B, H*; tibi conveniens, *D*.

²) nemo, domine, quod non est, profiteri potest. Rex: eade aliquam, add. *B, F, H*.

veram. Mox rex Arnbjörni: quam artem optime calles? Erat Arnbjörn magni roboris; is locutus est: dicam, quod forte verum non est, quod mihi videor artis sagittandi bene peritus, neque puto arcum in Norvegia inveniri, cui utendo impar sim. Rex ita esse affirmavit. Dein rex Kolbjörnem¹ interrogavit, quænam artes essent, quibus maxime præstare sibi videretur. Kolbjörn respondet: hæ sunt artes, quarum omnium æque peritus mihi videor, quamvis in nulla excellam: certo ictu jaculandi, tabulis cursoriis labendi et natandi. Rex confirmavit, eum non majora sibi attribuere, quam præstare posset: harum enim artium, inquit, æque peritus es, ac qui optime ex viris æquo robore præditis. Tum rex ex Arnio quæsivit, quam artem profiteri vellet. Arnio: si celoce mea vectus secundum litora vela faciens, ad clavum sedeo, nulla² celox vigintitransra nec me velis præcurret, nec cursu ita certabit, ut prior vela demittere velim. Rex neminem ei hanc laudem detracturum dixit, neque posse quenquam melius quam ipsum extrema velificationis³ momenta observare. Rex Björnem aulæmagistrum interrogavit, quam artem se optime callere putaret. Hoc potissimum est, quod memorem, inquit, quod si in comitiis verba aut mandata regis aut domini mei eloquar, nemo tam potens orationem meam audiet, ut ea de causa voce remissiore aut magis tremula usus sim, sive illa placeat sive minus. Rex: ego vero credo, inquit, ex quo in comitiis Uppsalensibus fuisti atque ibi orationem habuisti, stomachumque regi Olavo Sveco movisti; nam etiam ad hoc plerisque animus defuisset. Post hæc ex

¹) Kolbeinem, h. l. L. ²) æque magna, add. B, F, H; h. l. incipit fragmentum I. ³) summi discriminis, B, D, I; hic lacuna incipit in E.

reliquis bini inter se collocti, suas artes enumerabant, magna convivantium hilaritate. Quibus peractis rex cubitum concessit.

Cap. 3. Rödus paterfamilias regem ad novam illam tabernam deduxit, quam vesperi visam templum esse putaverat. Erat aër tranquillus, cœlumque serenum, ut nihil nisi sudum conspici posset. Rex Sigurdum, filium familias, interrogavit: qui cœli status cras erit? Ninget, inquit. Hoc mihi vero absimile videtur, ait rex. Deinde ad lectum se contulit, qui optime erat adornatus. Ingrediēti tabernam dormitoriam ardens candela prælata est. In porticu circumspiciens cum situm domus contemplaretur, illico intellexit structuram ejus rotundam esse. Domum ingrediens, intra porticum vidit tabulatum ligneam domum ambiens¹; erant e taberna quatuor exitus, pari intervallo; in parte exteriori secundum parietes [erant altæ columnæ, juxta quas lecti erant, perquam magnifice adornati, aulæis, ubicunque ornamēto esse possent, adhibitis; in hac quoque parte domus erecta erant in orbem² alta crassaque tigna, quibus camera tecti, quod totum erat pictum et coloratum³, innitebatur; hæc tigna tabulis erant juncta; in quovis quadrante hujus domus partis viginti homines commode cubare potuerunt, in taberna exteriori quadraginta, in qua aulicis regiis locus adsignatus est. In media domo suggestus erat amplus⁴ et rotundus, e ligno factus, gradibus circa positus ad ascendendum; in summo suggestu erat amplus lectus, maximo artificio fabricatus. Pleraque tigna tornis erant tornata⁵ totaque picta et multis locis auro distincta. Exstabant ex co-

¹) Sic cet.: per transversam domum, L. ²) viginti, add. cet. ³) punctis notatum, F. ⁴) positus, F. ⁵) facta, B, H; omitt. I; pl. tigna arata aut ferrata erant, F.

lumnis angularibus laminæ ferreæ, magnis capitulis ornatae, ære¹ factæ et deauratæ, prominabant vero ex columnis angularibus laminæ ferreæ, ex quibus candelabra exstabant, quibus impositæ erant candelæ² cum tribus brachiis. Ulvus regem jussit lectum eo loco stratum conscendere, si quid per somnia exquirere vellet, reginæ instanti nocte in alio lecto dormiendum esse. Rex dicto ejus paruit, vestibus se exiit, lectum conscendit, et quieti se tradidit. Vidit, episcopo et clericis locum adsignatum esse a dextra in membro³ interiori⁴; regina matronæque aulicæ a sinistra quiescebant: Kalvus [et Arnbjörn⁵ [et Kolbjörn⁶, Arnii filii, horumque comites, in quadrante domus, quæ a superiori parte lecti erat, cubuerunt. Finus, Thorbergus et Arnus⁷, eorumque comites, a parte lecti inferiore⁸.

De visione et cogitatione regis Olavi.

Cap. 4. Rex Olavus, uti solebat, multum noctis vigilabat: primo sacras preces recitabat, deinde multa animo volvebat. Suspiciens in lacunari depictum vidit ipsum Deum ejusque potentia circulum*), supraque cohortes angelorum ejus, insuperque⁹ vastum¹⁰ cœlum, quod omnes aëris regiones circumdat, præterea notata erant sidera, infraque nubes ac venti multæque aves, infimo vero loco¹¹ terra cum herbis et arboribus, multa animalium genera, mare et lacus, magna- que animalium marinorum varietas. In lacunari

¹) Sic *cet.*; bene, *L.* ²) candelæ portatiles, *I.*; circumcirca magna funalia, *D.*; altæ candelæ, *F, H, I.*; locus sanus non videtur; *ut ur pro upp af* habet rectissime *M* (c: extendebantur v. ex etc.). ³) loco, *H, I.* ⁴) exteriori, *B, H, I.*; austrum spectante, *D.* ⁵) omitt. *D.*; et Arnus, add. *L.*, prave. ⁶) Sic *cet.*; Kolbein, *F, L.* ⁷) Arnbjörn, *D.* ⁸) = signo [add. *cet.*; omitt. *L.* ⁹) c: nimbium, majestatis divinæ symbolum.

¹⁰) infra, *cet.* ¹¹) omitt. *cet.* ¹²) aves, add. *L.*

exteriori, extra columnas, res antiquæ et historiæ de illustribus regibus descriptæ erant; quas rex diu spectavit. Cum vero has res diu animo perpendisset, una erat res, quæ præ ceteris miraculo esset, quod ei lectus, in quo jacebat, circumagi visus est. Dein oppressus somno, aliquamdiu dormivit. Experrectus, quæ somniaverat, animo perpendebat. Mox lucescente die episcopus surrexit, sacra celebraturus. Rex vestibus se induit, ad cantum antelucanum se contulit, et cum sacris matutinis interfuisset, admissione data, Rödum patremfamilias arcessivit eique somnium retulit; quo facto: peractis sacris antemeridianis, inquit, mihi dicito, quid somnium istud¹ sibi velit. Cui Ulvus: memorabile, ut mihi quidem videtur, hoc somnium est, quod quantum potero, interpretabor; oro autem, domine, si qua in re meum ingenium sufficere non videatur, putesque somnium aliud significare, quam quo mea spectet interpretatio, meæ inopiæ ut subvenias.

Rex Olavus Dagum ad se vocavit.

Cap. 5. Aër erat spissus et nivalis, ut prædixerat Sigurdus². Rex, advocatis Dago et Sigurdo, filiis familias, aliquem exire et cœli statum explorare jussit; qui cum totum cœlum nubibus obtectum animadverteret, rex Sigurdum, quousque sol processisset, edicere jussit. Quod cum hic exacte definivisset, rex lapidem solarem sumpsit, quo sublato animadvertit, radios e lapide refractos cum loco a Sigurdo definito respondere. [Rex Dagum interrogavit: quo indolis vitio me laborare sentis? Ille: hoc animadvertere non possum, domine; nam etsi aliquid de vulgo hominum nuger, hoc aliud quid est; sed deest mihi ad hanc rem sapientia et intelligentia,

¹) h. l. fragmentum *I* excipit. ²) Dagus, *L.*

atque existimo, pauca esse quibus indoles tua culpari possit. Rex: dic age, jam detrectandi locus non est. Cui Dagus: hoc itaque, quod multis accidit, [amor mulierum¹. Rex: recte dicis, sane tu et pater plerosque homines sapientia et prudentia longe præstatis². Quo dicto rex ad rem divinam celebrandam concessit.

Rex in cœnaculum rediit.

Cap. 6. Peracta re divina, rex eum episcopo, regina et præfectis in curiam concessit; aderat quoque Rödus cum filiis. Heic rex Ulvo: an re vera sic erat, ut mihi præcedenti nocte visum est, lectum, in quo dormivi, aut domum circumagi. Cui Ulvus: ea causa sic fabricatus erat, domine, ut semper solem adspiceres, somniumque tuum omnisque actio et sciendi cupiditas secundo sole procederent (prosperè succederent). Rex: jam velim, Ulve, somnium mihi referas, quidque significet, ostendas. Ulvus respondit: primum ea dicam, de quibus non interrogasti, quid cogitaveris, antequam somnus tibi obrepserit; Deum precatus, ut tibi aperiret, quem finem imperium³, et turbulenta ætas, quæ jam orta est, habitura esset, quoque modo res ab hoc tempore in posterum exituræ essent, signo crucis, domine, te consecrasti. Hæc recte dicis, ait rex, quid vero de somnio referre habes⁴. Ulvus locutus est: apparuit tibi per somnum magna crux, humi stans, graminis instar viridis, in qua simulacrum erat; cujus caput adspiciens, animadvertisti rutilo auro factum esse; faciem vero intuiti visus est orbis circa positus, iridis instar

¹) quod animum ad mulieres inclinas, *F.* ²) inserunt h. l. *B, D, H, K, S* responsum Dagi de procuratore Björne, in fine hujus membri occurrens; quem locum, ut et ea, quæ a priore signo [sunt, *E* supra habet, quo loco Dagus artem suam edit.

³) inquieta, *B.* ⁴) hic iterum incipit *E.*

rubens, forma circuli potentiae Dei, intra quem orbem angeli Dei et gloria regni caelestis depicta erat. Haec crux, quam vidisti, affixumque cruci simulacrum bella portendunt; cum vero vir princeps sis, caput simulacri te per somnium repraesentat, quod cum tibi visum sit rubro auro factum esse, atque fulgere, ut priscum aurum luciferum, inde apparituum credo, te omnibus hujus regni incolis tantum dignitate praestare, quantum rubrum aurum quovis alio metallo pretiosius est. Cum vero non solum facies, cui accomodatus est auditus, visus et loquela, tibi visa sit, sed etiam eodem loco monstratum regnum caeleste regnique caelestis gloria, hoc ipso tibi ostensa est bene factorum remuneratio, quod consilio et auctoritate multos homines ad veram religionem convertisti. Cum autem caput humanum magis rotundum, quam oblongum sit, existimo, tibi brevem vitam¹, caducumque terrestre imperium monstratum esse. Rex: quid significare putas potentiae circulum, mihi visum? Ulvus respondit: circulus ille aetatem tuam et imperii majestatem significat; ut enim circulus fine caret, ita et gloria tua fine carebit; visus tibi est circulus a superiori et inferiori parte acutus, sic et vita tua erit, cujus ut acuta sunt initia (amisisti enim patrem aliosque illustres consanguineos), [ita finis quoque erit², nam extrema imperii tui dura erunt; quemadmodum circulus ad medium sui crescit, indeque ad extremum decrescit, sic regni tui et hujus mundi imperii principia fuerunt. Perrexit Ulvus: collum simulacri tibi visum est ex cupro factum, quod metallorum durissimum est, ex quo campanae, res vocalissimae, conficiuntur. Imperium proxime subsequens erit illustre, au-

¹) Sic *cet.*; regnum, *L.* ²) omnesque possessiones, fieri quoque potest, ut &c., *E.*

resque omnium, modo ingentium campanarum, personabit; circumdatum erat (collum) igne missili, quod telorum bellicorum infestissimum est, terribile et constans; cuprum est durum et fragile¹, sic imperium istud erit inconstans; quod autem metallum infra et supra commissuras leve erat, hoc imperium non diu durabit, nullæque familiæ hac in terra inde orientur. Aureus ille cirrus, quem e vertice in axillas usque explicari vidisti, significat, puto, tuam gloriam maxime hac in terra, multisque aliis locis amplificatum iri. Ulvus porro: deinde oculis contemplatus es pectus ac sinum extensaque in cruce brachia simulacri, quæ tibi ex argento defæcato facta videbantur; in his descriptum erat cœlum, cursusque lunæ, sol et luna et stellæ cum splendore et venustate: imperium proxime subsequens gloriosum fore puto; quemadmodum sidera fulgent, omnesque homines splendore solis delectantur, qui et toti mundo utilis est, dans lumen, et rorem terramque ad fertilitatem calefaciens, ita hoc imperium omni populo frugiferum² erit. Quod autem simulacrum vidisti utraque brachia extendere, eum, qui hoc regnum proxime capesset, multo plura, quam alios hujus terræ principes, moliturum³ puto; aurei vero capilli per pectus demissi⁴ indicant eum, qui tunc in hoc regnum succedet, eximium esse principem, tibi cognatum, tuaque ornatum gloria; ut autem complexus ejus (hominis cruci affixi) latus quidem, sed brevis⁵ erat, ita hujus imperium non longum erit. Porro Ulvus: his proximum vidisti latum cingulum, ad humeros fere pertinens, e ferro factum et gladii instar fulgidum, quo pectus simulacri substrictum erat, quod cingulum roborificum appellari

¹) firmum, *E.* ²) utile, *E.* ³) ejusque imperium latius fore, add. *B.* ⁴) qui carni accreverunt, add. *E.* ⁵) firmus, *E.*

potest: imperium proxime subsequens firmitatem ac robur a potenti principe accipiet; politum ferrum, tibi ostensum, significat, multos politos gladios longo temporis spatio sublatum iri. Erat cingulum istud, ut tibi videbatur, totum artificio et mirabili solertia pictum, partim antiquis historiis incisum, ex quibus vidisti historiam Sigurdi Fabnericidæ et Haraldî Hilditanni (dentis exserti), partemque operum Haraldî Pulericomi: scilicet hic rex multas magnasque res geret, quarum memoria diu supererit, multaque prælia gloriose¹ faciet; cumque res a maximis et excellentissimis regibus præclare gestæ tibi monstratæ sint, hic rex idem in se ipse ostendet atque horum exemplo ad gloriam adspirabit. Ut vero ferrum est durum metallum et in multorum noxam factum, sic imperium istud a principio ad finem durum et noxium multis videbitur. Perrexit Ulvus: infra cingulum ferreum venter simulacri aspectu erat flavus, instar auri [ex quo lunulæ conficiuntur², (quod pellucidum³ et nitide politum esse solebat); hic depicta erat siligo, frutices, omnis generis flores, qui humi nascuntur, et varia animalia, quæ in terra incedunt; quæ omnia summo artificio erant effecta; hæc repræsentant imperium proxime subsequens; erat (hæc simulacri pars) aurei coloris, [qualem aurum lunulare reddere solet, caput vero ejusdem rubri auri colorem referebat⁴: aurum rutilum et aurum flavum nil nisi nomen commune habent: hinc suspicor, hunc regem tuo nomine usurum, illustremque ac eximium fore, neque tamen tibi⁵ parem. Ut hoc loco notatus erat terræ fructus et omnis fere or-

¹) potenter, *cet.* ²) *næsta*] sic *B, H*, pro quo legendum puto *nesta*; *hesta*, *D*; *vesta*, *L*, utrumque prave, ut puto.

³) Sic *B, D, E, H*; coloratum, *L.* ⁴) ut caput in summa parte simulacri, *D, E, F.* ⁵) illi alteri, *F.*

natus et venustas orbis, ita hic rex hoc regnum bono imperio ornabit, ejusque ætas magnopere florebit; quantumque artificium tibi hic monstratum est, tam multiplicem utilitatem populo suo præstabit. Ulvus porro dixit: ubi vero animum advertisti¹ et hunc eundem hominem, qui in cruce erat, inferius spectasti, pars corporis, ab umbilico usque ad verenda pertinens, visa tibi est colorem referre argenti non defæcati, probum tamen²; quod argentum, hac in terra usû receptum, cum ad omnes res emendas valeat, apud externos vero in usu non sit, princeps hac operis parte repræsentatus³ magnus erit gloriamque hujus regni incolis parabit, apud externos vero non eadem auctoritate utetur, atque illè, qui lucidissimo argento repræsentatus est⁴; cum vero argentum probo esset colore et splendidum, et hic et hujus imperium omnibus placebit, quod imperium cum splendore et decore ad finem vitæ ejus durabit; ipse, quo eum sors præstituta⁵ fataque ducent, sequetur, stirpisque late se diffusuræ⁶ auctor erit. Nunc ad pedes hominis ventum est; atque quemadmodum [ea omnis pars, quæ [hunc regem repræsentat, totum claudit corporis truncum⁷, sic ille plurimis rebus antecessores suos æquabit. Rödulvus perrexit: femora infra sita, vivæ carnis colore conspicua, proxime subsequens imperium, sub quo totum regnum in duas partes divisum ad fratres⁸ transibit, repræsentant. Cum in utroque femore vivæ carnis colorem animadverteris, hi inter se imperium digne et æque dividunt: et quemadmodum pedes sustinent totum corpus, sic illi mores et instituta antecessorum observabunt, imperium

¹) hic explicit *E.* ²) pro suo modo, add. *B, H.* ³) i. e. Magnus Nudipes. ⁴) i. e. Magnus Bonus. ⁵) add. *B, D.* ⁶) divisioque imperii, add. *B, D.* ⁷) Sic *B, H.*; truncus corporis est, *L.* ⁸) i. e. ad Sigurdum et Eysteinem Magni filios.

recto ordine et decenti humanitate gerentes. Infra genua crura¹ e ligno vidisti; vetus autem locutio est, ejus hominis rationem pedibus ligneis niti, qui multas res male gerat: hinc mihi veri simile videtur, divisionem sequentis imperii, quamvis regibus una stirpe natis, sinistrum eventum habituram, dissidiaque inter consanguineos malasque lites orituras. Deinde summas plantas intuens, e ligno totas esse factas animadvertisti; vidisti pedum alteri alterum impositum, et utramque plantam clavo trabali ferreo transfixam, digitosque alteros alteris superimpositos: hic tibi monstratum est, quos in errores quæque in delicta lapsuri sint, fratribus in mutuas cædes ruentibus, quod enim vidisti utramque plantam clavo ferreo transfixam, digitosque pedum alteros alteris superimpositos, quemadmodum pueri complicatis manus digitis cornua arietum imitantur, hoc eo spectat, quod horum posteri alteri alteros extirpare et dejicere volent. Rex locutus est: næ tu, Röde, filiique tui viri sapientes estis. Quo dicto cœnatum ivit, et splendidissimis epulis exceptus est. Röduß professus, se genere Svecum esse: aufugi, inquit, hac abducta uxore, quam postea in matrimonium duxi, sorore regis Ringi Dagi filii. Quæ dicta genus utrorumque regi in memoriam revocarunt. Dein rex Dagum, Rödi filium interrogavit, edere jubens, quo vitio Björn procurator laboraret. Dagus Björnem furem esse demonstravit, insuperque locum indicavit, ubi ossa, cornua et carnes² boum eo autumno raptarum in villa sua celavisset: hunc auctorem esse omnium furtorum, quæ instanti autumno commissa aliis hominibus imputtasset: omnia indicia edens, quo loco rex quæri

¹) Sic *B,D,H*; digitos, *I*. ²) pelles, *B,H*.

res furtivas juberet. Rödulvus regem proficiscentem amplis muneribus prosecutus est; qui Rödi filiis comitatus primo ad Björnem venit omniaque a Dago indicata vera esse deprehendit. Quo facto Björn in exilium actus, reginæ beneficio debuit, quod vitam illæsaque membra retinuit.

RADIUS,
CARMEN IN HONOREM
OLAVI HARALDI FILII,
NORVEGIÆ REGIS,
AB
EINARE SKULII FILIO
COMPOSITUM.

Non minus preces fundere, quam
condere verba didici: is perquam
sapiens est, qui bonam trinitatem
Dei optimi maximi percipit.
Egregio Olavo carmen offero
eximium. Radius eximia vi
præditus repræsentat augustum
lumen misericordiæ solis¹.

2.

Qui noctis dispulit tenebras
his in terris, et se lucem
mundi professus est, cum esset
æthereæ regnator aulæ.

¹) Ordo: *Eins a) má kenna mér bæmir ok orð; sá er vel fróðr, er getr góða þrenning hins snjalla b) allsráðanda guðs. Ek býð itrum Olafi ágætan brag. Gunnöfligr geisli c) boðar göfugt ljós miskunnar sólar d).*

*a) In priori semistropa secutus sum constructionem, quam svadere videtur Edda Snorriana, pag. 331, ubi quatuor primi versus citantur. b) propr. eximii, præstantis, quod epithetum Deo tribuit Hallfredus in Olaviade str. 2, Christo Arnor, Edd. Snorr. 169, 5. c) i. e. Olavus Sanctus, qui str. 7 *alstyrkr geisli guðs hallar*, prævalidus aulæ divinæ radius, dicitur. d) i. e. salvatoris.*

Qui sol sub humana specie
nasci palam voluit ex stella
fulgente; inde eximia
fortuna exstitit mortalibus¹.

3.

Sanctæ cœlorum sedis lumen
post defecit; quod hominibus
portendit lucem alius
magni solis orituram.
Fortuna summa nobis
contigit, cum omnium
terrigenarum vita mortem
lubens in cruce subiret².

4.

Christus, probitatis studiosus,
justitiæ soli cognitus, tertia
die surrexit, summa
inter res creatas virtute.
Scio magnum numerum
piorum hominum cum eo
e terra surrexisse; quod sine dubio
spem nostram confirmare debet³.

¹) Ordo: *Þeirrar er brá húms a) myrkrum i þeima heimi, ok kallaðist ljós heims, meðan var vísi veðrhallar. Sá röðull lét bert berast maðr frá bjartri stjörnu; frægr förnuðr stöð af því und flæðar ský-jaðri b).*

a) Sic Hkr.; *heims, F.* b) *flæðar ský*, nubes, i. e. velamen, velum maris, cœlum: *flæðar ský-jaðar*, regio cœlestis; ceterum verba *und flæðar ský-jaðri*, sub cœlesti regione, i. e. in terris, etiam referri potest ad sententiam præcedentem, *berast und flæð. skyj.*, nasci in terris.

²) Ordo: *Siðar brá ljósi heilags a) sólar setrs: þat var auðfíndum fyrir (ljósi) annars ómjóss röðuls. Æztr þrifnuðr rēð efnast oss, þá er líf allra jarðar flrða tók ónauðigr dauða á krossi.*

a) *J. Olavius* jungit *ómjóss sólar setrs*, vasti cœli, et *heilags röðuls*, sancti solis, quod forte rectius.

³) Ordo: *Iðvandr Kristr, kunnr réttkætis sunnu, rann upp*

5.

Beneficus omnipotentis
filius, regum optimus,
in superas aulas ex
terra lætus ascendit.

Adoratus cœlorum rex, supra
angelos evectus, in throno
gloriæ sedet, quem satellites
regum regis supplices venerantur¹.

6.

Optimus gloriæ dominus
potentis munera spiritus
hominibus dedit; id notum est,
gravibusque confirmatum testibus.
Tunc alma christiana ecclesia,
quæ uni Deo morem gerit,
exstitit. Rex summus homines
ad cœlestem mansionem invitat².

7.

Nunc potentem, illustrem
aulæ divinæ radium,
eximium illum, qui Olavus
vocatur, rite veneremur.
Hunc populus novit, multis
in locis, sub cœlo ventis

á þriðja dag með hæstum krapti allrar skepnu. Ek veit, at mildr megin-fjöldi hölda reis með hánum frá moldu: þat má íflaust efla ossa vðn.

¹) Ordo: Auðarmildr sonr allsráðanda, jöfra beztr, sté upp frá hauðri með yndi i æzstar hallir. Lofaðr dagbóls konúngr sitr, englum efri, á dýrum stóli; hirð öðlinga döglinga hnigr þingat.

²) Ordo: Dáðvandr dýrðar drottinn veitti mönnum gjafir máttigs anda; þau mál kynnast, framir vátta. Þá reis upp alþýð a) kristni, sú er hlýðir einum guði; hæstr skjöldúngr býðr höldum til himin-vistar.

a) vel universalis, catholica.

perflato, miraculis clarere.

Quæ dico verba homines attendant¹.

8.

Rex Eystein, audi simplicem de
rebus præclare gestis expositionem!
attende, prælio fortis, Sigurde,
ut celere carmen persequar!

Poëta Ingio (quoque) carmen offert.

Potentes populi principes!

vestra, precor, auctoritas

poëma hocce grave sublevet².

9.

Principem universi clerorum

ordinis (sic Jonem appello)

ad audiendum carmen invito:

confectum poëma recitatur.

Manus tollamus, nam illustrem

Dei amicum celebrare cupio.

Dignitas sedis cathedralis, ubi

rex sanctus quiescit, augetur³.

10.

Nos decet, præclarum populum

invitare ad audiendas laudes

¹) Ordo: Nú skulum vèr allir dýrka vel alstyrkan göfgan geisla guðs hallar a), þann er heitir ítr Olafr; Þjóð veit hann skina jarteignum víða und hriðblásnum heiða sal b) menn nemi min mál, sem ek inni.

a) vide stroph. 1. b) i. e. in multis terræ locis.

²) Ordo: Eysteinn konúgr, heyrðu til beinna afreks a) orða! sóknsterkr Sigurðr, hygg at því, hve ek fer snöggum verka! Drengr ber óð fyrir Inga. Máttig höfuð áttar b)! Ek bið yðvart magnit styrkva c) Þá mærd, er varðar miklu.

a) vel junge afreks konúgr, rex gestis celebrer. b) höfuð-áttar, una voce, F et Hkr., minus recte. c) malo styðja.

³) Ordo: Ek býð yfirmanni allrar alþýðu lærðra (köllum Jón svá) hlýða brag: unnin mærd er borin upp. Hefjum hendr, en ek hygg leysa sagan vin röðuls tiggja. Hæð stóls vex. Þar er heilagr konúgr hvilir.

magnanimi Olavi: quas canturo
mihi Deus facundiam det, oro.
Nunquam meliorem copiam
virorum excellentium in una
domo reperi; id quod inter
omnes homines constat¹.

11.

Thrandi omnesque Norvegi
carmen laudatorium de
forti illo audiant Christi ministro,
qui in summa aula degit.
Strenue popule! gloria
regis hoc in regno præclare
innotuit; nec unquam
talis princeps nascetur².

12.

Novi, prælio fortem Sigvatum
exposuisse res a rege præclare
gestas; audivere omnes, Ottarem
carmen de principe fecisse.
Illi, qui appellati sunt poëtæ
primarii, regem celebrarunt
Mærensium, cujus sic gloria
cluet. Ego sanctum regem veneror³.

¹) Ordo: *Oss samir kveðja gilda öld lofi itrgeðs Olafs. Ek bið drottinn orðgnóttar at þessi óðgerð. Ek fann aldrei vildra val fremdar-manna í einu ranni: raun allra vallrjóðanda samir rétt a).*

a) experientia omnium hominum æque congruit, i. e. inter omnes constat.

²) Ordo: *Þrændir ok allir Norðmenn skulu hlýða þrýðibrag þreklynds Krists þegns: hann lifir í hæstri hall. Eljanhress Þjóð! dýrð konungs er orðin ágæt í þessu a) ríki, nè sæðist þvilíkr b) þengill.*

a) Sic Hkr.; þessum; F. b) þvilíkr i, F et Hkr.; sed ro i male repetitur, quare omisi.

³) Ordo: *Ek frá, at sóknbráðr Sighvatr segði konungs dáðir; öld hefir spurt, at Ottar orti um gram dróttar. Þeir er*

13.

Animosus corvi saturator
 multas res præclare gessit.
 Verum est, quod rex virorum
 uni Deo de peccatis satisfacit.
 Thrandorum strenuus princeps
 clam populo eximias
 virtutes exercuit; haud facile
 celebrior princeps natus est¹.

14.

Gloriæ cupidus rex, Deo confisus,
 quo meliorem principem
 nulla gens alet, per duodecim
 ac tres annos regno præfuerat:
 cum animosus ille populi
 ductor cecidit intra Ölveris
 tumulum, in conflictu clypeorum;
 is malum a nobis avertat².

15.

Vera fama audiui, Römorum
 regem strenuis militibus ante
 pugnam retulisse somnium; ex regis

hétu höfuðskáld fir^a a), hafa lýstan þengil Mæra: því er sýst b) frama; ek lýt helgum jöfri c).

a) firar, Hkr., i. e. illi, quos homines appellarunt poetas primarios. b) Sic Hkr.; sít, F. c) sequor constructionem et explicationem celeb. Raskii, Anvisn. till Isländskan, pag. 266-267, quæ mihi unice recta videtur.

¹) Ordo: Móðr munnrjóðr hugins vann margar dáðir; sult var, at siklíngr gunna a) bætti sín mein einum guði. Liðgegn lofðúngr Þrænda leyndi snara þegna háleitri gæzku; fúr frægri gramr hefir fæzk.

a) gunnr, m., vir, vox rarius occurrens.

²) Ordo: Tírbráðr, sá er trúði á guð, reð láði þrjá vetr um tólf (þegnar muna sæða betra þjóðkonung): áðr fullhugaðr fólkváðr felli í dyn skjalda fyrir innan Ölvis haug: hann spennir oss frá bólvi!

virtute homines fructum capiunt.
Imperandi peritus Hördorum rex,
cujus gloriam laudare juvat,
splendidas scalas conspexit
ex terra ad cœlum ferentes¹.

16.

Rex ubique laudatus, qui
aurum liberaliter erogavit,
deinde visus est sibi
cœlum versus scandere.
Deus benignus, universum orbem
terrarum includens cava manu,
populos qui servat, aperiri fecit
regnum cœleste animoso regi².

17.

Deinde pugna Stiklastadis
commissa est. Late regnans
præliator Thrandis Interioribus
manare fecit vulnera.
Acrem pugnatorem hujus
terræ vita spoliatum novi.
Feroces viri, malam perfidiam
patrantes, regem dejecerunt³.

¹) Ordo: *Ek hefi fregit satt, at konúngr Rauma sagði snjallri ferð sinn draum, áðr berðist: drótt nýtr máttar döglinga. Stjórnar-símur gramr Hörða sá fagran stiga standa frá jörðu til himins; dugir at hrósa hans rausn. Vide Hist. Ol. c. 200.*

²) Ordo: *Ok hvar a)-lofaðr striðandi látrs hins dökkva hrokk-inseiðs lýngs b) hugðist síðan gánga i lopt upp. Liknframr umgeypnandi alls heims, sá er gætir landfólks c), lét himinriki opnast fyrir snjöllum gram.*

a) Sic Hkr.; *hver, F.* b) ad verbum: inimicus strati, cui incubat niger tortuosus piscis ericeti (serpens). c) Sic Hkr.; *landsfólk, F.*

³) Ordo: *Ek frá síðan vakit vig á Stiklastöðum: viðlendr álmreyrlundur lét undir dreyru Innbrændum. Ek frá hvassan branddrif numinn þessa heims lífi: hvatir skatnar feldu gram: þeir drýgðu böl-brigðu.*

18.

Cupio, si possim, intercalares versus
elaborare; rex enim plurimorum
præstantissimus eximia edidit
facinora, cujus laudes nunc audite:

*Hic Dei eques homines
malis facile potest levare:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat¹.*

19.

Sol fulgidus non potuit
splendere, quando præliator
vitam finivit: custos cœli
sua edidit miracula.

Olim accidit, ut mors
salutifera cœlorum regnatoris
lumen solis obscuraret;
utinam mihi lingua valeret².

20.

Magna evenerunt miracula,
cum teli rubefactor pugnabat
adversus populum; hic rex
peccare non adsveverat.
Deinde lumen super funere
regis lucebat, eodem die,

¹) Ordo: *Ek er fúss (at) vanda stef, ef ek mætta, því at
visir vana manndýrðir: hann var mestr konúgr flestra; drótt
nemi mærd: Guðs riðari a) má greitt létta gumnum stríðum;
röskr Olafr þiggr allt, sem æskir, af gram sólar.*

a) Sic Hkr.; *riðaðri, F.*

²) Ordo: *Bjartr röðull náðit a) skina, þá er beiðir baug-
skjalda lauk aldri: grundar salvörðr b) sýndi sin c) tákn.
Hitt var fyrr, at dauða happ hauðrtjalda harra d) brá e)
skinu sólar.*

a) Sic Hkr.; *náðist, F.* b) i. e. Dens. c) malo *sýn*, eviden-
tia. d) i. e. Christi. e) Sic Hkr.; *bar, F.*

quo Deus animam ejus
apud se honore affecit¹.

21.

Omnium malorum sanator
Hördorum domini gloriam
promovet: carmen illustre eo spectat;
nullus rex melior nascetur.

*Hic Dei eques homines
malis facile levare potest:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat².*

22.

Sanctum cruorem a potentis
domini funere pura aqua
abluerunt; spes melioris
conditionis animum delectat.
Certum est, quod dominum
Sognensium, Deo carum,
in casa quadam posuerunt;
cuique ejus facta audire licet³.

23.

Aliquanto post, quam ossa
regis lavata erant, eo vir

¹) Ordo: *Brátt gerðust miklar jarteignir, þá er broddrjóðr
barðist við kyn þjóðar; sá gramr vandit sik syndum. Ljós
břann síðan yfir líki vísa, samdægris, þá er guð framdi önd
lögskiðs a) sendis b) með sér.*

a) Sic conjeci; *logskiðs*, ardentis tæðæ, F, Hkr., quod re-
fer. ad *ljós*. b) conjeci pro *sendist*, F; *senda*, Hkr.

²) Ordo: *Alls græðari lætr hrærða dýrð Hördá drottins a);
itr mærd dragist þannig; betri öðlingr munat fæðast; cct.
vide str. 18.*

a) Sic Hkr.; *drottinn*, F.

³) Ordo: *Drótt þó dýran sveita af líki hans, ríks döglingr,
með hreinu vatni; von batnaðar gleðr hug. Satt var, at hrings
særendr lögðu guði kæran Sygna drottinn i róf a); drengir
megu heyra hans brögð.*

a) Sic Hkr.; *gröf*, sepulcro, F, quod historię repugnat.

quidam cæcus venit. Incipio
de bene factis ejus exponere.
Hic vir oculos suos
eo fonte lavit, qui
Olavi; hominibus noti,
sangvine mixtus erat¹.

24.

Idem vir visum recepit
puro regis sangvine,
optima sane fortuna; quæ gloria
inter homines non oblitterabitur.

*Hic Dei eques homines
malis facile levare potest:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat².*

25.

Rutili auri largitor,
gloriæ cupidus, per menses
duodecim et quinque noctes
arena conditus jacuerat:
antequam, optimo regnantum
rege jubente, arca bellicosi
principis, rebus gestis clari,
e lato campo emergeret³.

¹) Ordo: *Muni siðar, en ýtar höfðu þvegitt bein jöfurs, kom þar blindr auðarnjótr; en ek byrja blið verk. Á orms landa þó sínar sjónbrautir í þeim brunni, er var blandinn dreyra seggjum kunns Olafs.*

²) Ordo: *Seggr fékk sjón af hreinu konungs blóði: þat mun fjölgóðr förnuðr a); sú dýrð munat firnast firðum. Cetera vide str. 18.*

a) Sic recte conjicit *J. Olavius; förundr, F, Hkr.*

³) Ordo: *Fremdar lýstr týnir tandrauðs a) vala strætis fasta var huliðr sandi tólf mánuði ok fimm nætr: áðr en dýrr drottinn harra lætr kistu dáðmilds úlfsnistaða koma upp or viðu láði.*

a) Sic conjeci: *tandrandr, F; tandra, Hkr.*

26.

Postea vir, cujus lingva
exsecta fuerat, loquelam
recepit, eo loco, quo rex
forma eximius quiescit.
Quod factum gloriam strenui
Agdensium regis late divulgavit.
Omnes danica lingva loquentes
virtutem juvenis regis prædicant¹.

27.

Fortes viri, opem patris
Magni Boni imploremus!
multa sunt incommoda, quæ
inclytam gentem affligunt.
*Hic Dei eques homines
malis facile potest levare:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat*².

28.

Munificus terræ imperator,
filio suo, eximio illi regi,
in somnis apparens, suum
præsens auxilium pollicitus est:
antequam animosus ille rex
pugnam adversus gentes paganas
committeret in campis Hlyrskogensibus,
ubi ampla prædæ copia lupo cessit³.

¹) Ordo: *Mæðr, sá er afskurðr a) hafði áðr farit orða
hlýru, fékk síðan mál, þar er margfriðr jöfr hvllir. Frægð
fólksterks Egða fylkis riðr af því verki: snilli úngs jöfns
fremst á alla danska tungu.*

a) afskurði, Hkr.

²) Ordo: *Hvatir bragnar! skulum biðja föður ens góða Magn-
úss fulltings; mart mæðir fremdar þjóð á láði. Cetera vide
str. 18.*

³) Ordo: *Svekkvir a) straums sólar b) gekk sinum bur c) í
drauma; valdr d) foldar b) lézt myndu fylgja framlyndum*

29.

Bonus ille Magnus, præliandi
peritus, corvum esca data
hilarem reddidit, rostrumque
fulvæ aquilæ rubefecit.
Perterrefacti hostes fugam capere
coacti. Fulgidum telum acutum erat.
Uxores Vendicæ dolore affectæ sunt.
Lupi cadaveribus inhiabant¹.

30.

Constat, Salvatoris amicum
eximium suo præstanti
gnato victoriam dedisse. Facta
regis, bello fortis, celebros.
*Hic Dei eques homines
malis levare facile potest:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat*².

31.

Constat, Guthormum, virorum

gram c): áðr harðgeðr konúgr c) barðist við heiðnar dróttir á Hlýrskógs heiði; gyldir hlaut e) gnótt góðs eldis. Vide hist. Ol. c. 248.

a) sökkvir, id., Hkr. b) intelligitur rex Olavus Sanctus. c) i. e. rex Magnus Bonus. d) Sic Hkr.; vald, F. e) Sic Hkr.; naut, F; quod retineri potest, si gnótt pro gnógt adverbialiter sumi potest, quod an procedat, dubito.

¹) Ordo: *Enn góði Magnús lét huginn a) fagna átu: málmþings kennir b) rauð munn jarplits arnar jóðs. Hrætt fólk varð at leggja á flóttu: frá egg beit; Vindversk víf biðu sorg, en vargar gindu of hræ.*

a) Sic Hkr.; hugins, F. b) intellige Magnum Bonum.

²) Ordo: *Raun er, at snjallr lausnara spjalli gaf sinum frómum a) arfa sigr; hrósek verkum vígdjarfs visa. Cetera vide str. 18.*

a) Sic scribunt F et Hkr.; ego, cui vox frómr hoc solo loco in carminibus antiquis occurrerit, libens h. l. restituerim formam antiquiorem frómum a framr.

amicum, hic in regis honorem
faciendum curasse simulacrum,
auro argentoque ornatum.
Hoc exinde monumentum
editorum miraculorum exstat:
signum concessæ ab rege victoriae
in media Christi æde stat¹.

32.

Tradiderunt nobis viri, noti
Skaniensibus, feminam Danam
festo liberalis Olavi
coquere panem voluisse;
ubi vero femina fervidum
panem quærere cœpisset,
farinam mulieris Danæ
in saxa conversam esse².

33.

Ex eo tempore festum eximii
regis per totam Daniam
celebratum est; quod vera
fama ab austro allatum est.
*Hic Dei eques homines
malis levare facile potest:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat*³.

34.

Illustris matrona jussit lingvam

¹) Ordo: *Satt var, at Guttormr, hollr seggjum, lèt hér gerfa røðu, skreytta silfri ok gulli: þat var grams hrøðr. Þat hafa menn meirr at minnum þeirra jarteigna: mark friðgjafar konungs stendr i miðri Kristis kirkju. Vide hist. Ol. c. 249.*

²) Ordo: *Menn, kunnir Skánungum, hafa sagt oss, at svanni sunnr vildi baka um missu almilds Olafs. En þá er brúðr tók leita at brennheitu brauði, þá varð grjón danskrar snótu at gránu grjóti. Vide hist. Ol. c. 251.*

³) Ordo: *Síðan hefir hátið snjalls hildings verit haldin um alla Danmörk: þat er sannspurt sunnan. Cetera vide str. 18.*

e capite miseri cujusdam hominis
exsecari, quamvis ille vir juvenis
nihil graviter deliquerat.
Vidimus certe hunc eundem
hominem usu lingvæ destitutum,
cum paucis post hebdomadibus
in oppido, Hlida dicto, versabamur¹.

35.

Audivi, eundem hominem
postea tonsis crinibus adisse
cum, qui miseris hominibus
auxilium ferre consuevit.
Heic et lingvam et lingvæ
facilem usum recepit;
ego vero sublimes laudes
liberalis regis repetam².

36.

Hac re gloria potentis
Hördorum principis inclaruit,
ejusque laudes per maximam
orbis terrarum partem feruntur.
*Hic Dei eques homines
malis facile levare potest:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat*³.

37.

Novi hominem, navigandi
peritum, a Vendis misere

¹) vide supra, Hist. Olavi cap. 259.

²) Ordo: *Ek hef frétt, at sá málma stríðir sótti siðan, skerð-
andi hár, heim þann er gefr hjálþ aumum a) ferðum. Hér
fekk hann bæði slúngin mál ok tungu; en ek skal byrja hátt
kvæði of slöngvi snáka vángs.*

a) i, add. F, Hkr.; quod ut ex præced. voce repetitum omisi.

³) Ordo: *Dýrð ríks öðlings er orðin ágæt af slíku; mærd
Hörða mildings riðr mest um flesta heimsbygð. Cetera vide
stroph. 18.*

mutilatum (quod deduco carmen
sensim fini adpropinquat),
cidemque honesto viro lingvam,
poëseos ministram, ex faucibus
crudeliter exsectam esse
ab religionis contemtoribus¹.

38.

Idem vir, naviculariæ
peritus, scrinium Olavi
auro ornatum visitavit postea
(dicendi copia mihi suppetit);
atque rex sanctus huic
perito præliatori integram
loquelam restituit; quam ego
rem veris argumentis cognovi².

39.

Terrarum orbis judex sanctum
regem excelso honore dignum
declarat: eximius princeps
coelitum agmini interest.
*Hic Dei eques homines
malis facile levare potest:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat*³.

¹) Ordo: *Ek veit, at þeir Vindr meiddu sárliga niðranda gjálfrs grundar a*; [*bragr verðr greiddr, en ferr skerðu skauti b*]], ok skáru endr grimliga óðar ár úr kverkum títarsterks auðskýfanda, fyrir týndri trú. De stroph. 37-38 vide hist. Ol. c. 260.

a) σ : depressor, tritor sonori soli (maris), vir navigandi peritus; Hkr. legit: *riðanda gjálfrs grindar*, vectorem navis.
b) *Olavius* jungit: *Ek veit, at Vindr fer skauti (vela dedisse): þeir skerðu (ok) meiddu sárliga &c., enn verðr bragr greiddr.*

²) Ordo: *Unnar skiðrennandi sótti síðan et dreka bóli skreytta Olafs skrin; mér finnast orð. Ok heilagr hilmir fékk máls a) heilsu þeim er vel vakti hugins teiti.*

a) ok, add. Hkr., loquelam et sanitatem.

³) Ordo: *Dómari a) heims lætr helgan ræsi verðan b) há*
Vol. 5.

40.

Audivi, gladium Olavi,
 qui aquilæ pedes fulvæ
 in prælio cibum paravit,
 Hneiterem appellatum esse.
 Hoc ense princeps Römorum
 tenues clypeos dissecuit
 Stiklastadis, (ubi) acuto
 chalybe bracteato res gerebatur¹.

41.

Dejecto fortis regis filio
 confectoque prælio, vir
 quidam Svecus gladium
 a Thrandorum rege abstulit.
 Idem gladius excelsi
 liberalisque regis, bello audacis,
 auro ornatus, postea inter
 milites Græcorum repertus est².

42.

Nunc Eindridius Juvenis, qui viris
 distribuit annulos, celebratum
 carmine reperit vulgi sermonem
 de rebus ab illustri glorioso rege gestis.

söma: framlyndr stillir fyllir himneska ferð. Cetera vide stroph. 18.

a) mea conjectura pro *dómara, F, Hkr.* b) Sic Hkr.; *verða, F.*

¹) Ordo: *Ek frá at hjörr Olafs, þess er gaf ilbleikum hjaldrs orra steikar a) at vopna galdri, hëti Hneitir, Þengill Rauma klauf þunnvaxin gunnar ský (með) þeim valbistar röðli á Stiklastöðum, rekin stál bitu. De stroph. 40-47 vide supra hist. Ol. cap. 230.*

a) Sic Hkr.; *stikar, F.*

²) Ordo: *Þá er enn frækni fylkis kundr a) féll til grundar, tók svænskr maðr sverð af þrænskum gram, er sókn var orðin. Sá gulli merktr hjörr ens háfa gunndjarfs hringstriðanda b) hefir síðan fundizt i liði Gerkja c).*

a) i. e. Olavus Sanctus. b) Sic Hkr.; *hringstriðandi, F.* c) *Girkja, Hkr.*

*Hic Dei eques homines
malis levare facile potest:
strenuus Olavus, quæ optat,
omnia a Deo impetrat¹.*

43.

Mihi laudes dicturo regis
bellipotentis, qui annulos
donavit, forti de principe
carmen facere difficile est.
Nam sanatoris hominum miracula
invicem serie continua succedunt,
claro accedente cœlorum
moderatoris de rege testimonio².

44.

Peritus ille præliaris tumultus
miles, sero aliquo vespere,
gladio egregie indurato
perquam delectatus est.
Cum dies occidisset,
præstans facundus miles
eximii regis sub dio
in aperto campo obdormivit³.

¹) Ordo: *Eindriði úngi, sá er gaf gunnum a) armglæðr, finnr nú ræðu fyrða i brag: göfug dýrð jöfra slöng.* Cetera vide stroph. 18.

a) metrum postulat *gunnum*.

²) Ordo: *Mér er vant at yrkja of styrkan stilli, því ek skal skira mæð þess styrjarvalls a) mildings, er gaf hringa: þviat tákn þess, er læknar ljð b), ferr hvert á annat; ljös raun lofðúngs himintúngla ranns kemr um ræsi.*

a) Sic Hkr.; *styrjarsnalls (rect. snjalls), F. b) i. e. regis Olavi sancti.*

³) Ordo: *Kemandi gunnar glann gerðist heldr glaðr hála herðum vetþryma a) næðri síðalla á kveldi. Dagr rofnaðist: dýrr orðfmr drengr ítrs landreka b) ræð sofna at vángi undir berum himni.*

a) *vetrima, id., Hkr. b) i. e. imperatoris Constantinop.*

45.

Mane, cum illucescebat,
vir oppidanus, ad pictarum
loricarum conflictum promptus,
validum ensem desideravit.
Gnavus vero ille, stipendia
merens miles, gladium
procul se in plano
campo jacentem vidit¹.

46.

Potens Haraldī frater, populo
benignus, hæc eadem signa
per tres noctes dedit viro,
piratæ jumentum incitanti.
Quibus elapsis viri, manu
fortes, imperatori de his
miraculis exposuerunt. Claræ sunt
virtutes liberalis principis².

47.

Imperator pro gladio, quem
possederat Olavus, aurum
pendi jussit. Ego carmen
pœtice exornare studeo.
Supremus regiæ sedis
princeps ensem, in pugna
noxium, ibidem super altari
inaurato locari jussit³.

¹) Ordo: *Borgarmaðr, steindra regins váða stýrs-bráðr, misti styrks mundriða, er lýsti: þa var morgin. Nýtr seim-þiggjandi gat sæð gómsparra gyldis kundar liggja fjarri sèr á slèttri grundu.*

²) Ordo: *Ríkr, þjóðnýtr bróðir Haralds vann þeima reisfnis rökk stefnanda slikar bendingar þrjár grimur: áðr þrífhwass-ir ftrar sögðu ýnga þessar jarteignir; brögð þingdjarfs bauga snyrtis eru björt.*

³) Ordo: *Alvaldr lét gjalda cisu más jarðar fyrir hjör, þann er Olafur átti; slèttig óð bragartólum. Yfirskjöldungur*

48.

Res, quæ de famoso illo prælio
in Græcia gesto referuntur,
clara sunt miracula; filius Harald
multimodis utilis est hominibus.
Audio, divinam Olavi gloriam
ubique divulgari; neque ulli
rerum narratores facile possunt
præstantiorem regem invenire¹.

49.

Pugna in latis campis
Pezinorum commissa est;
corvus gravem famem
in prælio bene sedavit.
Heic prælio ingravescente
galeis noxio, multa millia
virorum gladio ceciderunt,
Græcique terga verterunt².

50.

Maxima Constantinopolis
ditio et terræ ab hostibus
subactæ fuissent (moesti regis

*jöfra garðs lét síðan grand oddhriðar standa þar of gulli
vörðu altari.*

¹) Ordo: *Þau máll, er birtast um þat brandel á Grikklandi,
eru björt tákni; Haralds arfi finnst margþarfr mönnum. Ek
fregn, at dagræfrs dýrð Olafs riðr allt, nè aungir innendr
meguð a) dála finna hæfra konung b).* De str. 49-53 vid. hist.
Ol. s. cap. 250.

a) *megu*, sine negatione, Hkr., eod. sensu. b) Possunt et in
priori membro jungi: *dýrð Olafs riðr allt (til) dagræfrs,
gloria O. ad cælum usque fertur; vel, quod maxime placet,
mutato allt in áls, totum sic construi: Ek fregn, at dýrð Olafs
riðr dála (admirabiliter); nè aungir innendr áls dagræfrs
(præbitores auri, i. e. homines) meguð finna hæfra konung.*

²) Ordo: *Hjaldr háðist á viðum Petzinavöllum: gunnar
már slókti vel þúngan húngr i geira göll. Þar er svá, at þjóð
föll þúsundum fyrir hjörvi, Grikkir flæðu undan: hjalmskæð
hrið Hamdis klæða óx.*

copiæ operam strenue navarunt),
nisi Væringi clypeos
in aciem protulissent;
arma, splendide picta, in
clypeorum procella fulgebant¹.

51.

Fortes viri eximium Olavum
in strepitu chalybum invocavere:
acre prælium ortum est ob
fiduciam pugnae sedatori habitam,
Hoc in prælio sex hostium
decuriæ unum hominem
circumsistebant; clypeus, sanguine
rubefactus, diffissus est².

52.

Sed nimbo telorum in hostes
vehementer depluente, copiæ
paganorum, a præliatoribus
pulsæ, effuse fugere cœperunt.
Quingenti quadraginta Norvegi,
qui intrepide prælio se inferre
ausi sunt, eo loco summam
gloriam consecuti sunt³.

¹) Ordo: *Mest veldi ok jarðir Miklagarðs mundi liggja und fjöndum (lið hryggs lagar eldbrota dugði), nema Væringjar bæri rönd fram í branda byr: vopn, harða fáin a), bliku í veðri barð b)*—*rögn-röðuls.*

a) Sic Hkr.; *fáir* (rect. *fáit*), F. b) Sic Hkr.; *bart*, F; ceteram *barðrögn* h. l. ponitur pro *barðrökn* (g pro k), *naves*, unde *barðrögn-röðull*, clypeus.

²) Ordo: *Hraustir menn hétu á itran Olaf í gny stála; hart stríð stóð af trausti ógnar eyðis a): þar er sex tígir manna váru of einum (l) jörfa slug: reifnis rann b), roðinn c) und báru, klofnaði.*

a) i. e. Olavo Sancto. b) Sic *rann* ponitur pro *rannr* (quæ vox, quantum observare licuit, hoc solo loco apud veteres poetas in genere masc. occurrit). c) Sic Hkr.; *rofinn*, ruptus, F.

³) Ordo: *Þá er stál-regn af ríki dreif á þegna, rauk liðs a)*—

53.

Alacres viri, inclyti regis
 auxilio adjuti, munimentum
 plaustorum ruperunt, ubi lupi
 dissecta gladiis corpora invenere.
 Populus studiose ccelebrat
 opera juvenis, factis inclyti
 principis, auro decori, quæ
 totum orbem illustrem reddunt¹.

54.

Jam postulat necessitas, ut novo
 carmine significem populo
 opera ab rege proxime gesta,
 quæ non minimi momenti sunt.
 Agite, celebremus laudibus virtutem
 Dei, potentissimi terrarum orbis
 medici, qui huic opifero regi
 eximiam fortunam concedit².

55.

Infelix regis minister incidit
 in infestum odium hominum.
 Multorum animi humanis
 erroribus corrumpuntur.

*gengi heiðengja harða (fyrir) hjálmnjörðungum. Hálfst fimta
 hundrað Norðmanna, er þorðu val nærri brimis b) fundi c),
 vann þar heimtan nýztan tír.*

*a) Sic Hkr.; lið, F. b) Sic id.; brimils, F. c) Sic id.;
 sunda, F.*

*1) Ordo: Gladdir a) gumnar ruðu vagnaborg, þar er vargar
 fundu vopnsundrat hræ: göfugr þengill barg drengjum. Öld
 nennir at inna verk úngs b) dáðsnjalls döglingis, slúngins c)
 brimloga, þau er dýrka alla veröld.*

*a) Sic Hkr.; gladdir, F. b) Sic Hkr.; úngr, F. c) slúng-
 in, Hkr., quod referendum ad öld.*

*2) Ordo: Nú er nauðr, at merkja fyrir þjóð i nýjum óði
 þau verk, er vísir vann næst: þat riðrat smæstu. Skulum
 dýrka lofi krapt guðs, gunnstyrks heimslæknis, þess er lér
 þeima haldfrönum gram hárrar giptu.*

Arox mendacium interdum
blandam indolem bonorum
hominum in odium vertit;
vis iræ pacem disturbat¹.

56.

Viri crūs hominis
in arena fregerunt;
acre mortale odium
radices altas egerat.
Atque hi, qui sacerdotem
mutilarunt, oculos collisos
ex capite eximio eruerunt;
quæ res periculo non caruit².

57.

Lingva honesti viri ore
forcipis prehensa, terque
cultro præsecta fuit; quæ
vitæ conditio miserrima erat.
Homo in litore relictus,
periculosa mutilatione
affectus jacuit; multi
leviori cruciату moriuntur³.

¹) Ordo: *Angrs fyldr mildings þjón a) varð fyrir kaldri öfund manna; margfaldr hugr gerist illr villu aldar. Hjaldrstrið lýgi hefir stundum brugðit bliðu skapi nýtra bragna til heiptar: hermdar kraptr brýtr frið.*

a) i. e. sacerdos. De strophis 55-59 vide Hist. Ol. cap. 261.

²) Ordo: *Seggir lustu fót marglituðs a) eggja b) sundr i sandi; hörð aldr-trega fjón græri rótum með fyrðum c). Ok firar, þeir er limleystu prest, stungu kröfð heila himintungl or leyfðar d) höfði: þat var hætt mál.*

a) Sic Hkr.; marglituðr, F. b) i, add. F. c) Sic Hkr. | fyrða, F. d) Sic Hkr.; feyfðar, F. *Olavius* construit kröfð leyfðar, (oculos) amoris postulos.

³) Ordo: *Túngan tirkunn var lokin tångar munni ok þrisvar skorin knífi; viðrlif vara sem vænst. Auðskiptir lá eptir á ströndu, meinsamliga hamlaðr; margr maðr lætr önd of minni sorgir.*

58.

Laudatur rex, qui egregio
viro contusum crus
erutos oculos et nimis
præsectam lingvam restituit.
Manus puri Olavi servum
Dei ex omnibus malis
convalescere fecit; pœnas dabit,
qui hunc iniquis dictis petit¹.

59.

Egregius fidelis martyr omnigena
felicitate, quam cogitare possit
quisquam majori, apud dominum
fruitur; quod non dubitans profiteor.
Quem defunctum Salvatoris
constans amicus pace beet! Talia
opera his in terris videre non est:
se quisque peccatis liberet²!

60.

Rex in flore ætatis multis
molestiis exemptus est;
sic Deus cum maxime suos
plerumque tentat amicos.
Nunc fortis malorum averruncus
vivit, fruens jucundissimo
spectu cœlipotentis, ubi

¹) Ordo: *Leyfðr er sá gramr a), er lét itran þegn njóta lamins fótar, útstúnginna augna ok b) tilstýfðar tungu. Hönd hreins Olafs vann guðs þræl heilan gjörvallra c) meina; gjöld munu gjör þeim, er byrjar öfugmæli.*

a) Sic Hkr.; gram, F. b) of, add. Hkr. ante stýfðar. c) gjörvastra, id., Hkr.

²) Ordo: *Dýrðar vottr dyggvi bíðr allskonar æðri sælu með drottni, en þjóð of hyggvi: mælek þat örugt. Långvinnr lausnara friði numinn aldri! Sér-at slik verk á jarðriki: liðs valdr leysi sik syndum!*

non unquam cessant gaudia¹.

61.

Quis ita sapiens est, ut ejus
lingva possit hac in vita
honorem sepulcri explicare
splendidissimi principis,
quem imperator ætheris,
tenax promissis, suo glorioso
amico præbet? Omnes, puto,
ornatum scrinium spectare possunt².

62.

Novi hunc in locum advenisse
sedis archiepiscopalis antistites.
Potens orbis siderei rector
hominibus auxilium præbet.
Hic sacrum lignum est de cruce,
qua cruciatus est opifex cœlorum.
Hominum rex summe! nobis
te invocantibus fer opem³.

63.

Merita disertis Olavi populo
prosunt: celsi regis gloriam

¹) Ordo: *Siklingr var numinn hëðan úngr frá miklu ángri: svá reynir guð alls mest flesta a) vini sína. Nú lifir hraustr fár-skerðandi fyrða af hæstri friðar sýn himna-valds, þar er gleði týnist aldri.*

a) Sic Hkr.; *flestir, F.*

²) Ordo: *Hverr er svá hoskr, at hans tunga megi í þessu lífi ofsegja veg grafar a) hyrjar-ljóss lofðungs: þar b) er heit-fastr jöfurr hreggsalar veitir sínum dýrðar vin? Hyggjum, skatnar megu líta skreytt skrin.*

a) Sic Hkr.; *gjafar, F.* b) *malui þann, ut respondeat præced. veg.*

³) Ordo: *Ek hygg, höfuðmenn erkistólar komu hingat í þenna stað; snarr tiggj sólar heims berg seggjum. Hér er heilagur víðr af þíningar krossi himna gervis. Yfirskjöldungur aldar, þjarg þú oss, sem biðjum!*

exposuimus; totus mundus
ejus clementia indiget.
Populus optimum cœlorum
regem veneretur! Quisque,
qui eum sibi propitium reddit,
in rebus adversis beatus est¹.

64.

Pauca dixi ex multis miraculis,
quæ Olavus pacis studiosus
edidit; verba perspicua in
nostro carmine proferimus.
Conueniens est, ut quisque,
qui laudem sereni regis
divulgat, eximium favorem
summi cœlorum regis consequatur².

65.

Ut celeberrimus amicus Servatoris
strenuum populum, asperis
oppressum calamitatibus,
semper per fidem liberet.
Viri, qui, potentis Christi
amore ducti, hoc poemata
de principe omnibus noto
compositum, vulgo commendant³.

¹) Ordo: Öld nýtr þingsnjalls Olafs; höfum skirða dýrð
háa jöfrs; alla veröld þrotnar mildi frá þessum. Landsfólk
lúti itrum himna konungi. Hverr manna, er gerir hann holl-
an sér, er sæll [lima síns a).

a) Sic Hkr.; limsalms, F.

²) Ordo: Ek talda fátt í fjölda af jarteignum friðgegus
Olafs: ber orð koma af orum bragarstóli. Hæfir, (at) hverr
seggr, er reiðir lof heiðbjarts a) hilmis, fá mikla ást ens hæsta
siklings sólar bóls b).

a) Sic Hkr.; heiðbjartr, F, quod refer. ad seggr. b) Sic
Hkr.; bóls, flammæ, F.

³) Ordo: Svá at nafnkuðr lánvinnr lausnara leysi jafnán
við trú nýta þjóð or nauðum frá stráingri kvöl. Vélendr víga

66.

Regi, disertis cognato,
salutaria opera Sancti
Olavi exposuimus, dictis
sincero animo respondente.
Ab eo salutaria præmia
hujus laudis, Dei gratiam,
consequemur. Cunctis probatur
utilitas illustris carminis¹.

67.

Hoc poëma eximio sane
præmio remuneratum foret,
si rex virorum, Sigurdus
senior, bellicosus ille et
munificus princeps, viveret:
cujus liberale ingenium
mihi cognitum est; quare
ejus honorem prædico².

68.

Rex, insignis fortitudine!
præmte mandatis parui tuis,
certeque, ut potui, (Sancti)
regis præconium elaboravi.
Dicat (rex) inclytus, quomodo
mandatum carmen absolverim.

skýs a), þeir er, af ástum öflugs Krists, telja þenna brag al-
mennins b) vísa framan.

a) skýðs, Hkr., minus recte. b) malo alnennins, strenui.

¹) Ordo: Höfum sagðar jöfri, kyni orðhags, happs dáðir
ens helga Olafs; hugr fylgir því ráði. Fám af hánum holl
laun þessa lofs, guðs blessan; hræsik a)- þrimu gæðum líkar
hjálp göfugs óðar.

a) malo hræsiks, quod inter var. lect. habet Hkr.

²) Ordo: Þessi brag mundi vera raun-dýrliga launaðr, ef
hildar leikmíldr, vellom grimmr lofða gramr, Sigurðr enn
ellri lífði; ek kann rausnar skap ræsis ens brenda baug-hvers,
lýsek veg þess vísa.

Mihi excelsi cœlorum regis
gloria cordi est. Dixi¹.

¹) Ordo: *Þrekrámmr þengill! hefik a) stoðat framla þina bæn; hafum íflaust unnit jöfri mærd, sem kunnum. Segi b) ágætr, hve ek leysta æstan brag. Elskik c) veg hás vagnræfrs vísa; ■ ek þagna.*

a) Sic Hkr.; *hefir, F.* b) Sic Hkr.; *segir, F.* c) *elskat, Hkr.*

Chronologia

Historiæ Olavi Sancti Norvegiæ Regis *).

(Paginæ citatæ sunt textus Islandici).

995. **N**ascitur Olavus Sanctus Haraldii filius, c. 17, cfr. c. 232, 253.
1001. Olavo sex annos nato, Sigurdus Porca, Ringariki rex, Astam, matrem Olavi, ducit, c. 19.
1007. Olavus duodecim annos natus, piraticam facere incipit: in Daniam navigat, autumnno Sveciam invadit, 1, p. 39 sq.; lacum Mælarem intrat ibique inclusus elabitur, 1, p. 41; eodem autumnno Gotlandiæ tributum imponit, ibique hiemat, 1, 42.
1008. Vere cum Eysylandis (Osilianis) confligit 1, 43; Finlandiam vastat, pugnat in Sudvika et Frisia 1, 44-45; autumnno in Angliam venit 1, 48; obit Svein Furcobarbus. Olavus Adalrado regi Anglorum opem fert contra Danos, et apud Adalradum hiemat. Post ea ducem Anglorum se præbet per tres annos, 1, 53, usque ad 1012.
1012. Vere obit Adalradus Angliæ rex. Gesta Olavi in Hringfjördo, Gislupollis, Fetlafjördo, Seljupollis, omnibus Carolinis, Pictavia (1, 54-58) absolventur duabus æstatibus et una hieme, nempe æstate 1012, hieme 1012-13, æstate 1013, 1, 59. Knutus Angliam exercitu invadit, 1, 61. Eirikus dynasta, jubente Knuto Potente, in Angliam cum classe proficiscitur, 1, 61.
1013. Obit Eirikus dynasta, 1, 63. Autumnno Olavus rex in Normandiam venit, 1, 61; mittit Ranium in Angliam, 1, 64. Hieme ipse in Normandia hiemat, 1, 61.
1014. Vere Olavus in Angliam trajicit, Adalradi filiis opem laturus, sed de successu desperans Nordimbriam adit, 1, 64-65, unde in Norvegiam transmittit et Sælam attingit, 1, 66-67, Hakonem dynastam vivum capit et dimittit, 1, 71-74. Autumnno in Upplanda ad Sigurdum Porcam et

*) Vide Hist. eccles. Island. Tom. 1, pag. 73, seqv.

- matrem profiscitur, et apud eos hiemem agit, 1, 74-82.
1015. Nascitur Haraldus Sigurdi filius, postea rex Norv., 1, 83, cfr. 1, 153; 2, 44, 88; regibus Upplandorum ad Olavum transeuntibus, Olavo regnum Norvegiæ adjudicatur, 1, 83-88. Svein dynasta e Thrandheimo fugit 1, 91-94. Olavus collecto exercitu, dominica palmarum, cum Sveine ante Nesjas prælio navali decertat, 1, 94-103. Svein dynasta in Sveciam profectus obit, 1, 106. Rex Olavus Nidarosi hiemem agit, 1, 105-7.
1016. Hieme legati Olavi Svionum regis necati, 1, 112 seq. Vere misso nuntio Hjaltium Skeggii filium ab Islandia arcessit, leges Islandorum reformat, 1, 115. Compositio inter regem Olavum et Erlingum Skjalgi f., 1, 116-17. Olavus præfecturam inter Svinasundum et Gothalbim, cæso Eilivo Gotho, sibi subjicit, 1, 118-21; Sarpborgæ oppidum instituit, ibique hiemat, 1, 121.
1017. Hieme cæsus Thrandus Albus 1, 123. Vere Eyvindus Uricornis Hroiium Strabonem interficit et diripit, 1, 123-24. Æstate rex ad albam profectus societatem et amicitiam cum Rögnvaldo Gothiæ dynasta facit, 1, 126. Björn aulæmagister regius et Hjaltius Skeggii filius legati in Sveciam mittuntur de pace, 1, 127-44, et hiemem in Svecia agunt. Autumno Gudleikus Gardicus ad Eylandiam a Svecis oppressus et necatus, ultore mox Eyvindo Uricorni, 1, 124 sq. Tum Olavus tres hiemes rex Norvegiæ fuerat, 126, i. e. ab anno 1014. Rex Olavus quinque regulorum Upplandorum, rebellium molientes, opprimit, 1, 144-51.
1018. Hieme: Moritur Sigurdus Porca, 1, 152. Rex Olavus convivio matris interest, 153. Rex Olavus Svecus comitiis Uppsalensibus, auctoritate Thorgnyris legiferi, ad pacem faciendam et affinitatem cum rege Norvegiæ jungendam cogitur, 1, 156-64. Insidiæ Ræreki adversus regem Olavum, 1, 164-73; Ræreki in Islandiam deportatur, ubi hiemem Reykholis agit, 1, 174-77. Æstate Rex Olavus Konungahellam ad sponsam suam petendam frustra profiscitur, 1, 164. 178 sq. Hjaltius Skeggii filius in Islandiam redit,

- 1, 178. 218. Eyvindus Uricornis, societate cum rege Hibernorum facta, Einarem dynastam Orcadensem devincit, *ibid.* Rex Olavus, infida pace, Borgæ frequens hiemare statuit, 1, 180-84.
- Principio hiemis Sigvatum poetam in Gothiam ad Rögnavaldum dynastam mittit, qui paulo ante festum Jolense Borgam redit, 1, 191-92.
1019. Hieme post festum Jolense, 1, 193, Astrida, Olavi Svionum regis filia, in Norvegiam profecta, cum Olavo rege nuptias jungit.
- Vere Ingigerda Olavi Svionum regis filia, Jarislavo, regi Holmgardi, despondetur et unacum Rögnavaldo dynasta in Russiam concedit, 1, 196. Mota seditione Gothorum adversus Svionum regem, auctore Emundo prætore, 1, 198-209, Önundus filius in societatem imperii admittitur. Rex Sveciæ et rex Norvegiæ Kongelæ conveniunt et in gratiam redeunt, 1, 210-11. Rex Rærekus Mödravallos concedit ibique hiemem agit, 1, 177. Cædes Eyvindi Uricornis, opera Einaris, Orcadum dynastæ, 1, 218. Thorkel alumnus in Norvegiam fugit et apud regem Olavum hiemat. Rex Olavus Nidarosi hiemem agit, 1, 211-30. Tum rex Norvegiæ quinque hiemes fuerat, p. 230, i. e. ab anno 1014.
1020. Vere Rex Olavus provinciam Nömdal. et Hialogiam visitat, ubi maximam ætatis partem agit, p. 232, 233.
- Æstate Thorfinnus dynasta regem Olavum convenit, in Orcades cum Thorkele alumno autumnus redit; Thorkel alumnus Einarem dynastam in convivio occidit, et principio hiemis in Norvegiam navigat, ubi hiemem agit, 1, 219-21. Procedente æstate rex Olavus Nidarosum se confert ibique hiemat, 233.
- Autumno annonæ caritas in Thrandheimo, 234. Sacrificia Thrandorum principio hiemis, 234-35. Rex Rærekus Kalvskinnum concedit p. 177.
1021. Brusius dynasta in Norvegiam profectus regi Olavo obsequium jurat, 1, 222-24. Thorfinnus regem Olavum adit, 224. Sententia regis Olavi de divisione Orcadum et cæde Einaris dynastæ. p. 227. Sacrificia Thrandorum, media hieme Mæriæ instituta, regis indignationem movent,

- p. 235, unde rex post festum paschatos (p. 236) Mæriam profectus sacrificia turbat, Ölverem ab Eggja interficit (p. 238), Nidarosum redit. Kalvus Arnii f. præfectus Thrandheimi interioris constituitur, p. 239. Tum Olavus rex Norvegiæ 7 hiemes fuerat, i. e. ab anno 1014.
- Æstate rex Mæriam utramque et Rømsdalum peragrat, ibid.
- Autumno et prima hieme prov. Gudbrandsdalos ad Christianismum cogit, baptizatur Gudbrandus Dalensis, p. 239-49. Rex hac hieme regnum peragrare pergit.
1022. Rex Olavus, principio anni Heidmarkiam, Thotnum, Hadalandum, Ringarikum obit et in christiana religione confirmat, p. 249. Rømos resistentes fugat et ad baptismum cogit, p. 249-50. Soleyas obeuntem Ottar poëta convenit et aulicus ejus esse cupit, nam proxime elapsa hieme Olavus Svionum rex obierat, p. 250. Önundus Olavi filius solus Sveciæ imperat.
- Vere Tunsbergi rex Olavus se continet, 250; conventus inter regem et Erlingum, 252 sq.
- Æstate rex in Vikam et ad fines regni proficiscitur; Einar Arcipotens regem in Albi convenit et cum eo in gratiam redit; rex Borgæ moratur. Thorer Phoca Asbjörnem, postea Phocidam dictum, spoliat, 1, 254.
1023. Post festum Jolense Asbjörn Phocicida Thorem Phocam Ögvaldsnesi, rege conviva præsentate, feria quinta paschatos obstruncat et vivus capitur, c. 113. Erlingus eum vinculis liberat, c. 114-16. Posthæc rex Vorsum, Hørdalandum, Sognum, Valdresum per æstatem convivando obit, c. 117, inde in Thotnum et per Dalos Nidarosum contendit, ubi hiemationem parat, quæ 10ma hiems ejus imperii fuit, c. 118, i. e. ab anno 1014.
- Æstate Einar Arcipotens in Angliam transivit ad Hakonem dynastam et Knutum regem, inde Romam proficiscitur, c. 118. Obiit rex Rærekus Kalvskinni in Islandia p. 177.
1024. Vere natus Magnus Bonus, c. 119, cfr. c. 236, str. 1. Interfectus Asbjörn Phocicida, c. 120.
- Æstate rex Olavus ad terminos regni proficiscitur,

- c. 121. Legatio Thorarinis Nefjulvi filii in Islandiam, c. 122-24. Einar Arcipotens Roma redit, c. 118. Res Færeysenses, c. 124.
- Autumno rex Upplanda obit, ibique sequentem hiemem moratur, c. 125. Ketil ab Ringuneso Gunnhildam, sororem Olavi regis ducit. Thorodus Guthormi Isridam materteram Olavi regis ducit, ibid.
- Hieme obit Gudmundus Potens, c. 126.
1025. Vere rex per Thotnum, Hadalandum, Ringarikum regressus, Tunsbergi moratur, p. 287.
- Æstate in Norvegiam veniunt Stein Skaptii, Thorodds Snorrii, Geller Thorkelis, Egil Halli Sisdensis. Legati Knuti regis Olavum Tunsbergi conveniunt, p. 290, et autumno ad Knutum redeunt, 293. Aslakus et Skjalgus Erlingi filii ad Knutum venientes præfectorum titulo ornantur, p. 294.
- Autumno rex Olavus societatem et fœdus cum Önundo Sveciæ rege adversus Knutum facit, ibid. Knutus in Daniam venit, p. 295. Rex Olavus Sarpsborgæ hiemat, p. 295.
1026. Vere iter Karlii Halogi in Bjarmiam, c. 129. Knutus in Angliam redit, Hördaknuto filio Daniæ præfecto, p. 205. Consilia Emmæ reginæ et Ulvi in Dania, p. 355-56. Reges Olavus et Önundus Kongelæ conveniunt, ibid. Olavus in Vikam redit, et per Agdas et Hördalandum obit, p. 306. Rex Færeysensium, cædes Thoralvi Dimunensis, c. 131.
- Æstate Geller legati nomine in Islandiam missus est, p. 313. Sigvatus Rothomagum mercandi causa com meat, p. 352.
- Procedente autumno rex in Thrandheimum contendit et Nidarosi hiemem tredecimam imperii sui agit, i. e. ab anno 1014, p. 314. Fuga Steinis Skaptii filii, p. 316-20.
- Principio hiemis 1026-27 Thorodds Snorrída in Jantiam proficiscitur et in vincula conjicitur, p. 332-33.
1027. Stein Skaptii f., ab rege Olavo pace donatus, primo vere in Angliam ad Knutum abit, p. 320-25. Thorodds Snorrii vinculis liberatus, ope Arnljoti Gellinæ, ad regem Olavum salvus evadit, p. 333-41.

Vere Finus ad copias evocandas missus, Thorer Canis ad Knutum proficiscitur, p. 325-32. Asmundus Grankelis filius Harekum spoliatur, c. 136. Cædes Karlii Mærici in Færeis, c. 138-39. Rex Olavus coactis copiis p. 341 Stadum prætervectus in Hördalandum venit, et inde in Daniam trajicit, c. 140. Reges Olavus et Önundus Sælandiam et Skaniam vastant, c. 141.

Æstate Geller novas leges et tributa in comitiis Islandorum frustra imperat, 1, 313. Sigvatus poeta Rothomago in Angliam venit et veniam in Norvegiam trajiciendi impetrat, c. 142. 157. Knutus collecto exercitu in Daniam navigat, c. 143. Hördaknutus affectando regno absistit, p. 356-58. Prælium in amne Sancto, c. 145. Cædes Ulvi dynastæ, c. 144-51. Reges Olavus et Önundus dimisso exercitu discedunt; rex Olavus relictis in Gothia navibus pedestri itinere per Smalanda et Gothiam occid. in Vikam delatus Sarpsborgæ hiemat, c. 147-48, 152-56.

Autumno Geller ab Islandia redit et regem Sarpsborgæ convenit, p. 314, 374. Knutus in Dania hiemat, p. 375; populum Norvegeticum et magnates largitionibus corrumpit, p. 376.

1028. Principio anni (p. 378) rex Olavus in Upplanda profectus apud Rödum convivatur, 379-81. Thorerer et Grjotgardum, fratres, filios Ölveris ab Eggja, interficit, c. 161. In Vikam Tunsbergum revertitur et in Gothiam ad reducendas naves mittit, p. 385-86.

Æstate cædes Grankelis, c. 163. Knutus contracto exercitu ex Limafjärdo in Norvegiam trajicit, et Olavo Tunsbergi morante, regnum sibi subjicit, cfr. 2, 124, eique Hakonem dynastam præficit dato adjutore Sigurdo episcopo, 2, 69; Hördaknuto regium nomen et imperium Daniæ dat, c. 164-65. Interea rex Olavus receptis e Gothia navibus in Drafnam secedit, dein Tunsbergum descendit et e Vika solvit principio hiemis, 2, 9. Festo Sancti Thomæ ante festum Jolense Erlingum ad Boknam devicit et necat, c. 168-69. Ex Norvegia fugit, cum 15 hiemes rex Norvegiæ fuerat, 2, 23.

- Hieme Thorer Canis cum Finnis commercia exercet, p. 42.
1029. Principio anni rex Olavus per Gudbrandsdalos et Heidmarkam proficiscitur, et sylvam Eidensem permensus in Vermalandum descendit, inde in Nerikum, ubi multum veris consumit.
 Æstate comparatis navibus in regnum Gardorum navigat, 2, 23-25. Sigvatus poëta Romiam peregrinatur, 2, 121. Kalvus ab Hakone dynasta Thrandheimo præficitur, 2, 31, et vere in Angliam ad Knutum profectus rebellii adversus Olavum principem se offert, et in Norvegiam redit, 2, 31-32. Hakon dynasta æstate in Angliam ad Knutum navigat, unde rediens autumnno mari submersus perit, p. 33.
- Hieme festo Jolensi Björn aulæmagister in regnum Gardorum venit ad regem Olavum, 2, 33-36. Thorer Canis commercia cum Finnis exercet hieme 1029-30.
1030. Post festum Jolense rex Olavus ex regno Gardorum domum tendit; vere in Sveciam venit, 2, 41.
 Æstate Thorer Canis exercitum colligit, p. 42. Einar Arcipotens in Angliam navigat, et post prælium Stiklastadense redit, ibid. Prælium Stiklastadense 4to Kal. Augusti (29 Julii), 2, 93-113. Obiit rex Olavus Sanctus, natus annos 35, 2, 142. Commisso prælio Svein Alfvæ filius jussu Knuti patris ex Vindlandia in Vikam trajicit et autumnno in Thrandheimum venit et rex salutatur, 2, 100.
1031. Sigurdus episcopus Norvegia excedere cogitur, 2, 104. Funus Sancti Olavi, auspiciis Grimkelis episcopi et Einaris Arcipotentis, effossum 2do Aug., regisque sanctitas declarata, 2, 105.
1033. Svein rex Tryggvium Olavi filium prope Boknam prælio victum necat, 2, 115-16.
 Hieme 1033-34 consilia Einaris et Kalvi de reducendo Magno Olavi filio, p. 117.
1034. Vere Einar Arcipotens et Kalvus Arnii, superata Carina, per Jämtiam et Helsingiam in Sveciam descendunt, inde æstate in regnum Gardorum navigant, et autumnno Aldejoborgam veniunt, Holmgardum ascendunt et Magno Olavi filio fidem jurant, 2, 117-18.

1035. Post festum Jolense Magnus Olavi filius Holmgardum relinquit,
Vere in Sveciam venit et in Norvegiam descendit,
2, 118-19. Svein Alfiuæ filius ex Norvegia in
Daniam fugit, 2, 120-23. Magnus Olavi filius,
cogn. Bonus, rex creatur, 2, 120.
Hieme 1035-36 obiit Svein Alfiuæ filius in Dania,
2, 124. 13mo Novembr. die dominica obit Knutus
Potens in Anglia, anno imperii 27, succedente
in Anglia Haraldo filio, 2, 124.
1040. 5 annis post mortem Knuti potentis, obit Haraldus
Knuti filius rex Angliæ, c. 245.
1042. Obiit Hørdaknutus rex Daniæ et Angliæ. Magnus
Bonus in regnum Daniæ succedit, c. 245-46.
1066. Obiit Haraldus Sigurdi filius in Anglia, c. 253.
-

I N D E X
NOMINUM PROPRIORUM
 IN DUOBUS
HISTORIÆ OLAVI SANCTI
 VOLUMINIBUS OCCURRENTIUM.

- A**
 Adalradus Angliæ rex, 1,
 34. 47-51. 54. 60. 64-
 65. 325. 2, 164.
 Adalstein Angliæ rex, 1,
 13. 17. 2, 137.
 Adils, 2, 64.
 Agdi s. Agdenses, 1, 332.
 2, 7. 24. 333.
 Agnar Ragnaris Rykkilis
 f., 2, 257.
 Akius aulicus, 2, 239.
 — Vagnis f., 2, 187.
 Alexius imperator, 2, 116-
 17. 147.
 Alfinnus dynasta, 2, 104.
 Alfiva regina, 2, 104-5.
 107. 109-10. 117. 188-
 89. 210. 218-19.
 Alvhilda regis ancilla, 1,
 254-55.
 — Ringi f., 1, 7.
 Amundius, 1, 205-6.
 — Arnii f., 1, 224.
 Andreas Guthormi Grabaki
 f., 2, 160.
 Angli, 1, 47. 50-51. 53.
 345. 2, 98. 224-25. 236.
 Arius Thorgilsis f., polyhi-
 stor, 1, 1-2. 5. 19. 2,
 29. 120.
 Armodus, 2, 86.
 Arnbjörn Arnii f., 1, 224.
 353. 2, 37. 308. 311-12.
 314.
 Arnfinnus, 1, 17.
 — Armodi f., 2, 86.
 — Thorfinni f., 1, 202.
 Arnus Armodi f., 1, 224.
 2, 86.
 — Arnii f., 1, 224. 295-98.
 2, 31. 108. 118. 206.
 308. 312. 314.
 Arnkel dynasta, 1, 202.
 Arnljotus Gellinius, 1, 308-
 11. 2, 71-72. 82.
 Arnor dynastarum poëta,
 1, 203. 254. 2, 94. 124.
 144.
 Arnvidus Cæcus, 1, 195-99.
 Asbjörn Phocicida, 1, 238-
 51. 257-59. 2, 75-76.
 Asgötus procurator, 1, 114-
 16.
 Askel, 1, 236.
 — 2, 272.
 Aslakus Erlingi f., 1, 71.
 75. 272.
 — ex Finneya, 2, 49. 89.
 234.
 — Fitjaskallius, 1, 236-37.
 2, 19. 21. 25-26.
 Asmundus Grankelis f., 1,
 219-20. 256-59. 302-4.
 2, 3. 133.
 Asta Gudbrandi f., 1, 23.
 25-26. 28. 30-36. 76-79.
 81-83. 148-50. 265. 2,
 257.

- Astrida Eiriki Bjodaskallii
 f., 1, 20. 130.
 — regina, 1, 171. 184-88.
 190. 194. 349. 2, 31.
 47. 176. 178-80.
 — Steinkelis f., 1, 7.
 — Sveinis regis f., 1, 281.
 — Tryggvii f., 1, 68. 71.
 Attius Arrogans, 1, 191.
 195.
 Avrafastius, 2, 52-53. 56.
 72. 82. 202.
- B**ardus, 2, 285.
 — Jökulis f., 2, 35.
 — sacerdos, 1, 293.
 Bergljota Hakonis f., 1, 62.
 235.
 — Thoreris f., 1, 7. 18.
 Bergus, 1, 322.
 Bersius Torvii poëtae f., 1,
 102. 270. 2, 231.
 Bjarmi, 1, 275. 277-78.
 281. 299. 2, 267-69.
 Bjarnius Gullbræe poëta,
 2, 23. 38-39. 88. 131.
 135. 151.
 — Thorarinis nepos, 2,
 295-98.
 Björn, 2, 285.
 — Crassus, aulæmagister,
 1, 110. 121. 126-33.
 136. 141. 151-55. 158.
 174. 2, 31. 40-43. 87-
 89. 191-93. 308. 312.
 — Haraldi Pulericomi f.,
 1, 7-8. 10. 14.
 — Hitardalensium athleta,
 1, 112. 231.
 — Islandus, 2, 272-74.
 — procurator, 1, 349-51.
 2, 307. 321-22.
 — Svionum rex, 1, 157.
 — *vide* Styrbjörn.
- Björn Thrandi f., 2, 297.
 Blakumanni s. Blökumanni,
 2, 147. 270.
 Brusius colonus, 2, 26-29.
 — Sigurdi f., dynasta, 1,
 203-8. 210-17. 225. 2,
 151.
 Brynjolvus Ulyvaldius, 1,
 119-20. 123.
 Bulgari, 2, 93.
 Burisleivus Gardorum rex,
 2, 260. 263-69. 271-72.
 275.
 Bödvar Bjarkius, 2, 284-85.
 — Vikinga-Karii f., 1, 130.
 Bölverkus poëta, 2, 93.
- C**arolus Magnus, 1, 256.
 Christus, 1, 167. 2, 53.
 56-57. 114. 131. 153.
 223. 266. 286. 324. 347.
- D**agus Haraldi f., 1, 7. 8.
 — Ringi f., 2, 51. 257.
 — Ringi f., 2, 31. 51-52.
 57. 60. 65-66. 79. 86.
 89. 92. 94. 205. 257-58.
 — Rödulvi f., 1, 349-52.
 2, 306. 310. 315. 321-22.
 Dalenses, 1, 349.
 Dani, 1, 44. 47. 51. 65.
 83. 119. 123. 134. 161.
 192. 217. 321. 328-29.
 335. 339. 2, 106. 226-
 27. 236. 240-41. 244.
 248. 251.
 Dungadus de Kataneso, 1,
 202.
- E**dla, pellex, 1, 171.
 Edrikus Strjona *vide* Heid-
 rekus Str.
 Egil, Astridæ educator, 1,
 171.

- Egil Halli f., 286. 288.
 337-38. 2, 31. 299-306.
 Eilivus Gothus, 1, 119-21.
 — Rögvaldi f. dynasta,
 1, 189.
 Einar Arcipotens, 1, 61-
 63. 92-93. 95. 102. 105.
 109. 235. 254. 318. 2,
 5. 31. 43. 48-49. 107.
 109-10. 118. 121-23. 134.
 174-75. 218-19. 286. 288.
 292-93.
 — Eyolvi f., 1, 261. 263-
 64. 2, 294.
 — Guthormi Grabaki f., 2,
 160-62.
 — Islandus, 2, 31.
 — Rangmudus, Sigurdi f.
 dynasta, 1, 170. 203-10.
 214-15. 220.
 — Skulii f., 2, 117. 159.
 323.
 Eindridius Einaris Arcipo-
 tentis f., 1, 62. 2, 5.
 286-93.
 — Juvenis, 2, 117. 338.
 — Styrkaris f., 1, 61.
 Eirikus Bjodaskallius, 1,
 20. 130.
 — Björnir f., Svionum rex,
 2, 239. 241-44. 247.
 — Danorum rex, 1, 6.
 — Eymundi f., Svionum
 rex 1, 23. 156.
 — Hakonis f., dynasta, 1,
 34. 60-64. 69-70. 91. 267.
 2, 165. 235.
 — Hördia rex, 1, 6.
 — Sangvis securis (Blodaxa),
 1, 6. 8-11. 14-18. 202.
 211.
 — Victoriosus, Svionum
 rex, 1, 24. 69. 138. 157.
 Ella, 1, 51.
 Emma regina, 1, 60. 64.
 327. 2, 164.
 Emundus Olavi et Edlæ f.,
 1, 171.
 — de Skaris, 1, 189-96.
 198-99.
 Erlendus de Gerdo, 2, 49.
 89. 234.
 — Torv-Einaris f., dynasta,
 1, 202.
 Erlingus Eiriki Sangvisecu-
 ris f., 1, 17. 22.
 — Jonis f., 2, 132.
 — Skjalgi f., 1, 68-72. 75.
 95. 108. 117-18. 226.
 236-37. 240-43. 246. 248-
 51. 282. 292. 294. 296.
 319. 345. 2, 4. 13-16.
 18-20. 22. 24-26. 43. 49.
 122. 232-34. 286-93.
 Estones, 1, 156.
 Eymundus Ringi f., 2, 257-
 81.
 — ex Sparabuo *vide* Önun-
 dus.
 Eynenses, 1, 223.
 Eystein archiepiscopus, 2,
 111.
 — Harald Gillii f., rex, 2,
 117. 159. 326.
 — Heidmarkæ dynasta, 1, 7.
 — Magni Nudipedis f., 2,
 155.
 — Malus, rex, 1, 289.
 — Orrius Thorbergi f., 1,
 293-94.
 — Strepens, 1, 201.
 Eyvindus Skaldaspiller, 1,
 3. 7. 218.
 — Unicornis, 1, 122-25.
 169-70. 207. 214.
Finni, 1, 43. 156. 2, 47.
 86. 207. 250.

- Finnus Arnii f., 1, 224-25.
 295-302. 2, 31. 58. 70-
 71. 80. 88. 90. 108. 118.
 151. 200. 203. 205-7.
 302-3. 308. 311. 314.
 — Haraldi f., 2, 31.
 — Parvus, 1, 161-62. 164.
 — Strabo, 1, 7.
 Flæmingi, 2, 147.
 Franci, 2, 147-48.
 Freya, 1, 220.
 Freyus, 2, 236.
 Freyvidus Surdus, 1, 195-99.
 Erodus Eiriki f., 1, 17.
 — Haraldi f., 1, 7-9.
 Færeýenses, 1, 264-65. 283.
 285. 288.
- G**amlius Eiriki Sangvisecu-
 ris f., 1, 17-18.
 Geirfidus, 1, 55-56.
 Geller Thorkelis f., 266.
 288-89. 304. 342.
 Gestus, 2, 176-77.
 Gillius prætor, 1, 264-65.
 283. 313. 317.
 Gissur Albus, 1, 130.
 — Gudbrandi f., 1, 31.
 — Niger, 1, 132. 136. 141.
 Gizur s. Gissur Gulbraæ-
 alumnus, 2, 31. 60-61.
 84. 204.
 Godormus, 1, 13.
 — 2, 236.
 Gormus Grandævus, 1, 269.
 Gothi, 1, 121. 126. 190-92.
 2, 179.
 — Occidentales, 1, 127.
 154-55. 173. 190. 198.
 Gothius Tovii f., 1, 192.
 Gothus Rufus; 1, 283-84.
 316-17.
 Gotlandi, 1, 41.
 Grankel(Granketil)colonus,
- 1, 219. 303-4. 2, 3. 75.
 Grelada Dungadi f., 1, 202.
 Grimkel episcopus, 1, 110.
 122. 2, 109-10. 236.
 Grimus Pontifex, 2, 67.
 — Thorgilsis f., 2, 100-103.
 109.
 Grjotgardus, frater Sigurdi
 dynastæ, 1, 18-19.
 — Ölveris f., 1, 353-54.
 2, 37. 76.
 Groa Thorsteinis Rufi f., 1,
 202.
 Græci, 2, 147-48. 338. 341.
 Gudbrandus Dalensis, 1,
 226-33.
 — Kula, 1, 23. 31.
 Gudinius dynasta, 1, 335.
 Gudleikus Gardicus, 1, 124-
 25.
 Gudmundus Potens, Eyólvi
 f., 1, 168-69. 261. 263-64.
 266. 2, 258. 294.
 Gudrödus Björnís f., 1, 10.
 14-16. 20.
 — Dalorum rex, 1, 83. 142.
 144. 147.
 — Eiriki Sangvisecuris f.,
 1, 20.
 — Haraldi Pulcricomi et
 Gydæ f., 1, 6.
 — Splendor, 1, 7. 10.
 — Venationis rex, 1, 29.
 Gullharaldus, 1, 22.
 Gunnhilda Halvdanis f., 1,
 7. 218.
 — Knuti Potentis f., 2, 164.
 — regina, Henrici f., 2, 132.
 — Regum - genitrix, 1, 9.
 14. 17. 19-21. 23. 84. 138.
 — Sigurdi Porcæ f., 1, 77.
 265-66. 2, 145.
 — Sveinis dynastæ f., 1, 75.
 Gunnstein Langeyensis, 1,

- 256-57. 274. 277. 279-81. 300.
- Guthormus, 2, 335.
- Eiriki f., 1, 17.
- Grabakus, 2, 160.
- Haraldi et Gydæ f., 1, 6.
- Haraldi et Ragnhildæ f., 1, 6. 8. 9.
- Ketilis f., 2, 145-47.
- Sigurdi f., dynasta, 1, 201.
- Sigurdi Porcæ f., 1, 77. 148-49.
- Sindrius, 1, 11.
- Gyda Angla, 2, 121.
- Eiriki f., 1, 6.
- Gudinii f., 1, 335.
- Ulvi dynastæ soror, 1, 335.
- Gökathorer, 2, 52-53. 56. 72. 82. 202.
- H**akon Adalsteinis - alumnus, 1, 13. 15-19. 32. 84. 111. 138. 202. 219. 290. 2, 137.
- Eiriki f., dynasta, 1, 60. 63. 68. 73-75. 80. 91. 118. 254. 267-69. 272. 322-24. 345. 357. 2, 4. 5. 22. 25-26. 30. 35. 37-42. 47-48. 73. 235.
- Grjotgardi f., Hladarum dynasta, 1, 6.
- Potens, Sigurdi f., Hladarum dynasta, 1, 1. 3. 7. 18-20. 22-24. 26. 32. 62. 84. 267. 2, 165. 235. 292.
- Haldor, 2, 159.
- Brynjolvi f., 1, 282.
- Rannveigæ f., 1, 34.
- Hallus de Sida, 1, 1. 266.
- Thorarinis f., 1, 2.
- Hallvardus Hareksblesius, 2, 11.
- Islandus, 1, 209.
- Sanctus, 2, 257.
- Halogi, 1, 218. 221. 242. 299. 2, 77.
- Halvdan Albus, 1, 6. 9.
- Alticus, 1, 7. 9. 201.
- dynasta, 1, 7. 218.
- Haraldi Pulcricomi f., 1, 6.
- Niger, rex, 1, 3.
- Niger, 1, 6-7. 9. 11-12. 14.
- Sigurdi Porcæ f., 1. 77. 148-50.
- Halvus rex, 2, 283. 285.
- Har manu fortis, 2, 64.
- Haraldus dynasta, 2, 105.
- Gillius, rex, 2, 117.
- Gormi f., Danorum rex, 1, 19. 22. 84. 138. 267. 323. 2, 165. 235. 241-42. 244.
- Haraldus Grafeldus, 1, 17. 20. 22. 267.
- Grænlandus, 1, 20-26. 32.
- Gudinii f., Angliæ rex, 1, 335.
- Hilditannus, 2, 319.
- Knuti f., 1, 64. 2, 132. 142. 164.
- Pulcricomus, 1, 3. 6-16. 18. 23. 60. 77. 79-80. 83-84. 138. 201. 211. 218. 290. 2, 51. 75. 236. 257. 319.
- Sigurdi f., rex, 1, 1. 77. 83. 149. 217. 2, 50-51. 66-67. 92-93. 145. 152-53. 197-98. 205.
- Thorkelis Alti f., 2, 38. 105.

- Harekus Haraldi Pulcricom-
 mi f., 1, 6.
 — de Thjotta, 1, 218-19.
 224. 256. 303-4. 339-42.
 2, 3-4. 43. 48. 75. 77. 79.
 89. 91. 132-33. 234.
 Havardus Thorfinni f., 1,
 202.
 Heidmarkenses, 1, 107.
 Heidrekus Strjona, 1, 64.
 2, 164. 166.
 Helgius, 2, 295-96. 299.
 — aulicus, 2, 242. 247-49.
 252-56.
 Helsingi, 1, 290.
 Hemingus dynasta, 2, 243.
 — frater Thorkelis Proce-
 ri, 2, 164-65.
 Henricus imperator, 2, 132.
 Hiberni, 1, 66. 2, 174.
 Hilda Eysteinis f., 1, 7.
 — Rolvi Nasonis f., 1, 60.
 Hjaltius Animosus, 2, 284.
 — Skeggii f., 1, 117. 127-
 32. 135-37. 139-41. 151-
 53. 169.
 Holmfrida Eiriki f., 1, 69.
 — Olavi f., 1, 171.
 Hranus Albus, 1, 20.
 Hundius (Hvelpus) Sigurdi
 f., 1, 203.
 Hvitserkus Velox, 2, 284.
 Hördaknutus, 1, 64. 326-28.
 2, 4. 131. 142-43. 164.
 Hörði s. Hördalandi s. Hör-
 denses, 1, 347. 2, 77.
 86. 124. 144. 329. 336.
 Ingibjarga Dynastarum ma-
 ter, 2, 151.
 — Finni f., 2, 183.
 — Haraldi f., 1, 7. 218.
 — Tryggvii f., 1, 69. 125.
 129-30. 132. 136. 141.
 156. 2, 286.
 — Thrandi f., 2, 239.
 Ingigerda Haraldi f., 1, 7.
 — regina, 1, 132. 136-37.
 139-41. 151-52. 155. 157-
 58. 170-73. 184. 186-89.
 194. 2, 31. 43. 46. 202.
 261. 276-77. 279-82.
 Ingiríða Sigurdi Porcæ f.,
 1, 77.
 Ingius Haraldi Gillii f., rex,
 2, 117. 159. 326.
 Ingunar-Freyus, 1, 3.
 Innstein, 2, 285.
 Islandi, 1, 111. 132. 135.
 259-60. 264. 288-99. 2,
 66. 230. 273. 300.
 Isleivus episcopus, 1, 2.
 Isrida, 1, 266. 2, 257.
 Ivar Albus, 1, 336.
 — Sigtryggi f., 2, 31.
 Jacobus Olavi f. *vide* Önun-
 dus.
 Jamti, 1, 290-91. 305-6.
 Jarizleivus rex, 1, 184-85,
 188. 2, 31. 43. 46-47,
 93. 123. 260-64. 266-68.
 275-76. 278-82.
 Jarthruda Jonis f., 2, 132.
 Jatgeir Adalradi f., 1, 60.
 Jatmundus Adalradi f., 1,
 54. 60. 64. 2, 164. 166.
 — Sanctus, 1, 47. 49. 335.
 Jatvardus Adalradi f., 1, 54,
 60. 2, 164. 166.
 Jatvigus Adalradi f., 1, 60.
 Jomalius, 1, 277. 279.
 Jomenses, 1, 26. 62. 84.
 Jon Archiepiscopus, 2, 320.
 — Arnii f., 2, 132.
 — mercator, 2, 187-88.

- Jon Sanctus, episcopus, 2, 300.
- Jorunna poëtria, 1, 11.
- Joti, 1, 323. 332. 2, 241.
- Julianus Apostata, 1, 47.
- Jökul Bardi f., 2, 35-36.
- K**alvus Arnii f., 1, 224-25. 295-98. 351-52. 2, 23. 25-26. 35. 37-40. 43. 75-80. 86. 88-90. 108. 118. 121-24. 131. 133-34. 151. 191. 199-200. 203-7. 234. 308. 311. 314.
- cognatus Kalvi Arnii f., 2, 86.
- Karius Hördensis, 1, 13. 22.
- pirata *vide* Vikinga-Karius.
- Karlius colonus, 2, 182-83.
- Langeyensis, 1, 256-57. 259. 274-80. 299-300. 302. 2, 233.
- Mæricus, 1, 312-18.
- Ketil Gardensis, 2, 272.
- Hængus, 2, 292.
- Jamtus, 1, 289.
- ab Ringuneso, 1, 94. 107. 145-46. 265-66. 2, 145.
- Kimbius, 2, 95.
- Kiriali, 1, 156.
- Klyppus dux, 1, 22.
- Klængus Brusii f., 1, 94.
- Knütidæ, 2, 107. 121.
- Knutus Potens, Sveinis f., 1, 34. 46. 60. 62-65. 75. 81. 201. 217. 254. 267-73. 281-82. 297-98. 302. 319-31. 334-45. 354. 2, 1. 3-6. 10-12. 30. 35. 38-43. 48-50. 73-75. 104. 107-8. 118. 122. 132. 142. 164-68. 185. 188-99. 205. 207-8. 226. 234-35. 294-96. 303.
- Kolbein, 2, 158.
- Robustus, 1, 231-32. 2, 31.
- Kolbjörn Arnii f., 1, 224. 2, 206. 308. 312. 314.
- Kolus Halli f., 1, 1.
- Konoföggrus Hibernorum rex, 1, 169-70. 207.
- Kuri, 1, 156.
- Kveldulvus, 2, 292.
- L**eivus Brattahlidensis, 1, 168.
- Össuris f., 1, 264-65. 283. 313-18.
- Ljotus Thorfinni f., 1, 202.
- Lodin Erlingi f., 1, 71. 2, 286.
- Loptus, 2, 296.
- Lödver Thorfinni f., 1, 202.
- M**agnus Bonus, Olavi f., 1, 255. 2, 31. 34. 47. 120. 123-24. 126-27. 131-35. 142-45. 150. 152. 208. 333-34.
- Haraldi f., rex, 2, 153.
- Nudipes, 2, 154-55.
- Ottonis ducis f., 2, 143.
- Margadus rex, 2, 145-46.
- Maria virgo, 2, 149. 213.
- Melkolvus rex, 1, 203.
- Mercurius Sanctus, 1, 47.
- Mærii s. Mærensens, 1, 59. 2, 327.
- Mörükarius dynasta, 1, 335.
- Möttul rex, 2, 233-34.
- N**ereidus dynasta, 1, 77.
- Nicolaus Cardinalis, 2, 160.
- Njal Finni f., 1, 7.
- Njördus, 1, 3.

- Nordlandi, 1, 260-61.
 Nordmanni, 1, 48. 61. 155.
 170. 217. 263. 306. 330.
 337. 339. 345. 2, 50. 52.
 280.
 Norvegi, 1, 135. 139. 2,
 35. 107. 118. 123. 149.
 262. 264-68. 271. 275-76.
 278. 280. 286. 327. 342.
 Nömudalenses, 1, 290.
Oddus Koli f., 1, 1.
 Odin, 1, 13. 220. 2, 176-
 78. 225. 236. 243-44.
 Olava Annonæ-levatrix, 1, 7.
 — Böðvari f., 1, 130.
 Olavus Björniss f., Svionum
 rex, 2, 239.
 — Crassipes, 1, 27.
 — Eiriki f., Svionum rex,
 1, 24.
 — *genius* Geirstadensis, 1,
 26. 28-29. 35.
 — Haraldi Pulcrifici f.,
 1, 7-10. 14-15.
 — Kalvi Arnii f. cognatus,
 2, 86. 88. 234.
 — Magni Nudipedis f., 2,
 155.
 — Sanctus, Haraldi f., 1,
 2. 4-5. 28. 31-42. 44-59.
 61. 64-66. 68. 72-76. 78-
 79. 81-87. 89-99. 102.
 104-5. 107-29. 131. 133.
 136-37. 139-46. 148. 152-
 55. 157-66. 168-75. 181-
 82. 184-88. 190. 194. 196.
 199-200. 207-8. 210-20.
 222. 225. 227-29. 231.
 233-36. 239. 242. 244.
 246. 251-52. 254-61. 263-
 69. 271-73. 279. 281-83.
 285. 288-91. 294. 297-99.
 302-5. 311. 313. 316. 318-
 24. 326. 328-34. 336-43.
 345-49. 351. 353-54. 2,
 1. 3. 11-12. 14. 18. 22-23.
 25-32. 34-37. 39-54. 56.
 59-60. 62-63. 65. 68-84.
 86. 88. 90. 92-95. 98-100.
 102-3. 105. 107-11. 113-
 20. 123. 127-32. 135. 137.
 143-76. 178. 180-83. 185-
 86. 189-97. 201-2. 204-8.
 210-24. 228-30. 232-36.
 238. 257-59. 261. 282.
 286. 294-96. 299-300.
 303-4. 306-8. 310. 314-
 15. 323. 325. 327. 330-42.
 345-48.
 — Svecus, Eiriki f., rex, 1,
 24. 34. 40. 69. 81. 108.
 114-115. 130. 132. 137.
 154. 156-57. 170-71. 174.
 184. 188-89. 193. 197-
 200. 217. 234-35. 290.
 2, 176. 178. 180. 261. 312.
 — Tranquillus, rex, 2, 153-
 54.
 — Tryggvii f., 1, 2. 32-
 34. 60-62. 68-71. 75. 79.
 81. 84. 93. 115. 118.
 126. 128-30. 138. 202-3.
 211. 219. 339. 2, 44.
 137. 299.
 — Vestfoldæ rex, 1, 3.
 Ottar Niger, 1, 5. 37-38.
 41. 49. 51. 53. 59. 67.
 73. 132. 141. 147. 184.
 234. 331. 2, 178-80.
 232. 327.
 Otto, dux Saxonix, 2, 143.
Parti s. Perthenses, 1, 52.
 Petrus Apostolus, 2, 222.
 Pezini, 2, 341.
Ragnar (Rögnvaldus) Ag-

- naris f., 2, 257-61. 264-65. 269. 271. 273-74. 277. 279. 281.
 Ragnar Haraldi f., 1, 8.
 — Rykkil *vide* Rögvaldus Rykkil.
 Ragnhilda, 2, 293. 297.
 — Arnii f., 1, 224.
 — Eiriki regis f., 1, 6.
 — Eiriki Sangvisecuris f., 1, 17.
 — Erlingi f., 1, 71. 292-94. 296.
 — Rödi uxor, 1, 349. 2, 306.
 Ranius Mjonevus (Nasica), 1, 77.
 — Peregrinator, 1, 20-21. 26. 28-33. 35-37. 65. 68. 79.
 Rannveiga Sigurdi f., 2, 132.
 Revus Hofgardensis, 2, 60. 84.
 Rhoius Stultus, 2, 245-57.
 Richardus sacerdos, 2, 160. 162.
 Rigardus, 2, 297.
 Rikardus Rudæ dynasta, 1, 60.
 Ringus Dagi f., 1, 7. 350. 2, 51. 205. 257-58. 321.
 — Haraldi Pulricomi f., 1, 7. 2, 51. 257.
 — Heidmarkæ rex, 1, 83. 85-86. 142. 147.
 Rodbertus dynasta, 1, 60.
 — Hasta-longa, 1, 60.
 Rogalandi, 2, 77. 86.
 Roius Strabo, 1, 119. 124.
 Rokus Niger, 2, 285.
 Rolvus Jaculator, 2, 64.
 — Krakius, 2, 177. 283-85.
 — Naso, 1, 60.
 — Pedes, 1, 60-61.
 Rutus ab Viggja, 2, 66. 234.
 Rærekus rex, 1, 83. 86. 142-44. 147. 158-69. 257-58.
 Rödulvus s. Rödus, 1, 349-51. 2, 306-10. 313-22.
 Rögvaldus Brusii f., 1, 206. 211. 216. 2, 31. 92-94. 150-51. 194. 203. 205.
 — Olavi f., rex, 1, 3.
 — Potens, Mæriarum dynasta, 1, 60. 201.
 — Rectipes, 1, 7. 9-10.
 — Rykkil, 1, 7-8. 2, 257.
 — Ulvi f., dynasta, 1, 69-70. 125. 127. 129. 135-36. 151-53. 155. 158. 170. 173-75. 179-80. 182-85. 188-90. 2, 276-77. 281-82.
 Römi, 2, 328.
Saxones, 1, 123. 161. 2, 236.
 Sigrida Erlingi f., 2, 286-93.
 — Imperiosa, Sköggulæ-Tostii f., 1, 21. 24-26. 34. 69.
 — Kalvi Arnii f. uxor, 2, 37-38.
 — Sveinis f., 1, 272.
 — Thorolvi f., 1, 237-39. 258.
 Sigtryggus colonus, 2, 31.
 — Haraldi Pulricomi f., 1, 7.
 Sigurbjarga Thorgnyis f., 2, 251-52.
 Sigurdus Akii f., 2, 187-90.
 — Canis, 2, 132.
 — Crassus, dynasta, 1, 202-4. 211.
 — dynasta Orkadensis, 1, 201.
 — episcopus, 1, 122. 228.


231. 249. 2, 73. 92.
108. 166 - 68. 197 - 99.
201. 236.
- Sigurdus Erlingi f., 1, 71.
296.
- Fabnericida, 2, 210-11.
232. 319.
- Finni Strabonis f., 1, 7.
- Haraldi f., 1, 6. 8. 14-15.
- Haraldi Gillii f., rex, 2,
117. 160. 326.
- Hita (Pera), 1, 162. 164.
- Hladarum dynasta, 1,
15. 18-20.
- Hrisius, 1, 7.
- Magni Nudipedis f., Hierosolymipeta, 2, 155. 158.
348.
- Porca, 1, 31-33. 35-36.
76-83. 87. 94. 105. 107.
148. 265. 2, 174. 257.
- Rhoii frater, 2, 254.
- Rödulvi f., 1, 349-50.
2, 306. 310. 313. 315.
- Sleva, 1, 17. 22.
- Thoreris f., 1, 237-38.
- Thoreris Canis f., 2, 132.
- Thorlaki f., 1, 283-84.
286-88. 317.
- Sigvatus poëta, 1, 5. 39.
42-44. 50. 52-56. 59. 61.
64. 70-71. 74. 87-90. 97-
101. 105. 111. 133-35.
162. 63. 175-81. 184-86.
226. 255-56. 270-71. 318.
321-23. 325. 328-29. 342-
43. 345-48. 2, 1-2. 15-
17. 20. 21. 32. 61. 68-69.
79. 81-83. 85-87. 89. 98.
111. 119-20. 127-31. 135-
36. 176. 178-85. 208-11.
218. 230-31. 233. 327.
- Skaneyenses, 1, 332. 2,
236. 335.
- Skaptius prætor, 1, 117.
168. 263. 266. 291.
- Thoroddi f., 1, 111.
- Skjalgus Erlingi f., 1, 71.
237. 245. 46. 248. 272.
2, 286. 290-91. 293.
- Skjöldus, 2, 236.
- Skulius Thorfinni f., 1, 202.
- Skögulæ-Tostius, 1, 21. 24.
- Skönenses, 1, 223.
- Snjofrida Finna, 1, 7-8.
- Snorrius Pontifex, 1, 2.
263. 266.
- Sognenses s. Sognii, 1, 179.
2, 77. 135. 36. 331.
- Sotius pirata, 1, 39.
- Sparbygggi, 1, 69. 223.
- Stein Skaptii f., 1, 266.
288. 291. 96. 298. 2,
185-86.
- Steinkel Svionum rex, 1, 7.
- Steinvara, 2, 223. 227. 229.
- Stephanus sacerdos, 2, 214.
- Stordæli, 1, 69.
- Styrbjörn Svionum athleta,
1, 24. 138. 140. 2, 239-
44.
- Styrkar ab Gimsis, 1, 61.
- Styrmer polyhistor, 2, 176.
223. 258.
- Sumarlidius Sigurdi f., 1,
203-4.
- Svanhilda Eysteinis f., 1, 7.
- Svein Eiriki f., dynasta, 1,
60.
- Furcobarbus, Danorum
rex, 1, 34. 47. 69. 138.
267. 281. 2, 164 - 65.
235. 245-47. 256.
- Gudinii f., 1, 335.
- Hakonis f., dynasta, 1,
27. 30. 34. 60. 62-63. 69.
75. 80. 91. 93. 98. 101.
103. 106-9. 118. 144. 183.

235. 267. 269. 272. 332.
2, 29-30. 73. 118. 165.
174-75.
- Svein Knuti f., rex, 2, 48.
104-5. 107-8. 110. 112.
117. 120-22. 126. 131-32.
210. 218.
- Ræreki cognatus, 1,
159-60.
- Ulvi f., 1, 282. 328. 2,
143.
- Sviones, 1, 40. 83. 127.
129. 132. 139-40. 150.
171. 190. 199. 290. 306.
330-31. 333. 336-37. 2,
50. 172-73. 198. 236.
- Sæmingus, 1, 3.
- Sölvius Klofius, 1, 9.
- Sör, 1, 289.
- T**eitius Isleivi f., 1, 2.
- Thangbrandus presbyter, 1,
2.
- Thingamanni, 1, 51-52.
63. 2, 164.
- Thjodolvus Hviniensis, 1, 3.
29.
- poëta Islandus, 2, 92. 145.
- Thor, 1, 220. 227. 230. 2,
236. 243.
- Thora Mosturstanga, 1, 13.
- Njalis f., 1, 7.
- Sigurdi Hierosolymipetæ
mater, 2, 158.
- Thorbergi f., 1, 293.
- Thorsteinis f., 1, 224.
- Thoraldius, procurator re-
gius, 1, 222-23.
- Thorolvus ex Dimune, 1,
264. 65. 283-88.
- Thorar prætor, 1, 305-6.
- Thorarin Loftunga, 2, 5-6.
10. 112.
- Nevjolvi f., 1, 166-69.
- 245-48. 260. 263. 64. 2,
231. 258. 293-99.
- Thorbergus Arnii f., 1, 71.
224. 292-08. 2, 31. 90.
108. 118. 199. 206. 308.
311. 314.
- Thordisa Tovii f., 2, 306.
- Thordus Abdomen, 1, 229.
231.
- Börki f., 1, 260.
- Crassus, 2, 31.
- Folii f., 1, 163. 64. 2,
68-69. 82. 84.
- Guttormi f., 1, 266.
- Humilis, Thorlaki f., 1,
283-84. 286. 316-17.
- Islandus, 2, 31. 232.
- Islandus, 2, 272.
- Karii Hördensis f., 1, 22.
- Kolbeinis f., 1, 62-63.
112. 260.
- Niger, poëta, 1, 332.
- pirata, 2, 165.
- Sigvaldii-poëta, 1, 87.
2, 129. 230.
- Skotakollus, 1, 185.
- Thorer, 1, 308. 9.
- 2, 295. 96. 299.
- aulicus, 2, 242. 255-56.
- Canis, 1, 220. 237-38.
242-43. 251. 258-59. 274-
81. 299-302. 345. 351.
2, 4. 43. 47. 75. 77-80.
86-92. 101-2. 132. 203-4.
207-8. 233-34.
- dux, 1, 6.
- Erlingi f., 1, 71. 296.
2, 286.
- Helsingus, 1, 289. 2, 148.
- Longus, 1, 120-21. 164.
- Nevjulvi f., 2, 231.
- Phoca, 1, 237. 239-46.
250-51.


- Thorer Steigensis, 2, 257.
 — Tacitus, 1, 7.
 — Ölveris f., 1, 351-53.
 2, 30. 37-38. 76. 194.
 Thorfinnus, 1, 17.
 — Craniseca, 1, 202.
 — Munnus (Labeo), 2, 60.
 62. 84.
 — poëta, 2, 232.
 — Sigurdi f., dynasta, 1,
 203-4. 206-8. 210-17.
 225. 2, 150-51.
 Thorgeir Avrazkollus, 1, 1.
 — Flekkus, 2, 54-55. 133-
 34.
 — Havardi f., 1, 260. 2,
 232.
 — Kviststadensis, 2, 80.
 84. 204. 234.
 — procurator regius, 1,
 291-92.
 Thorgerda Egilis f., 2, 299-
 300.
 Thorgils Alma, 2, 67. 100-
 104. 109.
 — Arii f., 1, 169.
 — aulicus, 2, 242. 249-50.
 252-56.
 — Haraldi f., 1, 7-9.
 — Sprakaleggus, 1, 66.
 281.
 Thorgnyr, 1, 156.
 — Thorgnyris f., 1, 151.
 153-56. 158. 174. 2, 256.
 — Thorgnyris f., 1, 151.
 156. 242-43. 248. 251-56.
 Thorgötus Skardius, 1,
 114-16. 125.
 Thorkel Altus s. Procerus,
 1, 66. 2, 38. 105. 164-
 66. 169. 173. 225.
 — Alumnus, 1, 205-10.
 213. 215-17. 220.
 — ab Apavatno, 1, 88. 2, 230.
- Thorkel Eyolvi f., 1, 260.
 263-64. 266.
 Thorleikus Bollii f., 1, 260.
 Thorleivus Albus, 2, 31.
 — Kveikus, 2, 31. 204.
 Thorlöga, Egilis uxor, 2,
 299-300. 303.
 Thorunodus Kolbrunæ-po-
 eta, 1, 260. 2, 31. 58.
 60-63. 65. 94-98. 231.
 Thornya, 2, 257.
 Thoroddus poëta, Sjareki
 f., 1, 332.
 — Snorrrii f., 1, 266. 288.
 291. 304-9. 311.
 Thorolvus Strabo, 1, 236-
 37.
 Thorstein Galgius (Crux),
 1, 224.
 — Halli f., 1, 263. 266.
 — Knararsmidus, 2, 77-78.
 88. 234.
 — Polyhistor, 1, 200.
 — Ragnhildæ f., 2, 31.
 293-97.
 — Rufus, 1, 202.
 Thorvaldus Hjaltii f., 2,
 244-45.
 Thorvardus Gallius, 2, 223.
 229.
 Thorvidus Balbus, 1, 195.
 197.
 Thrandi, 1, 9. 11. 14-16.
 19. 32. 56. 84. 108-9.
 289-90. 2, 26. 62. 75.
 77. 81. 83. 107-8. 118.
 135. 205. 218. 327-28.
 338.
 — Interiores, 1, 115. 2,
 58. 83. 329.
 Thrandus, 2, 297.
 — Albus, 1, 123. 305.
 — ab Gata, 1, 264. 283-
 84. 287-88. 313-18.

- Thrandus Sula, 2, 239.
 — Thrandi f., 2, 297.
 Thurida Snorrii f., 1, 2.
 Thyria Haraldi Gormidæ f., 2, 241.
 Tokius Priscus, 2, 282.
 — Tokii f., 2, 282-83. 285-86.
 Torv - Einar dynasta, 1, 201-2.
 Torvius poëta, 1, 102.
 Tostius *vide* Skögulæ - Tostius.
 — dynasta, 1, 335.
 Tova Sigvati f., 2, 181.
 Tovius Egilis f., 2, 306.
 — Valgöti f., 1, 337-38. 2, 31. 299-306.
 Tryggvius Gydæ f., 2, 121-22.
 — Haraldi Pulcricomi f., 1, 7.
 — Olavi f., 1, 14-16. 20.
 Turcæ, 2, 270.
 Ulvilda Adalradi f., 2, 165.
 — Olavi Sancti f., 2, 31. 50. 143.
 Ulvkel Snillingus, 1, 50-51. 63. 2, 164-65. 226.
 Ulvus *vide* Röðulvus.
 — Rögnvaldi f., dynasta, 1, 189.
 — Sigridæ Imperiosæ frater, 1, 69.
 — Thorgilsis Sprakaleggi f., 1, 66. 281-82. 325-26. 331. 335-36. 2, 169. 173.
 — Thrandi f., 2, 239-40. 243.
 Upplandi, 1, 8. 80. 83. 87. 107. 234. 254. 2, 30. 66. 176.
 Uppsviones, 1, 194. 198-99.
 Utstein dynasta, 2, 285.
 Vagn Akii f., 2, 187.
 Valdamar rex, 2, 112. 260.
 Valgötus dynasta, 1, 338. 2, 299. 303-6.
 Valthjovus dynasta, 1, 335.
 Vartilavus rex, 2, 260. 276-81.
 Vendi, 2, 159.
 Verdalenses s. Verdæli, 1, 69. 223. 2, 62.
 Vidkunnus Jonis f., 2, 132.
 Vigleikus Arnii f., 2, 25-26.
 Vikenses, 1, 9-10. 14. 17. 20. 123. 126. 155.
 Vikinga-Karius, 1, 130.
 Vilborga, 1, 129-30.
 Viljalmus dynasta, 1, 55. 60.
 Vindlandi, 2, 143-45.
 Visivaldus rex, 1, 25.
 Vitgeir incantator, 1, 9.
 Væringi, 2, 116-17. 148-49. 219. 342.
 Æsa Hakonis dynastæ f., 1, 6.
 Ögmundus Folii f., 2, 69.
 Ölver ab Eggia, 1, 221-25. 351. 2, 37. 76.
 — rusticus, 1, 178.
 Önundus dynasta, ex Sparabuo, 1, 289.
 — (Jacobus) Svionum rex, 1, 171. 197. 199. 234. 272-73. 281-82. 320-21. 326. 328-31. 333. 336-37. 2, 47. 50. 235.
 Östmanni, 1, 317.


Emendanda et addenda. Hist. Ol. Tr. f. Vol. 3 Pag. 9 lin. 14. fama lege famam. p. 17 l. 18, Svinosundum l. Svinasundum, p. 35 l. 19, fremuerunt l. tremuerunt. p. 37 not. 4, vidit l. dixit. p. 47 not. 1, *askeiða* l. a *skeiða*. p. 57 l. 22, Sveno l. Svein. ibid. not. c. *hörrcða*, Hörorum. l. *Hörða*, Hördorum. p. 58 l. 11, Sveno l. Svein. ibid. l. 28, cim¹ l. cim², et adde not. 2: duodecim, C, S, quod verius. p. 72 not. l. 9, *βλεφαροις* l. *βλεφαροις*. p. 91 l. 5, cum l. eum. p. 92 l. 6, *το* femina delectatur. p. 96 not. l. 7, *fyl* l. *fy* l. p. 99 l. antepenult., indiguit l. indigeat. p. 105 l. 11, punxit l. pupugit. ibid. l. 13, ferit l. percussit; quæ anomalia etiam irrepsit p. 130 l. 18, 153 l. 15, 157 l. 7. p. 107 l. 26, fuerit l. fueris. p. 115 l. 13, post „Islandiam” excidit „pervenissem.” p. 117 l. 18, moriretur l. moreretur. p. 124 l. 17, incaluerunt l. coaluerunt. p. 135 l. 12, subsiderint l. subsederint. p. 139 l. 4, operant l. onerant. p. 145 l. 25, videntur l. videtur. p. 155 l. 15, ægri l. agrè. p. 176 l. 6, euronoto l. euronoti. p. 178 l. 27, Thorstein l. Thorsteini. p. 182 l. 3, cede l. cedo. p. 188 not. l. 2, ea l. eadem. p. 212 l. 17, post „Mariæ” adde: partes. p. 224 l. 5 et 23, cap. 1 et 2 l. §. 1 et 2. p. 226. l. 19, citentur l. citantur. p. 233 l. ult., postea comperi, lectionem *gegðarlausi* pravam esse, et reponendum *vægðarlausi*. p. 244 not. 2, *Hn̄da* potius exprimi debuerat per *Hr̄da*, nam in exscripto ambigua codicis scriptura literarum *r̄* expressa erat linea perpendiculari, ex qua media fere altera recta linea horizontalis exhibat, quæ arcte cum litera *v* juncta fuit. p. 257 l. 20, *vara nærr trauðr*, accepi h. l. voculam *nærr* pro adverbio, forte rectius sumitur pro adjectivo *næfr*=*knár*, strenuus, peritus, et refertur ad *herr*. p. 274 l. 41, *al-stafn* l. *Val-stafn*. Hist. Ol. S. Vol. 1 p. 242 l. 24-25, vero l. velo. Vol. 2 p. 159 l. 13 Thrandheimum l. Thrandheimum. p. 260 l. 16 et pp. 276-81 passim: Varnlavus l. Vartilavus.



1. Genus ducum Normanniæ (Vol. 5. c. 38).




2. Progenies Erlingi Strabonis (Vol. 1, 70).



*) Hujus cum Aslako Fitjaskallio cognationem (Vol. 4, 252) vide Vol. 3. Geneal. 6, δ.

**) In Vol. 5, 304 pravè vocatur Ingibjarga.


3. Hakon Potens, dyn.
 Norvegiæ.




*) In Vol. 4, 294 vocatur Sigrida; idem dissensus inter Cod. Hkr., vide Hk. Vol. 6.
 Ind. Nom., voc. *Gunnhildr* & *Sigridr*.




4. Gudbrandus Kula.




5. Olavus R. Sveciæ † 1022.



6. Sigurdus Crassus, dyn. Orcadensis. (Vol. 3. Geneal. 1.)




7. Familia Arnmodidarum *). Arnmodus.




*) Hæc altius repetitur longiusque deducitur in genealogia Arnmodidarum (*Arnæðlingatal*), cujus cum unum tantum exscriptum habeam nullaque ad manum sint collationis subsidia, eam ulterius pertexere supersedeo. Interim vide Hk. Tom. 3. Geneal. Tab. 3. stemma 3.


8. Genus Bjarkeyensium.



9. Svein Furcobarbus
R. Daniæ.



10. Thorgils Sprakaleggus



11.

a) cfr. cap. 160 & 186.

Haraldus pulcricomus
(Vol. 3. Geneal. 6, 5)
ux. Alvilda, f. Ringi Dagi f.

Ringus

Dagus

Rærekus, rex
† 1023.

Ringus, regno
pulsus 1017.

Ragnilda, mar.
Rödus, genere
Svecus

Dagus.

Dagus. Sigurdus.

b) cfr. membr. histor. C. de Eymundo.

Haraldus pulcricomus.

Ringus

Dagus

Ringus, rex

Rærekus.

Eymundus.

Dagus.

12.

Einar Arcipotens
(Vol. 3. Geneal. 6, 4.)

Eindridius, ux.
Sigrida Erlingi, f. (2).

14.

Akius
(Vol. 3. Geneal. 12)

Vagn

Akius

Sigurdus
(Addit. L.)

16.

Haraldus Pulcricomus
(Vol. 3. Geneal. 6, 5)

Ragnar Rykkil

Agnar

Ragnar

13.

Thorkel Procerus
(Vol. 3. Geneal. 14)
ux. Ulvilda f. Adalradi
regis

Hemingus

Haraldus.

15.

Björn Priscus
R. Sveciæ

Eirikus Victo-
riosus

Olavus, ux. Ingi-
bjarga f. Thrandi Sulæ

Styrbjörn, ux.
Thyria f. Harald
Gormidæ, D. R.

17.

Hallus Sidensis

Egil, uxor
Thorlöga.

Thorgerda

Jon Sanctus,
episc. Holensis,
† 1121.

18.

Valdamar
R. Gardarikiæ
† 1015

Jarizlavus. Burislavus.
Vartilavus.

